




COUNCIL

A-A  
32  
4

L6-9-1



VIRI AMP.  
ARII PINELI  
IVRIS CONSULTI  
LUSITANI  
OPERA OMNIA.

Н-А  
32  
4

ЛІЧИЛЯ  
І ТІЧІСІОЗІАУ  
І Н А Т І С І Л  
А І М О А Я Е Ф О

*Antwerpiae.*  
VIRI AMPL.  
**ARII PINELI**  
**L V S I T A N I**

*Douze Almordas* I. V. C.

COMMENTARI

Ad Rub. & L. II. C. de rescindenda venditione  
elaboratissimi.

Cum Annotationibus doctissimis EMANVELIS SOAREZ à Ribiera,  
Iurisconsulti celeberrimi.

H-A  
32  
4a)

Accessit eiusdem argumenti Cap. III. & IV. libr. 2.  
Resolutionum Didaci Couarruias, viri clariss.

Cum Indice duplici, priore legum in utroque explicatarum, altero materiarum:



A N T V E R P I A E;  
APVD IOANNEM KEERBERGIVM.  
M. DC. XVIII.

ЛУСІАНИ  
ЛУСІАНИ

КОМІСІЯ  
ДЛЯ ВІДБУДОВИ  
СЕПУЛЧРУ

ДЛЯ ВІДБУДОВИ  
СЕПУЛЧРУ

ДЛЯ ВІДБУДОВИ  
СЕПУЛЧРУ

ДЛЯ ВІДБУДОВИ  
СЕПУЛЧРУ



ДЛЯ ВІДБУДОВИ  
СЕПУЛЧРУ



V I R O A M P L .  
AC I V R I S V T R .  
C O N S U L T I S S I M O  
P A V L O L E O N I O  
P A T A V I N O  
I L L V S T R I S S I M I  
A T Q V E  
E X C E L L E N T I S S I M I  
A L F O N S I S E C V N D I  
F E R R A R I Æ D V C I S  
A S E C R E T I S  
C O N S I L I A R I O D I G N I S S I M O  
EMANVEL SOAREZ à Ribeira, I. C. P. F.

**S**EMPER équidem mecum animo, vir amplissime; ac iuris vtriusque cōsultissime, eam Plinij iunioris sententiam verissimā sum arbitratus, quia ille beatos grauissimē cēset, quibus Deorum munere datū est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos vero, quibus vtrumque. Cum enim ratione solum atque oratione à brutis animantibus differamus, cæteris in plerisque rebus omnibus longe eisdem inferiores, ex ijs profecto tantum operibus, quæ vel diuino rationis imperio ducti præclare gerimus, vel admirabili dicendi facultate adiuti ingeniose elucubramus, nostra omnis repetenda est gloria ac felicitas, quæ vna potissimum causa me à primis ferme usque annis vehementissime allexit, mouit, ac propemodum coegit, ut relictis rebus alijs om-

## E P I S T O L A

nibus me totum ijs traderem ac deuouerē disciplinis, quæ exiguos illarum virtutum igniculos nobis à natura ipsa ingenitos excitarent, fouverent, ac latissime etiam propagarent. Accedebat, quod cum turpem oninem, ac perabsurdani vitæ instituionem censarem, quæ nullo sibi certo fine proposito vaga inconstansq; deerraret, illum vere, ni fallor, nec equidem fallor, verissimum modo vitæ finem iudicabam, quo tum cæteri omnes alij fines necessario referrentur, tum qui eo referri nō possent, tanquā inhonesti atque adeo flagitiosi abiurandi profusus essent. In ingenuas igitur artes, ac maxime in principem absq; dubio ingenuarum artium iurisprudentiā à prima ætate incumbens, cum iam nunc ratio aliqua meorum studiorum reddenda mihi esse videretur, nonnullas ex meis lucubrationibus cœpi feligere, quibus in vulgus datis, & quam facilime illa omnis posset constare, & non leuis eodem aspiratiis afferretur utilitas. Ex illis cum non ita pridem receptarum sententiarum thesaurum typis commissem, ac nunc aliquot obseruationum in easdē receptas communiter sententias libellos perulgare in animo haberem, monitus, rogatus, ac persuasus sum ab amicis, vt antea elaboratissimos prudētissimi ac doctissimi preceptoris mei, viri amplissimi, Arij Pineli ad rubricam & l. 2. C. de rescind. vend. commentarios (quorum & frequens in nostro illo thesauro mention fieret, & nulla aut certe rariissima esset copia in Italia) meritis Italiæ Doctoribus communicarem: nō potui iustis amicorum suasionibus non lubentissime obtemperare, non debui ea terrarum orbis regione, quæ omnem terrarum orbem ingeniorum præstantia, seriæ eruditionis copia, prædicabili cum solidis virtutum ornamentis coniunctæ doctrinæ vertate, vel vincat, vel profecto æquet, eximiam Doctoris mei, viri, cum primis doctissimi, mihi semper apprime charissimi gloriam ferre diutius priuari. Itaque, vt erant, nonnullis à me cum olim euoluerentur, adolescentे obseruatiunculis transcursum auctos prælo è vestigio committo. Cumque iam illorum ad finem properaret excusio, mecum animo multum diuque versans, cuinam potissimum hos illorum ijs in regionibus natales, ac meas illas quales quales, subitarias certe, ac iuueniles (nec enim alia quis vel

## DEDICATORIA.

vel ætate, vel maturiori rerum perpensione exactissimis, ac numeris omnibus vndeque absolutissimis Pineli nostri commentationibus quidquam vel imminuere, vel addere moliretur) ad ipsos annotatiunculas nūcuparem, te vnum, vir amplissime, ac iuris vtriusque consultissime, præ cæteris hac re dignissimum reperi. Nam occurrebat, præter alia quam plurima, quæ maximi momenti, occurrebat inquam, quæ id maximè cū quadam singulari animi delectatione suaderet, mira quædam ac silentio minime prætereunda, rebus ferme in omnibus inter te, vir amplissime, ac nostrum Pinelum similitudo: quippe quia vt ille ab antiquissimæ ac nobilissimæ gentis usque familia suos arcessebat natales, sic tu, vir amplissime, à summo semperque continuato maiorum per gradus dignitatum omnes splendore tuam repetis originem, vt ille à teneris, vt inquiunt, vnguiculis liberalium artium studijs addictus, nullos non commilitones mirificis ingenij industriæq; dotibus facile antegressus, vix adhuc ad iustæ ætatis annos perueniens, magna cum scholarium frequentia Conimbricæ ius Cæsareum enarrare cœpit, multosque illic annos ingenti cum nominis celebritate, ac iam deinde natu prouectior luculentissimis conditionibus primario in loco Salmanticæ eam exercuit, excoluit, ac doctissimis etiam monumentis exornauit prouinciam; sic tu, vel ab ipsis incunabulis in easdem neruis omnibus artes incumbes, tuos omnes equales, qua præstabilibus fautricis naturæ, qua insignibus admirabilis cuiusdam diligentia, industriæque adminiculis longe antestas, vix ex ephesis egressus, incredibili studiosorum concursu atq; aplausu Patauij, mox ætate grandior honorificentissimis conditionibus, ac celeberrima tui nominis gloria sublimissimo in loco Salerni intricata eiusdem Cæsarei iuris ænigmata explicasti, enucleasti, ac lucubratissimis commentarijs illustrasti: vt ille denique ob prædicabilem illam eruditionem ac doctrinam integrissimis vitæ inculpatissimæ moribus exornatam, à Ioanne tertio potentissimo Lusitaniæ Rege, in supremum Senatorum Collegium meritissimo fuit cooptatus, sic tu ob tuam illam eximiæ eruditionis doctrinæque præstantiam, splendidissimis virtutum omnium cohonestatam luminibus, primum in honorifi-

## E P I S T O L A

cum tetricæ iustitiae senatum à Diuo Hercule, mox in excelsum Senatorum à secretis collegium ab Alfonso secundo, eiusdem Diui Herculis filio, excellentissimis Ferrarie Ducibus, quorum uterque procul dubio, tum exagerato illustrissimæ unde quaque profapiæ splendore, tum non fucata, non ambitiosa, non in fisci usus accommodata, sed pura, sincera, ac digna principi religione, tum etiam non tyrannicis, vel usurpata artibus, vel latioribus aucta pomœrijs ditione, sed parto inclyta maiorum virtute imperio, ac suis clementissimis diuinisque conseruato moribus, quemuis regem vel post se relinquere, vel certe facile consequitur, fuiti dignissime ascitus. Itaque cum nihil laude dignum in illo fuisse, in quo plurima, vel potius omnia summis digna laudibus extitere, memoria mecum repeterem, quod in te, vir amplissime, non quam simillime elucefcere intuerer; cum ut illum beatissimum dici ducique posse censerem, qui & quam plurima lectu dignissima monumenta posteris reliquisset, & quam plurimas eruditorum monumentis res dignissimas per totam gessisset vitam, sic te in raro felicissimorum numeros referendum esse omnino conspicarer, à quo cum tot, tam variæ, tamque reconditæ doctrinæ elucubrations ingeniosissime exaratæ ubiq; gentium lectitentur, tum etiam tot ac tam singularia iustitiae, prudentiae, constantiae, ac reliquarum omnium virtutum specimina & olim frequenter, & nunc etiam singulo quoque die præclarissime edita, eruditis multorum ingenij copiosissimam ad scribendum materiam supeditare possint, ac debeant, nemini alij illius operam meis cum obseruationibus seu protectionem commendari, seu vigilias consecrari dignius posse sum arbitratus. Ecquis enim vel lumbentius atq; alacrius serias viri eruditissimi ac doctissimi comminationes à vitilitigorum calumnijs defendet, propugnabit, ac seuere vindicabit, quam vir eruditissimus ac doctissimus, qui quanto illæ constent ingenio, quanto conflent studio ac labore, ex suis certissimam facturus fit conjecturam? Ecce melius ac iustius elaboratissimæ viri amplissimi dicabuntur vigilæ, quam viro amplissimo, qui ut doctrina ac virtute ad summum dignitatis fastigium conscendit, sic humanitate, bonitate,

D E D I C A T O R I A.

nitate, ac munificentia ab omnibus, vt fiat plurimi, procul  
dubio meretur? Meum hac in re consilium, meum animi  
propositum ac finem, vir amplissime, habes; reliquum est,  
vt & illud tu pro tua singulari humanitate æqui ac boni con-  
sulas: & cum pari prorsus, atque ille olim viuus, hodie-  
que sanctissimi eius manes, à me studio, animique affe-  
ctione ameris, colaris, ac propensissime obserueris, parem  
apud te ineam, obtineamque gratiani, atque apud illum  
olim affatim impetraram, benigne efficias, nullosque alios  
huiusc rei gratiostores, efficacioresve sequestres excogitari  
potuisse, quam hos viri amplissimi tibi quam simillimi, vir  
amplissime, meritissimo consecratos Commentarios re ipsa  
comprobos atque ostendas. Vale:

INDEX LEGVM  
**C A P I T V L O R V M**  
 ET PARAGRAPHORVM  
 Q VI PASSIM IN HIS COMMENTARIIS  
 RVB. ET L. II. C. DE RESCINDENDA VENDITIONE  
 EXPLICANTVR  
 IVXTA SERIEM LIBRORVM ET TITVLORVM.

**LEGES PANDECTARVM.**

**EX DIGESTO VETERI**

De iustitia & iure, tit. 1.		Depositii.	
L. Iuri operam 1. num. 19.	6	L. Depositii, §. si quis feruum, num. 33.	63
De offic. praesidis.		L. Bona fides 31. num. 17.	5
L. Illicitas 6. §. veritas, num. 32.	214	Mandati.	
De in integrum restitutione.		L. Diligenter 5. num. 19.	114
L. Scio 1. num. 25.	73	L. Qui patitur 18. num. 19.	114
De minoribus viginti quinque annis. 4.		De contrahenda emptione, &c.	
L. in causa 16. §. idem Pompon. num. 32. 74. n.		L. Orig. 1. num. 8. 3. num. 24. 8. num. 29. 9. n. 1. cum seq.	24
33 119 num. 2.	226	L. Si in emptione 34. num. 12.	47
L. Quod si minor 24. §. restitutio. n. 24.	188	L. Si quis donationis 38. n. 27. 84. nu. 9.	241
L. In ira utile 39. §. fin. num. 2.	136	L. Res bona fide 54. num. 9.	69
De inofficio testamento.		L. Quis fundum 40. §. qui agrum, nu. 11.	198
L. Filio 16. §. 1. in fin. num. 10.	155	L. Fistulas 78. §. frumenta, num. 29.	94
De petit. hæreditatis. 3.		L. Fundi partem 79. num. 29.	54
L. Sed et si 25. §. scire, num. 31.	162	L. Titius fin. num. 31.	42
De rei vindicatione.		De in diem addictione.	
L. Item si verberatum. 15. §. 1. n. 14.	14	L. Sabinus 9. num. 31.	132
Familiae erciscundæ.		De actionibus empti.	
L. Lucius 39. num. 20.	72	L. Tenet ur. §. 1. num. 12.	35
Communi diuid.		L. Julianus 13. §. si Titius, num. 10.	198
L. Si conuenerit 23. num. 31.	62	L. Veteres 20. num. 3.	78
De rebus creditis, &c.		L. Si ferius 24. §. 1. num. 14.	199
L. Cum quid 3. num. 21.	30	L. Si duorum, 42. num. 12.	199
De Condict. causa data, &c.		De locat. & conduct.	
L. Dedi tibi fin. num. 9.	57	L. Et hac 35. §. fin. num. 29.	61
De condict. indebiti.		L. Colonus pe. num. 6.	137
L. Nam hoc natura 9. num. 26.	20	De præscriptis verbis.	
L. Si non sortem, §. si centum, in comment.		L. Naturalis, §. 1. num. 9.	57
num. 9.	100	L. §. §. at cam do. num. 33.	63
L. In summa 6. §. num. 21.	104	L. Insulam 6. num. 12. 35. num. 36.	65
L. Stictius fin. §. idem, num. 3.	237	L. Si tibi 24. num. 23.	39
De pignoratitia actione.		De pignoribus & hypothecis.	
L. Si conuenerit 4. n. 4.	123	L. Si fund. 16. §. fin. num. 25.	39
L. Idque 5. num. 10.	125	L. In quorum. 24. num. 14.	112
L. Si rem, §. omnis, num. 20.	114	De aedilitio edicto.	
L. Titius 34. num. 29.	41	L. Debet 27. num. 40.	148
De institoria actione.		L. Bouem 43. §. aliquando, num. 33.	214
L. Habebat, 13. num. 28.	212	De Eui-	

De Euictionibus.	
L. Qui fundum 45.num.16.	200
De usuris.	
L. Fructus 45.num.53.	260
De iure dotium.	
L. Iure succursum, §. fin. num. 10.	69
L. Si res 12. & 1. num. 13. 70 num. 20.	187
De dohationibus inter virum & vxorem.	
L. Sponsus §. circa, num. 10.	242
L. De fructibus, num. 49.	167
Ex infortiato. Quod falso tutore auctore, &c.	
L. Nouissime. num. 18.	140
De Legatis 2.	
L. Si cui fundus, 56. num. 37.	134
De legatis 3.	
L. Ex imperfecto, 24. num. 15.	15
De auro & argento legato.	
L. Si ali 1. §. vlt. num. 10.	27
L. Si ita 8. num. 23.	30
L. Cum certum, 10. num. 21.	30
L. Quintus 27 §. vlt. num. 30.	9
L. Cum aurum. 20. num. 11.	27
Ad S.C. Trebell.	
L. Lucius 78 §. fin. num. 17.	103
De statu liber.	
L. Statu liberi 29. num. 10.	111
De Natalibus restituendis.	
L. Interdum 2. num. 17.	15
De acquirendo rer. domin.	
L. Quarundam 1. num. 14.	4
L. Bonae fidei 47 num. 53.	169
De re iudicata.	
L. à Diuo Pio 15. §. si pignora, num. 10.	101
Ex houo.	
De verborum obligationibus.	
L. Si quis cum aliter 36. num. 8.	68
De fideiussoribus.	
L. Grace 8. §. si Stichum, num. 20.	29
L. Si ita 43. num. 18.	29
Desolutionibus.	
L. Quamvis, 45. num. 28.	41
Rem ratam haberi, &c.	
L. Cum minor 3. num. 17.	185
De Furtis.	
L. Furtum 1. in fin. num. 21.	7
A quibus appellare non licet.	
L. Tractandum 1. §. interdum, nu. 22.	17
De variis & extraord. cog.	
L. Si medicus 3. num. 32.	132
De reg. iur:	
L. Imaginaria 16. num. 28.	84
L. Omnis definitio 202. num. 28.	31

I N D E X.	
LL. C. EXPLICATARVM.	
De legibus.	
L. Leges 9. num. 31.	85
Si contra ius & utilitatem pub.	
L. Etsi 4. num. 28.	21
Detractionibus.	
L. De fideicommisso 11. num. 6.	110
L. Sub praetextu 11. num 20.	104
Quod metus causa.	
L. Non interest 5. num. 20. cum seq.	187
De dolo malo.	
L. Si superflite 5. num. 22	105
Si aduersus creditorem.	
L. Cum & ipse 1. num. 30.	191
Simaior factus.	
L. Si inter, unica, num 1. 151. & num. 14. 207	
Quibus ex causis maiores.	
L. In contractib. 3. num. 29.	74
De rei vindicatione.	
L. Quoties 15. in fin. num 63.	173
Communia utriusque iudicij.	
L. Maioribus, 3. num. 1.	109
De constituta pecunia.	
L. Receptitia 2. num. 10.	27
Denon numerata pecun.	
L. Indubitati iuris est, fin. num. 2.	179
De usuris.	
L. Si ea 14. num. 21.	72
De rescindenda venditione.	
L. Pretij, 9. num. 16.	37
L. Ea conditione, 14. num. 18.	50
L. Quisquis 15. num. 30.	85
De reb. alien. non alienan.	
L. Sancimus fin. nu. 14.	112
De pactis inter emptorem & vendito.	
L. Cum te 6. num. 14.	48
De rerum permutat.	
L. Si cum 1. num. 13.	36
De Locato & Conducto.	
L. Exceptio 18. nu. 4.	56
L. Si olei 21. num. 32.	63
Si quis ignorans rem minoris esse.	
L. Si contra 2. num. 39. & seq.	161
De testamentis & quemad.	
L. Ex imperfecto 3. num. 15.	15
L. Si testamentum 10. num. 16.	15
De allusionibus.	
L. Huius quos 2. num. 25.	53
Si	

## I N D E X.

Si vendito pignore agatur	Quibus manumittere non licet.
L. Cum contra 4. peult. num. II.	125 §. In fraudem. num. 32. 85
De pactis pignorum.	De rer. diuis.
L. Qui pactus. num. 32.	43 §. Singulorum, num. 15. 5
L. Quoniam fin. nu. 27.	41 Ex decretalib.
De donationibus.	118 De emptio. & vend.
L. Aetis 15. num. 32.	27 Cum dilecti, num. 15. 208
L. Si quis argentum 35. num. 10.	De donationibus.
Ex libris posterioribus.	127 Per tuas, num. 17. 200
De prædiis decurionum.	31 De reb. eccles. non alienan.
L. Si quis 1. num. 8.	Ad nostram, num. 14. 156
L. Curiales fin. num. 26.	57 De rerum permutatio.
De Agricolis & censitis.	Ad quæstiones, num. 13. 48
L. Domini 5. num. 8.	De vñsiris.
Ex lib. Iust. Imp.	3 Incinitate nautantium, num. 6. 229
De iure naturali gent. & ciu.	
S. Im autem, num. 7.	

## F I N I S.

**A R I I P I N E L I**  
**L V S I T A N I**  
**I V R I S C O N S U L T I   E L O Q U E N T I S S I M I**  
 in Rub. C. de rescind. vend. Interpretatio.

P A R S   P R I M A.

C A P V T . I.

S V M M A R I V M .

- 1 Emptionis contractum appellari iurisgentium, idque difficultate non carere attentis iuris regulis.
- 2 Vsum pecuniae non fuisse in prima hominum etate, sev initio conditi orbis.
- 3 Agitur de resolutione predictae difficultatis, improbateturq. traditio Bart. & multorum, & nu.4.
- 5 Adducitur ad id, & examinatur gloss. in l.eas ff. de ca. dimi.
- 6 In eadem difficultate improbatetur modus, quo eam proponunt scribentes.
- 7 Aliter resolutur ea difficultas, & declaratur quid dicatur iurisgentium.
- 8 Expenduntur verba IC. in l. 1. ff. de contrah.emptio.
- 9 Agitur iterū de glo. suprà citata in l. eas.
- 10 Improbatur multorum traditio circa ea, que dici debeant iurisgentium.
- 11 Agitur plenè de doctrina Bart. in l. Si id quod ff. de condi. inde.
- 12 Tractatur an sit vera distinctio scribentium, & eorum traditio de iuregentium primo, & secundario, & nu.13.
- 14 Agitur de intellectu l. 1. ff. de acquir. rerū domin. contra Corra.
- 15 Agitur de intellectu §. Singulorū instit. de re diui. contra plures, & nu.16.
- 17 Expenduntur verba IC. in l. bona fides ff. depo. & adducitur aliud in materia, num.18.
- 19 Explicatur l. 1. versicul. ius naturale, ff. de ius. & iur.
- 20 Adducitur aliqua circa primā etatē hominū, antequā esset politica societas.
- 21 Explicatur notabiliter l. 1. in si. ff. de fur.
- 22 Improbatur interpretatio Alciat.
- 23 Comprobatur resolutio Bart. circa ius testamēti, & successionis excusate stati.
- 24 Iterum explicantur verba d. l. 1. ff. de contrah.empt.
- 25 Reprobatur traditio multorum circa intentionem pecuniae, & explicantur aliqua scitu digna, & nu.26.
- 27 Ostenditur versus summum esse usum hu-

- ius contractus, & defenditur Plinius à reprehensione Connani, & n.28.
- 29 Iterum expenduntur notabiliter verba d. l. 1. ff. de contr.empt.
- 30 Inferendo agitur de intellectu l. Quintus §. vlt. ff. de aur. & argento legat. contra gloss. & aliquos.
- 31 Declaratur effectus, quē doctores tradunt ex ea inspectione, an emptio sit iurisgentium, vel ciuilis. Sequentia tamē c. damnantur multa circa hoc à doct. tradita.


 X nonnullis lucubrationibus, quas ad iuris tractatus scriptas habemus, selegimus has ad Rub. & l. 2. C. de rescin. vend. Licet enim in alijs plura videri possent subtilitate excellere, hęc ex utilitate vsuque a forensi  
 a Prudens absque dubio & cordata optio: quid enim verius quam quod Cicer. de offic. l. 1. inquit: duo esse vitia, qua pulcherrimum atque exoptatis simum prudentie & sapientie bonū ne consequamur, efficiunt: unū, quo incognita pro cognitis habemus, hisq; temere assentimur: alterum est vitium, quo quidem nimis magnum studium multamq. operam in res obscuras, atq; difficiles conferimus, easdemq; non necessarias: qua itidem de re Seneca plerisq; in locis appositè conqueritur.  
 fortasse magis placebunt. Ad cōmodiorē verò lectionem diuisimus laborem hunc nostrū, vt Rub. duas partes, lex tres & earū quælibet separata capita habeat: vsu enim cōstat, lōga scripta absq; congrua diuisione lectoribus molestia afferre, eosq; non semel à lectione detergere. Quia verò in materia huius l. sēpè incidūt articuli, quorū definitio pleniorē exigit tractationem, quā vt obiter discuti valeat, vt dicendis via muniatur, & quo melius percipiatur, quæ pertinet ad specialem tractatū lēsionis ultra diuidium iusti pretij, præmittenda fuerūt aliqua de emptione tam contrahenda, quam rescindenda. Artium enim, sicut arborum, altitudo sine radicibus esse

- non potest, iuxta Ciceronis sententiam.
- I Emptionem & venditionem iuris gentium appellat IC. Paul. in l. 1. in s. ff. de contrah. emp. & IC. Hermoge. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. quod tamen à IC. quasi sine ullo dubio dictum difficultatem habere videtur: cùm certissimum sit in iure vnum ex substantialibus emptionis esse pretiū in nummo signato seu pecunia numerata: nec aliter subsistere emptionem & venditionē, vt in d. l. 1. & 2. & in l. p. 72. ff. de contrah. emp. cum alijs, de quibus infr. Ex historijs autē & bonis authoribus, ac rationis vi receptū est pecuniae signatiq; nummi inuentum & vsum longo interuallo post antiquū illud propriumque ius gentium fuisse.
- 2 Sic enim ex quamplurimis, qui citari possent ad id, scilicet pecuniā, seu nummum signatū primis hominibus primaq; ætate nullatenus fuisse, tradit Plin. lib. 33. c. 1. & c. 3. Budæus in d. l. 1. ff. de contrah. emp. Franc. Connan. li. 7. c. 5. Hispa. Couar. riō semel in libello numismatum ad fratre, Math. Afflict. in 3. Fend. tit. quæ sint regal. s. monetae. Eutrop. li. 2. Tiraqu. de retract. ligna. s. l. glo. 20. n. 9 Stepha. Forcat. dialogo 48. quibus addo Polidor. libr. 2. de inuen. rer. cap. 20. Quod aperte significat Ouid. lib. 1. Metamor. describens priorem ætatem, deinde in deteriori subdens:
- Effodiuntur opes irritamenta malorum.
- Lucret. etiam libr. 5.
- Posterior res inuenta est, aurum q̄ repertū.  
Quod facilē & validis & pulchris dempsit honorem.
- Denique hoc ipsum non obscurè significat IC. in dict. l. 1. ff. de contrah. emp. ibi. olim enim non ita erat nummus.
- Apparet igitur difficultas non leuis secundū Iaf. in l. ex hoc iure. nu. 20. ff. de iust. & iur. qua etiā anxiè torquetur Ant. Burg. in rub. de empt. & vend. col. 4. Nō enim videtur, quod emptio iurisgentiū appellari possit, cū nūmus signatus (sine quo vēditio esse nequit) prima hominum ætate incognitus fuerit: ius autem gentium cū ipso genere humano proditum testatur IC. Paul. in d. l. 1. ff. de acquir. rer. dom.
- 3 Hanc difficultatem sentit Bar. in d. l. ex hoc iure. nu. 8. qui eam nec explicitè proponit, nec apte resoluit. Melius tractasse videtur idē Bar. in d. l. 1. ff. de contrah. emp. vbi tamen non satis facit. nec Paul. Cast. in d. l. ex hoc iure, num. 29. licet in effectu à Bartol. non recedat. Respondere autem videntur, vt venditio dicatur iuris-
- gentium, quia licet nummus signatus à principio non esset in auro, argento, vel ære, aliquis tamen erat vsus pecunia, pro vt in corio aliave viliori materia. Ita etiam Albert. Ang. post Cin. in d. l. ex hoc iure: quos ibi sequitur Iason num. 22. & nouissimè Ioan. Orosius Hispan. Pinçiani prætorij senator digniss. & Anton. Burg. vbi sup.
- Sed hi patres falli videntur, quia pecuniae vsus nec in metallo, nec in alia materia cognitus erat in ea prima ætate: aliter enim vilitas materiae nō impediret, quin verè pecunia diceretur, vt probatur ex d. l. 1. ff. de contrah. emp. & ita colligitur manifeste ex authoribus su. citatis, vere asserētibus nullū pecuniae vsu principio omnibus fuisse absq; distinctione materiæ: imò & ex historiis Chronicisq; verius videtur, recentiorem dicidebere vsum pecuniae in corio, vel alia vili materia, deficiētē cōsumptaq; bellicis cladi bus pecunia aurea & argentea, licet ærea prior invsu fuisse videatur ex Pl. d. l. 33. c. 3
- 5 Aliter eam difficultatem resoluere videtur glos. in l. eas. ff. de cap. dimi. quasi emptio, quo ad æquitatem naturalē, dicatur iuris gentium, quo ad formulā, sit iuris civilis. Sed reprobatur ea glosa secundum Iaso. in d. l. ex hoc iure. nu. 21. & Bal. in rubr. C. de contrah. emp. nu. 1. Anto. Burg. in d. rub. nu. 12. Ego vellem, vt ipsi prius explicarent sensum gl. quæ videtur sentire de formula & naturalibus eius conuentiōnēs: nō de formula nummi, vt Dd. acceperunt. Sed quocunq; sensu accipiatur d. gloss. merito reprobatur, quia ad hanc appellationem iurisgentiū, origo vel ratio rei attenditur, non æquitas, in d. l. ex hoc iure. Item IC. ibi, & in d. l. 1. in fin. plane & absolute appellat emptionē iurisgentium, vt sic rejciatur illa traditio glos. Bal. in d. rubr. C. de contrah. emp. nu. 1. non relatus ab Iaf. vbi sup. eandem difficultatem proponens, obscure responderet, adducens quoddam simile, sed nullatenus difficultatem resoluit.
- 6 Antequam explicem resolutionem, quæ verior mihi videtur, aduerto Bart. Bal. Paul. Albe. b Iaf. & alios non b Excusari poterit horū iurisq; sententia, si eos respexisse consideremus ad authoritatē aliquā vel Principiis. vel Reip. que in nūmis cū dēdis semper exacta est. nec enim qui uis priuatus unquā & monetā cedere, & monetā indicationē indicere potuit, nisi si eodem illam à se cusam precio censeri voluit, quod pondere videri

et quibusbat, idq; immortalis memoria nomine factū à quopia rariissimè fuerit, itaq; cū & olim Reip. authoritas in conflata pecunia requisita fuerit, & hodie Reip. authoritatē ac vim omnē penitus principes induerint, consequenter q; ipsorum pariter desideretur authoritas, & iū fide, tū illa in iuris naturalis rebus, nec interuenire potuerit, nec interueniat sit necesse, nō ita perperam Dd. argumentationē conficiunt. videri aptè proposuisse eam difficultatē, non enim arguunt ex antiquitate iurisgentium, post quod longo interuallo inuenta fuit pecunia, quo arguendi modo difficultas apte proponi & vrgere videatur, sed arguunt à nouioribus cōstitutio-nibus, quibus soli principi, vel eius au-thoritate datur pecuniam cudere, publi-caq; nota signare: ad quem arguendi modum nihil difficultatis resultare vi-deretur: Possetq; facillimè quilibet re-spōdere, sanctiones noui iuris post prin-cipatus & monarchias non tollere, quin olim liberum fuerit ex cōmercio & cō-sensu hominū, quod hodie non permit-titur sine authoritate principum, arg. / I. ff. de const. prīn. nec talis argumētatio ob-erat, quo minus emptio iurisgentium dici deberet.

7 Quapropter ad veriorem resolutionē prānotandum videtur aliqua dici iurisgentium, quę post hominum politiā so-cietatem, & sic post Ciuitates conditas, & post ius ciuale, inuenta sunt. Nec enim appellatio iurisgentium, necessario exigit, vt ab initio cum primis hominibus ca-fuerint, sed ad eam appellationē, vt suffi-cit, rem, de qua agitur, fuisse apud homi-nes ab initio cōditi orbis, ita satis est eā congruere hominū intellectui ac natu-rali rationi: atq; ideò post talis rei inuē-tionem, eius vsum ab omnibus gentibus recipi & vnamiter approbari: vt sentit in terminis Connan. l. i. c. 5. ad fi. ac pro-inde non solo tempore, sed etiā ratione & communi gentiū approbatione dic-a-tur aliquid iurisgentium: quod mihi proba-re videtur Iusti. quem ita intelligo in §. ius autē ciuale, vers. quod verò. Inst. de iure natur. gen. c dum

c Probatur & hec opinio latè in d. §. Ius autē ciuale, ibi, nam quod quisq; populus, &c. & ibi, vocatur q; ius ciuale quasi propriū ius ipsius ci-uitatis facit optimus tex. in l. probrum 42 ff. de verb. sign. Idq; latè nos ostendimus in com-mentarijs ad tit. de iust. & iur. ff. miscet ius ciuale & gentium, subditq; quod verò naturalis ratio inter omnes gentes

constituit, id apud omnes populos peraq; custoditur, vocaturq; ius gentiū, quasi quo iure omnes gētes viūntr. Vide Iustin. ad appella-tionem iurisgentiū rationem naturalē, omniumq; gentium approbationē, non tantum temporis, rei eantiquitatē con-siderare. Probatur ex eodem Iusti. qui postquam hoc tradidit, subdit in §. ius au-tem gentium, ex eo iure emptionē, atq; omnes ferē contractus manasse: non tē-pus, sed rationem approbationemq; rei attendens. Inde etiam, quod ratione na-turali à gentibus receptū & inductū est, licet solis hominibus conueniat & pro-priē ius gentiū dici debeat, naturale etiam ius appellatur s. singulorū, Inst. de rer. diuis. ubi gl. & Dd. non satis explicant: melius Bar. in d. l. ex hoc iure, n. 9. in si. ff. de inst. & iur. ibi, ius gentiū, quo gētes humanae vtūtur.

Sic sicut cessat ea difficultas, apparetq; verè dixisse IC. emptionē esse iurisgen-tium, quia ab omnibus gētibus cōmu-ni ratione & vtilitate probata fuit, licet à d. Imo nec omnino fuerit, sed solū permuatio: quamvis n. aurum & argentū repertum fuisse ponamus, dummodo tamen illud in nummos conflatum non agnoscamus semper, vera cen-seri debet permutatio, ac nullo modo emptionē & venditio, & si aliquantula ipsius massa pro re alia detur, ut constabit ex inferius scriptis. principio non ita solennis fuerit, nō ad-huc inuento nummo, nec existente vsu pecuniae signatæ. Id autem bene videba-tur sentire Bar. in d. l. 1 ff. de contrah. empt. dum incepit respondere, licet in cōclu-sione lapsus fuerit, vt sup. Idem colligivi-detur ex IC. (quę ita intelligo) in d. l. 1. dū venditionis originem describit ex rerū permutatione apud homines: quasi di-cat, quod sicut ante cognitionē vsumq; pecuniae, omnibus gentibus communis erat rerū permutatio, ratione naturali ita siadente: eodē modo inuento nūmo vsuq; pecuniae, & inducto nomine emptionis referri debuerit is cōtractus ad antiquum ius gentiū: homines enim ap-probantes permutationē, nō minus ap-probassent emptionem: ac proinde ex priori conuentione manauit hæc poste-rior cadē maioriq; ratione, vt IC. sentit, ibi, sed quia nō semper. Hinc ad propositū cōprobo verba Bald. in d. rub. C. de cōtrah. empt. nu. 1. ibi, prima principia inquirimus. Facit reg. I. qui id quod. ff. de dona.

Ex quibus primo infertur posse aliqua- 9 liter saluari gl. reprobata in d. l. eas. ff. de c. dimin. aliter eam accipiendo, quam Dd.

aceperint, ut scilicet empt. dicatur iuris ciuilis, quoad formulam, id est, quoad ea quae ex iuris sanctionibus postea circa emptionem inducta sunt: quorum aliqua *substantialia*, aliqua *naturalia* dicuntur, iuxta text. & ibi notata in d. l. pæta conuenta ff. de contrah. emp. ratione autem & nomine dicatur iurisgentium.

io Ex eisdē 2. infertur cauendū esse à Dd. in varijs locis generaliter tradentibus, nō posse dici aliquid *iurisgentiū*, nisi quod ante ius ciuale inductū fuit: ita cōmuni- ter intelligēdo d. l. ex hoc iure, vbi ita colliges ex Bart. & alijs supr. relatis, ex Ang. Are. in §. ius anīc. col. I. & in §. Insti. de iur. natu. ex Dec. & Cagno. in l. cū amplius, §. ius natu. ff. de reg. iu. cū verius ea, que post vrbes conditas, postq; ius ciuale singulariū populorū ab omnibus gentibus naturali ratione recepta sunt, *iurisgentium* dici debant, ex mente Bart. in d. l. i ff. de cōtrah. empt. qui nullibi expendi solet: clarius autem Conna. tradit d. lib. I. ca. 4. & seq.

ii Infertur 3. ad doctrinā celebrem Bart. in l. si d quod. ff. de condit. indeb. vbi distinguit *iurisgentiū*, aliud *primum*, aliud *secundum* appellans, quod non ineptè explicat, sequunturq; communiter scribentes secundum Ias. ibi, & Cagn. in rub. ff. de orig. iur. nu. 3. Ang. Aret. & Deci. proximè citati: Lancelot. Galiaul. e in repe sub. ff.  
c Et Bello. in prin. instit. de testamento, nu. 1. de verb. oblig. nu. 157. referuntq; eam distinctionem ad differentiā temporis, vt *primum* dicatur, quod ab initio creatis hominibus fuit ex ratione naturali: *secundum*, quo postea homines progressū temporis, multis à primo statu mutatis, vñi sunt: pro ut seruitus, bellum, & similia. Id autē ex Bar. & cōmuni opinione intelligitur respectu usus gentiū, non propter cōstitutiones, vt male tradit Ias. in d. l. si id quod. constitutiones enim magis significarent ius ciuale, l. 7. ff. de insti. & iur.

12 Sed hanc receptionem distinctionem improbat argutē Franc. Aret. in l. 1. n. 16. ff. de acq. pos. cōtendens alienā esse à traditionib. ICtorum; vere enim apud eos nullibi exprimitur ea distinctione iurisgentium, sed vñi tantum ius gentiū memoratur, idq; sentit Archid. relatus ab Are. & ibi. Soc. n. 35. & ita cū Arch. & Are. verius dicendū afferit Alcia. in l. paterf. 182. in §. ff. de verb. sig. & ita ut nouum idem scribit Fortun. Garcia. in l. 1. §. ius naturale. nu. 34. ff. de fin. & iur. & ibi Eguinar. Baro in §.

f Idem Eguin. in §. item ea, que ex hostib. p. 105. inst. de rerum diui. stant autem ab iis multa validissima argumenta, que nos ad tit. de inst. & iur. suum in locum retulimus. & Connan. d. lib. I. quorum nullo citato idem tradit Io. Corras. lib. 6. miscella-e vlt. cui hoc tribuebat Anto. Vac. in l. 1. inst. ff. de inst. & iur. Idemque sentiunt nouiores ad inst. de iur. natur. & inst. de rer. diui. Nec satis faciunt, que respondet Ias. in d. l. si d quod. Cagn. in d. rubr. immutatio enim & alteratio temporis progressū à gentibus inducta non multiplicat ipsum ius gentium.

Potest tamen docendi grātia sustineri 13 ea distinctione Bar. vt alia multa, quod prudenter & minus acerbē concedendum putant Connan. vbi / up. magisq; Zaius in l. 1. nu. 20. ff. de inst. & iur. Verē enim & ante politicam hominum societatem, & ante ius ciuale adeō ius gentium ex earum usu variauit à priori tempore, vt aliquam differentiā nominis admittat: nec ideo multiplex censeri debet, sicut nec nomen *iuris ciuilis*, licet saepe ex tempore mutetur, l. vnic. in prin. C. de cadu. tol. atq; ideo cū distinctione Bart. tantū respiciat differentiā temporis, nō obstant iura, quae Aret. & alij inducebant: fatebitur enim, qui Bar. sequatur, ICtos vnum ius gentiū, non multiplex referre, id tamen nō aduersatur traditioni Bar. & cōmuni, & ita melius videtur responderi, quā faciat Ias. in d. l. si id quod. Omnidō autē displicet traditio Carol. Ruin. in l. 1. n. 11. ff. de acquir. vñi. qui vnum ius gentium esse inquit, diuisum in duas species, quod & Iurecons. & Bar. traditioni repugnat.

Infertur 4. ad tex l. 1. de acq. rer. dom. vbi 14 IC. Paul. refert acquisitionem *iurisgentium*, quod, inquit, ratione naturali inter omnes gentes per aquā seruatur. Deinde subdit, & quia antiquum ius gentium cum ipso genere humano proditum est. quā litera videatur comprobare distinctionem Bart. quasi mentio antiqui *iurisgentium* significet aliud esse minus antiquum. Ideoq; Corras. d. loco in §. Mischell. contendit literam illam corruptam, delendamque esse distinctionem antiquum, cum codicibus emendationibus. Sed nouiores libri emendati ad exemplar Florentinū habent eandem distinctionem antiquum, vel antiquius. Quapropter melius dicendum videtur, IC. ibi non ad significandā multiplicitudinem *iurisgentium*, nec ad asserendum aliud *primum*, aliud *secundarium*: ad nūm i 3 usq; in p̄t. or. ree sed Barb ad ord. 1. 63 t̄ 20 § 22 nō 3

sed appositiuè ad declarandam antiquitatem ipsius, vnicique *iuris gentium* illud *antiquum*, appellatè, quo sensu adiectiu & epitheta sapissime addūtur apud omnes authores: vt apud Virgilium, *Trojanus Enca*, non quòd alius esset, sed quia ille Trojanus erat.

15 Infertur s. id tex. in §. singulorum, *Instit. de rer. divinis*. vbi Iustin. inquit, *quarundam rerum acquisitionem esse iure naturali, quod ius gentium appellatur*. Subditque id declarans *vetus ius naturale, quod cum ipso gen. re humano rerum natura prodidit*. Glo. & Dd. ibi non satis explicant. Eguinar. Baro. magis insitit: *Fortun. in d.l. 1. §. ius naturale*, num. 32. intelligit text. de iure naturali propriè sumpto, quod statim creatis hominibus fuit: à Bart. & communiter Dd. *Primum* appellatum: inquit tamen, interpres aliter intelligere pro iure gentium secundario (vt vocat) quasi nulla fuerit ab initio conditi orbis particularis acquisitionis inter homines, & ita sentit receptius esse Ias. in d.l. 1. num. 43 ff. de acquir. poss. & ibi Hormanot. Detus n. 9. citans, d. §. & Galiaul. in rubr. ff. de verb. obliq. num. 178. dicens receptum apud Dd. dominia non fuisse distincta primæuo iure gentium: subdens se nimis dubitare per tex. in d. §. singulorum, dum aperte refert acquisitionem dominij iure naturali vetustissimo. Nec satisfacit Galiaul. suæ obiectioni, quam etiā iuuare debuit ex d. l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Nec obstat alia responsio seu cauillatio doctiss. viri Andreæ ab Exea, l. de pacto nu. 267. eam enim neruosè rejectam videre potuit penes Fortun. vbi sup. Vnde ultra Fortun. & su. citatos aducro non paucos, nec parui nominis interpres intelligere d. §. singulorum, de illo vetustiori iuregentium, non de eo, quod Bart. & alij secundarium appellant: & ita securè eum tex. citat Dec. in d. §. is natura debet, l. cum amplius, ff. de reg. iur. & Arct. in d. l. 1. num. 15. & seq. ff. de acquir. poss. & quod magis est, idem Iaso. in d. l. si id quod in fin. & Oldendorp. de iur. natur. ca. i. idque probat Fortun. vbi sup. num. 32. & num. 38. idque maximè comprobatur ex d. l. 1. ff. de acq. rer. do. etiam si cū Corra. deleatur dictio *antiquum*. sufficiunt n. illa verba, *naturali ratione*. & illa, *cum ipso genere humano proutum*.

16 Addo notabilius Dd. ipsos nō satis aduertisse ad d. §. & d. l. 1. cū alij indistinctè intelligunt in omni acquisitione nullum

fuisse dominium ex iure gētium primæuo. Alij indistinctè contradicunt, per d. §. in omnibus fuisse dominium iure illo gētium priori: nam Imperator in d. §. & IC. in d. l. 1. nō loquuntur de acquisitione omnium rerum, sed quarundam, vt verba apertissimè habent. Quapropter distinguēlum est inter ea, quæ terra, mari, cæloque capiuntur, quæ cū nullius essent, naturali ratione occupanti acquirenda erant, vt dicit IC. in d. l. in fin. & l. 3. & ita Imperator in d. §. singulorum. g Id autem g. Hæc responsio nō omnino tollit arg. omnia cōmunia à primo hominum exordio fuisse, nullaque particularem acquisitionem id temporis esse potuisse: proinde vide, an cum Bar. dici possit hos tex. loqui de iure secundario, nec enim tunc obstat verbū illa leg. & quare antiqui, &c. & §. singulorum pala est aut. &c. quia intelligunt de primæuo, cuius mentio ideo facta est, vt propter coniunctionem, qua cū illo secundarium ius copulatum est anteriore eius. d. tractationi locum attribueret ut erg IC. vel contra omnes dic etiā isto iure primæuo dominia particularia fuisse, vt ex his tex. colligitur & inf. n. seq. & tex. in l. bona fides ibi allegato responderi potest, loqui eum de iuregentium, de quo sup. n. 9. vel aliter, vt in simili respondetur inf. n. 21. ver. quib. addo. illud aut. circa distinctionem Pau. hic relatam de differentia dom. rer. mobilium vel immob. obseruabis, quod quatenus dicitur reb. mobil. fuisse dominium, de iuregentium primæuo intelligendum est, quoad usum secundum Bello. in prin. inst. de test. n. 1. pag. 6. & n. 7. ad fin. pag. 20. hæc autem scribimus iuxta differentiam à Dd. commentam.

etiam in principio orbis apud homines fuisse probant illa iura, quæ à multis sup. citatis, non debuerunt indistinctè ad dominium omnium rerum alligari, & ita tradit Paul. Castr. in lectura d. l. ex hoc iure n. 6. & in l. 1. §. ius naturale. num. 7. ff. de iust. & iur. distinguens inter immobilia & mobilia manu capta. & hoc probat text. Isidori, in ca. ius naturale, 1. dist. ad fin. dum presupponit de iure naturali, & sic omnium priori fuisse dominium rei depositæ restituendæ deponenti: licet Hormanot. Detus in d. l. 1. n. 9. non respōdere, sed reprehendere Isidorum videatur: & de his videoas omnino Reuerendum doctiss. que F.D. Soto lib. 4. de iusti. & iur. qu. 3. articu. I. & ita intelligi possunt verba S. Ambr. 1. offic. c. 28. natura ius commune generavit: usurpatio ius fecit priuatum.

Infertur 6. ad text. in l. bona fides. ff. deposi. 17

ibi id meram ius gentium: & ibi, si tantum ius naturale & gentium in ueniamur, h<sup>i</sup>b Hac collectio atq; adeo tota hac illatio facilè perielit ibitur, si consideremus merū illud ius gentium ac naturale tractari, quod alibi cōmūnis quedā ratio ac tacita pariter naturale lex appellatur, ne fiat sc̄. alteri ab altero, quod sibi ab ipso factū ille nolle, que cōsideratio infra subductatur ad aliud nō absimile thema, n. 21. ver. quibus addo. ei, qui dedit, restituenda suat. Nouē enim ex IC. colligo etiam iure naturali vel gentium primæuo (quod à natura cum ipso genere humano proditū est) dominium vel ius rei depositæ, fuisse distincte ipsius deponentis, nec ei ab alio impedire debuisse: & sic non tātum iure, quod vocant secundario. Ex quo cessabit cauillatio Hormanot. vbi supr. dum non respondet, sed taxat Isidorum immemor IC. in d.l. bona fides, à quo idē colligitur: & illum tex. in sua specie, ultra Alciat. & Cur. ibi, extollit Bal. in rub. C. deposi. n. 3. & 8.

18 Infertur 7. ex d. iuribus, & Dd. ius naturale, & genium aliquando idem significare, quod ostendit Oldendorp. in d. tractat. de iur. natur. tam apud ICtos, quām apud Cicer. Sed specialiter ex d. §. singularum, & d.l. ff. de acquir. rer. dom. ius gentium (quod Bart. appellat primeuum) tam vetustum esse, quām ius naturale, cūm per IC. & Imperatorem ab initio cum ipso genere humano proditum dicatur, quod est contra plures Dd. in variis locis indistincte tradentes ius naturale antiquius esse iure gentium.

19 Infertur 8. vera differentia (si qua est) inter ius naturale & gentium, secundum diuisionem IC. in d.l. 1. ff. de iust. & iur. quod naturale ius multa habeat non solis hominibus, sed etiam brutis communia: & ideo verior litera hodiē in d. le. 1. vers. ius naturale, non habet dictiōnem, solum; legiturque, nam istud ius non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae in calo & in mari nascuntur: animal quoque commune est. Et ita melius constat sensus, quam si legatur, non solum humani generis proprium, vt plures libri habebant: imò ex tali lectione (si cum iudicio attendas) videretur resultare aliqua repugnancia, quod nuper sensit & plenius explicat nobilis doctusque Lusitanus Luddouicus Aluarus Nogerius, in rub. ff. del. 1. numer. 124. vbi videoas cum eleganter tractantem de verbis & sensu IC. in d. §.

Infertur 9. recte aduertisse Ant. Vac-

cam in l. 1. d. si. ff. de iust. & iur. dum scribit regulariter ius naturale simpliciter intelligi commune hominibus & aliisq; animalibus.

i Hoc idem non obscurè colligi poterit ex Bart. in l. 1. n. 5. ff. de acq. pos. & vi. infra in 1. pars. ca. 1. n. 40. estque huius rei & brevis & luculentaratio (quam in commentariis ad ti. de iust. & iur. latissime proponimus) quod cum natura simpliciter nihil aliud sit quam cuiusque rei essentia seu principium substantiale motus & quietis: atque hoc substantiale principium & sui conuersationem undequeque procuret, & simpliciter prolatum omnia animantia complectitur, ius naturale simpliciter enunciatiū ad huius generalis naturae conseruationem spectans, omnia quoque animantia comprehendet, at quia natura humana ad suā tuitionem alia prae*ter* illa generalia vel necessariò, vel commodè deinde architectata est, illa ad ius naturale hominum naturam particularem ipsorum respiciens referuntur, & perinde ius naturale patebit, ut naturae orū exposet, ad quos expressim & peculiariter referuntur. ius autem naturale propriū humani generis dicius gentiū: Et cōmodier nota vel discretio ad ea nomina erit, vt alterū cōmūne alterum propriū dicatur: quod vltra eum suadetur extex. ibi, ex Cic. 1. offic. ibi, cōnūne animantium, quod etiā sentit Archid. relatus à Fortun. in d. §. ius nat. n. 27. colligitur ex Bar. in l. si id quod ff. de consil. indeb. ex Arc. in l. 1. n. 15. ff. de acq. poss. & de illa diuisione, vide etiam D. Soto lib. 1. de iust. & iur. q. 5. art. 4. & lib. 1. q. 1. art. 3.

Infertur 10. ex sup. dictis in 3. illatione, 20 ad ea, quae plures auth. tradūt, de inculto primo genere humano, de quo multa eleganter vide per Fran. Con. li. 1. c. 3. & seq. Nec omittas pulcherrima verba Cic. li. 1. de inuentione post principium. Nam fuit quoddam tempus, cū in agris homines passim bestiarū more vagabantur, & sibi viētu ferino vitā propagabant: nec ratione animi quicquā, sed pleriq; virib. corporis administrabat: nondū divinæ religionis, non humani officiū ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspicerat liberos.

Ex quibus verbis (si ea bene expēdas) videtur Cic. in eo ex ēplo religionis aliqualiter deuiare à IC. in l. 2 ff. de iust. & iur. vt nō statim ab initio cū ipso humano genere prodita fuerit religio erga Deum. videtur itē Cic. aliqualiter cōprobare differentiā tēporis circa ius gentiū pro Bar. & receptioni opinione: quae etiam iuuatur ex Virgilio 8. Aeneid.

Censig̃ virum truncis & duro robo reata,  
 Quis neq̃ mos, nec cultus erat, nec iungere  
 tauras,  
 Aut componere opes norāt, aut p̃irecere parto:  
 Sed rām̃ atque asper ṽ elu vena us alebat.  
 Primus ab ethere venit Saturnus olympos,  
 Is genus indocile ac dispersum montibus altis  
 Composuit, legesq; dedit:  
 Aureag; (vt perhibent) illo sub rege fuere  
 Secula: sic placida populos in pace regebat:  
 Deterior donec paulatim ac decolor atas,  
 Et bellorabies, & amor successit habendi.  
 Consentīt quæ scripsit Iuvenal. Sat. 6.l.  
 1 Consentīunt item quæ cecinit Catu.l.1.

Quæ tamen omnia ad traditiones  
 ICtor. & interp. aliorū m̃q; author. scri-  
 bimus: saltia semper authoritate & veri-  
 tate sacræ paginæ Geneseos c.p.1. & seq.  
 iuxta sensu ab Ecclesia Catholica pro-  
 batū: cōstat enim ex veritate Sacré scri-  
 pturæ, orbis creationē, hominūq; prin-  
 cipium, & progressum humani generis  
 cuenisse multo aliter, quam IC. & Poe-  
 tæ putauerint.

21 Infertur II ad verba text. in l. pri ff. de  
 furt. dum definit furtū, subdit, quod lege  
 naturali prohibitū est, & ita Iust. in prim. insti.  
 eo. De qua definitione & de vera lectio-  
 ne eius l. agit Alcia. li. 1. dispū. c. 10. & Hisp.  
 Ant. Gō. in tract. de maledic. c. 5. miror autē  
 Alcia. ibi nō adduxisse Aulum Gellium  
 li. 11. vlt. qui vltra alia, quæ scribit nota-  
 da ad d.l. 1. subdit ad si. vnum circa defini-  
 tionē furti, quod nimis iuuat sententiā  
 eiusdem Alciat. ad d.l. Sed in proposito  
 ex supr. dictis patet errasse glo. in d.l. 1. dū  
 exponit lege naturali, id est, diuina, id  
 enim prorsus alienū est à mēte IC. Pau-  
 li ibi, qui præcepta diuinæ l. & sacræ scri-  
 pturæ nō cognouit. Ex ea tamē l. corruit  
 quod tentauit Alcia. in l. probrum, 41. ff. de  
 verb. sgn. vt furū nō natura, sed ciuili le-  
 ge probrum prohibitumq; dicatur. Nec  
 tanto viro digna fuit ea opinio ex leui  
 fundamento, quod apud aliquos popu-  
 los furtum impunè comitti poterat; vt  
 etiā refert doctis. Alfons. Castro. lib. 2. de  
 leg. p̃. 1. 14. meminisse enim debuerat  
 IC. & Iustiniani in dictis locis, vbi furtum  
 aperte dicunt prohibitū lege naturali.  
 Quæ verba non tantū ius ciuile, sed na-  
 turale & gentiū exprimunt, secundū sup.  
 dicta: meritoq; in hoc Alcia. reprehēdit  
 nobilis. & doctis. Ant. Aug. li. 4. emēd. c. 4.  
 quæ seq. Ant. Vac. in l. exhibicione ff. de iu. &  
 in. vbi Bar. n. 4. quæ nō referūt, ita sentit:  
 vt etiā antiquitus ante scriptū ius diuinū

prohibitū esset furtū, iuxta d.l. & ita Bal-  
 duin. in d.princ. Insti. de oblig. quæ ex delict.

Quibus addo verba IC. & Imperatoris,  
 lege naturali posse etiā intelligi pro equi-  
 tate & ratione natur. cōmuni, nc quis al-  
 teri faciat, quod sibi fieri nolit, quod  
 ex cōmunicatione & doctrina Christia-  
 nerū sepe dicere solitū, bonū Imperato-  
 rem Alex. Seuerū referunt quam plures  
 authores, & illud, ne quis cū aliena tactura  
 locupletetur, vt inquit IC. Pōponius in l.  
 nā hoc natura. 14. ff. de cōdic. indeb. vbi gl. al-  
 legat plures cōcordan. Ratio enim na-  
 turalis lex quædā tacita censetur l. cū ra-  
 tio. ff. de bon. damna. C ic. lib. 2. de leg. b.

Infertur 12. necessariò corruere inter-  
 pretationē Alciat. ad d.l. probrū ff. de verb.  
 signif. esse que omnino ibi intelligendū,  
 vt furtum natura prohibitū & turpe di-  
 catur, quod iuuatur ex d.l. bona fides. ff. de-  
 pos. cuius meminisse debuit Alcia. & qui  
 cum reprehendunt. m Aduerto tamen  
 in adulterio (quod IC. 22

m H. ec animaduersio nequitam placet, quia  
 propriè interpretor natura prohibitū, ad dif-  
 ferentiam more seu iure ciuitatis, vt ex eod.  
 tex. probrum colliges, & ex suprā dictis nu. 7.  
 nec enim neesse est, vt à primis oris incuna-  
 bulis quidpiā naturali ratione vbiq; gentium  
 obseruatū fuerit, vt idc. rō possit ac debeat  
 iuri gentium acceptum referri, sed satis su-  
 perque est, vt iam apud plerasque gentes  
 peraq; in ṽsu positum sit: adde, quod non so-  
 lum naturam pro iure g̃. i. naturali equi-  
 tati consenteo exaudire possumu, sed etiam  
 pro iure ipso natur. li, quippe qui si coniugiu  
 in primis huic iuri a tribuitur, eius quoque  
 conseruatio eidem adscribenda erit, censert il-  
 lud Iue. Credo pudicitiam Saturnoregemo-  
 ratam In terris, & quæ consequuntur. Nec  
 obstat nondum eo tempore nuptiales ritus,  
 qui postea increbuerunt, sanctos fuisse, quo  
 Ciceronem de legitimis nuptijs verba facien-  
 tem respexisse autumo: quia id recte euincet,  
 vt non fuerit ante a legitimum matrimoniu,  
 hoc est tis stabilitū ritibus acc̃. ceremonys, quas  
 populis Rom. sibi postea commetus est, nō vero  
 efficiet quin ante omnes hos ritus fuerit con-  
 iugiu natura conciliatrice inductū, & tū apud  
 alias nationes tū apud illius Romanæ regionis  
 incolas eiusmodi viguisse, nec quisquā dixerit  
 Vip. in l. 1. §. ius nat. c. ff. de ius & in. de vaga  
 & omnigena coniugatione loquutū: quia ip-  
 sum de certa, rata, ac propria coniunctione  
 verba facere ostendunt exempla, quæ subsequi-  
 tur, liberorū procreatio & eorumdē educatio.  
 Nec rursus officit liberorū incertitudo, de qua

Cic. quia & eadem hodie, si Poetis Historicis, ac nostris etiam Iuris, fidem habemus, nullus ceremonijs sublat a est, nullis vnguam auferatur, nec item obstat, quod prona humana natura ad libidinem sit, ac fragiliter in Venerem, vt noster Pinellus sentit, praecepitur: quoniam verum sicut est, nam sibi consulat miris illebris vnumquodque animantium in vilissima Veneris mysteria inuitare, ducere atq. interdū rapere: sed verū itidem non est, nō posse vnumquemque sibi certum aliquē thorū statuere, atque ab alienis vxoribus temperare, denique & possessionem honestissimam ac pulcherrimā interuerit, qui cōiugem alterius ludibrio habet, & res alterius turpissimo intercipit furto, qui hereditatem à veris & legitimis successoribus ad suam probrosam illius & indignā profapiam defleēit, vt nulla ratione aut turpū, aut à ratione naturali alienius furtum adulterio censeri possit: sed multo magis è contrario pretermitto in presentia in sacros. Moysis iustissimi tabulis & ubique gentium prohibitum adulterium probari, & grauius tum Dei Opt. Max. tum gentiū ipsarū odiū in illud recēseri. ibi natura prohibitum sentit) contrarium colligi ex Cic. in d. libr. 1. de inuentione, ibi, nemo legitimas viderat nuptias, nec certos quisquam inspicerat liberos. Forsanque ( si ad fragilitatem humnanam respicias) minus natura prohibitum censeri deberet adulterium, quam furtum, quicquid Alc. comminiscatur.

23 Infertur 13. ex prædictis, maximè ex resolutione difficultatis (à qua illationes hæ manarunt) verum esse, quod Bar. docet in l. interdū, nu. 7. ff. de cond. inde. testamentum eiusque factionem dici de iure gentium, licet solemnia inducta fuerint iure ciuili: quæ traditio reccpta est, vt per Alex. & Ias. ibi, per Ias. in d. l. ex hoc iure, n. 47. & Vigilium eleganter in §. sed prædicta, Institut. de testam. Marc. Anton. in princ. eius. tit. col. 6. Corn. & Ias. in l. si testamentum, C. de testam. ea enim facultas testandi iusq; succedendi antiquissimam originem, cōfensusque omnium gentium habet: confirmationem tamen à lege suscepisse videtur, vt significat Vlp. in l. obuenire, 120. ff. de verb. signifi. ibi. quia lege duodecim tabularū testamentaria hereditates confirmantur, quæ verba ego nove expendi in commentariis l. 2. C. de bon. mat. ad gl. in l. illa institutio. 22. ff. de hered. instit. de qua agunt Iaso. & Dec. in rub. C. qui test. facere poss.

24 Infertur 14. proprius ad præsentem materiam ex ijs, quæ diximus de origine pecunia & venditionis, verus sensus ad d. l. 1 ff. de contra. in illis verbis, olim enim

non ita erat nōmus. Non enim significat IC. ab initio apud genus humanum fuisse aliquem vsum nummi, non qualis nunc est, vt Ias. male accipiebat in d. l. ex hoc iure, nu. 22. repugnat enim iatio, & fides historiæ & authorum, de quibus sup. Et ideo sanius verba illa IC. accipienda sunt simpliciter, non comparatiue, vt explicat Step. in d. dial. 48. vt etiam caueas ab Ant. Bur. in rub. de emp. & vend. col. 4. nu. 13.

Infertur 15. contra Bar. Bal. Salic. in d. 25 l. 1. nummum vel pecuniam signatam, non ea ratione, quam ipsi tradunt, appellari debere iurisgentium: ipsi enim arguunt à tempore & vsu monetæ, quam fingunt primis temporibus fuisse: licet in viliori materia, quod sup. reieciimus: quia nullus vſus nummi vel pecuniae cognitus fuerat priori illa etate, vt ex authoribus & ratione constat: nec utilitas materiae faceret, quo minus pecunia vel nummus diceretur: moneta enim non ex materia, sed ex forma censetur: vt significat IC. in d. l. 1. ibi forma publica: & consuluit Fulgo. quem refert Tiraq. de ret. ligna. §. 1. glos. 31. n. 14. quapropter cauendum est ab codice Tiraq. de ret. ligna. §. 30. glos. 2. nu. 21. Quo ad vsum igitur pecuniae, vero simile est, eius inuentionem fuisse post societatem politicam, & sic post conditas ciuitates, & postquam ius ciuale apud plures populos erat: sed ex ijs, quæ deduximus <sup>supra</sup> num. 6. potest pecunia iurisgentium dici, quia ex ratione naturali eius vſus ab omnibus gentibus receptus fuit, postquam inuenta est forma nummi: quod enim permutando faciebant primi homines satis indicat, quam sibi tunc primum placuisse pecuniae vſus: qua ratione potest nummus iurisgentium appellari, non tempore vel inuentione, vt Bart. & alij minus bene putabant, & cum illis Ant. Bur. d. rub. de emp. & ven. col. 4. nu. 13.

Nec congruit nōmo appellatio iuris 26 ciuili, quod (si bene aduertas) non ad rerum inuentiones quæ casu vel ingenio contigere, sed constitutiones circa res & negotia refertur, vnde rerum inuentionio cum iuris constitutione nihil commune habet. Nec aliquis obiciat stipulationem, aliave, quæ iuri ciuali tribuuntur in d. l. ex hoc iure. id enim ad iuris etiā constitutiones, non ad facti questionem vel rei inuentionem pertinet: quis n. asserere audebit, ante ius ciuale numquam inter homines contigisse, vt interrogando & respondendo conuenerint? sic in simili-

- similibus, quibus ius ciuile authoritatem dedit.
- 27 Infertur 16. vetustissimū dici posse hunc cōtractum, quia licet à principio cōditi orbis apud homines nō esset pecunia signata multiq; anni transierint, antequā cuderetur: ab hinc tamē multo pluribus inuentus est vſus nūmi, ex Plinio d. 1.33. c.3. ex Polidor. d. 1.2. c. 20. Et quod refert Alber. in d. 1.1. ff. de contrah. em. se legisse in scriptura authētica, quod Thares pater Abrahæ fuerit primus, qui pecuniam fabricauit, iussu regis Nini. Sed Plin. & Polid. magis tradunt non esse cōpertum, quis fuerit primus inuentor. Et apud antiquos patres legitur de empt. & pecunia, vt Gen. c. 17. & latius c. 23. & Iher. c. 32. vbi etiā exprimitur cautiones emptionis, vt bene expēdit Bal. in probe. 2. li. Inst. ant. de re. diu. Quāvis dici possit apud Heb. omne arge. & aur. pecunia appellari, vt tradit Tiraq. li. de retr. lig. §. 1. gl. 20. n. 5.
- 28 Infertur 17. ex collatione temporū, & ex Plinio li. 7. c. 56. ante bellum Troianū fuisse vſum pecuniæ signatæ, & veram emptionē. Ex quo puto lapsū insigne Connan. lib. 7. c. 5. char. 482. qui immitto dānat Pliniū, quasi d. lib. 33. c. 1. senserit ex Homero relato à IC. in d. l. 1. tempore belli Troiani non fuisse adhuc pecunia vſum, nec emptionem: non n. id collegit Plinius, nec sibi contradixit. tantū n. refert eandem armorum permutationem, cuius neminit IC. in d. l. 1. & Iustin. in §. item precium. inst. eod.
- 29 Infertur 18. vera, & (ni fallor)notabilis explicatio ad IC. in d. l. 1. ff. de contrah. em. cum enim p̄mittat nummum necessarium esse, vt detur emptio: subdit, sed an fine nūmis venditio dici hodie quoque posse? quasi dicat, olim venditionē appellari etiam sine nūmis: quo sensu accipi possunt aliquot loca sacræ paginæ, quæ de emptione loquuntur. Et cōfirmatur ex antiquitate relata à IC. in l. statu liberi, ff. de statu lib. de quo inferius. Deinde in ea q. an hodiè sine nūmis vēditio dici possit, resert IC. diuersas authorum opiniones: aliqui enim ICti admittebant emptionē sine nummis etiam hodiè dici posse, & in id adducebant carmina Homeri. Ex eo autem ego nouè colligo illos sensisse tempore belli Troiani īa fuisse vſum pecuniæ, & veram emptionem, & nihilominus Homerum significasse, sine nūmis co casu emptionem fuisse: aliter verò inanis fuisset argumentatio tanto-
- rum virorum, & stupidè citassent locum Homerū ad quæstionem illam, an hodie: quod non videntur aduertisse antiquiores, nec recentiores interpretes.
- Infertur 19. ex suprà dictis de vſu & inuentione pecuniæ, ad intellectum tex. in l. Quintus, 27. §. vlt ff. de auro. & arg. leg. vbi Vlp. agens de legato argenti signati, inquit id intelligi legatum, quod eius aliqua forma est expressum: veluti qua Philippi sunt: item numismata, & similia, Gl. ibi secundum aliquos intelligit figuram Philippi Imperatoris: Alij autem notabant ex eod. tex. Philippum Imperatorem fuisse primum, qui iussit monetam cudi & fabricari: efert Mathe. Afflict. in 3. f. ead. tit. quæ sint regalia, verb. moneta, nn. 38. qui eis non accedit, nemoque accedere debet, cùm Philippus fuerit. 28. Imperator, ante quem, imo & ante quam Cæsar monarchiam occupauerit, percussus fuerit nūmus, vt constat ex Plinio, d. l. 33. c. 3. ex Polidoro d. lib. 2. c. 20. ex aliis sup. citatis. potuitq; IC. in d. 5. loqui de figura Philippi forsitan Macedonis. Nec etiam aperit, an forma illa esset nummi vel alterius operis. Tandemq; contra gl. & Alb. ibi, cōtra Afflict. vbi sup. aduerto verba Vlpiani nullatenus referri posse ad Philippū Imperatorem, quia Vlpianus fuit sub Alex. 25. Imperatore, multis annis ante prædictum Philip. vt cōstat ex catalogo Imper. per Bapt. Egnatium & alios: & colligi potest ex discursu l. 2. ff. de orig. iur.
- Infertur 20. ex d. l. 1. & d. l. ex hoc iure (cūm dicunt hunc contractū esse iuris-génum) ad effectum, quem iuris interp. inde colligunt: dicunt enim esse vtilē cā inspectionem, quia princeps facilius tollere potest, quæ sunt iuris ciuilis, quām ea, quæ sunt iuris naturalis vel gentium: ita in proposito Ant. Burg. in d. rub. ext. de empt. & vendit. num. 15. citans Bald. & Cor. in l. si testamentum, C. de test. Ang. in l. Lucius. ff. de euictio. vbi cā distinctionem approbant: & ita alias distinguit Paul. Castr. in l. 3. nu. 4. ff. de testa. Paul. in l. cum heredes, ff. de acq. poss. & in proposito not. Ias. in d. l. ex hoc iure, n. 49. & ita distinguit Alex. conf. 216. n. 19. in 2. tom. & Ias. in d. l. si testam. n. 4. Curt. Iun. conf. 1. n. 20. Lance-lot. Galiau. in l. Gallus, §. & quid si tātum, n. 93. & 97. Fel. in c. quæ in ecclesiārū, n. 48. & ibi Dec. n. 25. Dec. conf. 498. n. 24. vsq; ad n. 28. & plures citat And. ab Exea, de paēt. n. 147. & ita Dec. conf. 252. in fi. & cōf. 269. col. 4. vers. & etiam Tiraq. de constitut. 3. par. 7. limit.

limit. num. 47. Bellon. confi. 2. nu. 8 & ita  
indistinctè Math. Afflict. decif. 128. nu. II.  
& 13. decif. 391. num. 4. quas resolutiones  
& distinctiones inter ea, quæ sunt iuris  
ciuilis & naturalis vel gentium, ponit gl.  
(cuius non meminerunt plures ex sup.  
citatis) in l. si C. si. contrain, vel vil. pub.

## C A P. I I.

## S V M M A R I V M.

- 1 Probatur contra fere omnes scribentes, ius  
vel dominium quæsumum iure ciuili,  
non magis à principe tolli posse quam  
quæsumum iure gentium, & numero 2.
- 3 Inferitur specialiter ad ius quæsumum ex  
contractu emptionis, deinde ad domi-  
nium quæsumum ex usucapione, & nu-  
mer. 4.
- 5 Probatur contra scribentes eandem cau-  
sam requiri ad auferendum domi-  
nium quæsumum iure ciuili, reiecta  
differentia, quæ communiter à Dd. tra-  
ditur.
- 6 Agitur de vigore iustæ cause in dispen-  
satione principis, & an eius assertioni  
credendum sit, & num. 7.
- 8 Agitur de intellectu tex. in l. 2. §. si quis  
à principe ff. ne quid in lo. pu.
- 9 Inferuntur multa scitu digna aduersus  
quam plures utrinque iuris Dd. ad  
negotia magni momeni, usque ad n. II.
- 12 Explicatur glos. celebris in l. relegati. ff. de  
pæn. & quatenus presumatur iusta  
causa in principe, contra plures Dd.
- 13 Tractatur specialiter ne princeps validare  
possit scripturam carætem legitima so-  
lennitate, quando ex nullitate quæsi-  
tum est ius tertio.
- 14 Agitur de satisfactione valoris rei, quam  
princeps auferet etiam in quæsumis iure  
ciuili, deinde assignantur rationes ad  
aliqua iura, & num. 15. & 16.
- 17 Explicatur l. 2. ff. de nata. restit. contra  
consil. Panor.
- 18 Agitur de potestate principis circa clau-  
sulas & qualitates maioratus, & qua-  
liter in iis dispœatio vel mutatio im-  
petrari debat, & nu. 19.
- 20 Ostenditur omnino rejicienda esse multa,  
qua scribentes tradunt de clausulis,  
qua ad maiorem vim rescriptorum ad-  
iici solent.
- 21 Probatur non posse principem tollere ve-  
ram defensionem partis, etiam in ci-  
uilibus, contra quamplures, & agitur

de intellectu l. 1. §. interdum ff. à qui-  
bus appellat. non licet, & num. 22. &  
explicatur aliud iis consequens, nu-  
mer. 23.

24 Probatur damnandam omnino fore li-  
centiam absolute potestatis, quam Dd.  
iniquè principi tribuunt, & explican-  
tur multa scitu dignissima circa insti-  
tutis principis potestatem, & nu. 25.

26 Ostenditur in his, cum auferatur ius partis,  
non tantum ius ciuile offendit, sed etiâ  
naturale & gentium, ut necessario  
rejiciatur absolute illa potestas, que  
principi impie tribuitur, & inde effe-  
ctus aliquot, num. 27. & 28.

29 Agitur de potestate summi Pontific. circa  
beneficia, & damnantur multa à  
Dd. tradita, & num. 30.

**C**VM autem Panor. in d. rub. de emp.  
& vend. & alij de quibus sup. eam  
differentiam inter ius gentium &  
ciuile applicent ad nostram materiam,  
operae precium duxi oblatam occasio-  
nem amplius ornare, vt exterminentur  
multa à Ld. tradita, quæ mihi semper  
iniqua & Reip. longè perniciosa, ideoq;  
prospera reiencia vifa sunt.

Demus enim aliquid acquisitum iure  
ciuili, prout ex stipulatione, vel alia cō-  
ventione, vel obligatione ex ijs, quas  
scriben. dicunt esse iuris ciuilis, per d. l. ex  
hoc iure. certè nulla ratio est, cur princeps  
auferre possit dominium vel ius quæsi-  
tum ex tali a conuentione iuris ciuilis:  
quia

a Vide Ezech. c. 25. ubi ad hanc rem grauissi-  
mè isthec verba facit de principe: Nec admet  
princeps de plebeiorum patrimonio, sua eos  
possessione multas, sed de sua possessione suis  
dabit hereditatem liberis.

in eo laderetur simul lex & ratio natu-  
ralis, & ius gétium, vt inferius cū Cice-  
rone probabimus. obstatque regula illa  
l. id quod nostrum, ff. de regul. iur. 2. obstat  
quod iura dicunt de stipulatione (quæ  
iuris ciuilis est) firmissimam & maioris  
vigoris, quam aliae conventiones, vt in-  
quit Iust. in princip. Inst. de verb. oblig. 3.  
contra communem illam traditionem  
vrgit iuris regula, ne dicatur fieri posse,  
nisi quod iuste, l. filius qui, ff. de cond. insti.  
& in principe probat. l. digna vox, C. de leg.  
4. fortius conuincitur iniquitas illius re-  
ceptæ traditionis ex multis responsis  
principum & summorum pontificum,  
quibus ipsi fatentur se non posse aliqua  
facere,

facere, quæ tamen in eisdem casibus principaliter erant contraria iuri positivo, vt in iudiciarijs & similibus inductis à iure ciuili, l. causas. C. de trans. l. fin. C. sen. rescin. non pos. l. 2. C. de ince. n. l. authorita. C. vnde vi. & in multis curiosè obseruatis & copiosè traditis à Restauro Gastral. in tra. de Impera. q. cxi. s. contra Dd. vrget, quod videmus in iure, rescriptum principis tunc dici irritum & nō scruandum, quādo alicui damnum affert, l. rescripta, C. de prec. imp. offer. l. ff. C. si cō. ius vel vtil. pub. Idque præcipue attenditur ad effectum & obseruationem rescripti, l. nec auus, C. de ema. liber. l. 2. s. merito. & § si quis à prin- cipe, ff ne quid in loc. pub. & ita melius sentit Fortu. in l. Gallus. §. & quid si tantum, n. 295. licet postea num. 304. magis probet eandem differentiam & distinctionem inter gentium & ciuile.

**2** Nec aliquis putet his respondendum ex subterfugijs & commenticiis seu cauillosis traditionibus multorum, qui aliquando respondent, in prædictis ius ciuile iuuari à ratione naturali, ideoq; non posse principem id auferre. Nihil enim ferè dabis in iure ciuili, quod non sit vel præsumi debeat rationi consentaneum, vt inc. erit autem lex. 4. distin. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 2 ff. de legib. Vnde (si maturè at- tendas) ex hac responsione & restrictio- ne Dd. prorsus destruitur eorum distin- ctio & conclusio supra dicta, videnturq; ipsi sibi ipsis nō cōstare. Quod debuisset magis aduertere doctus & ingeniosus Fortu. in d. s. & quid si tantum, num. 303 & seq. vt ita perfectius præstaret, quod be- ne incepit.

**3** Hinc sequitur contra Ias. & Burg. vbi sup. & contra mentem omnium, quo ad effectum illum, an princeps auferre pos- sit ius vel dominium acquisitum ex em- ptione, non referre, an ea dicatur de iure gentium, vel de iure ciuili: semperq; reti- nendum, vt non sit maior potestas prin- cipis in damnum partis in uno casu, quā altero: & consequenter colligitur vera ratio ad tex. in l. 3. infra hoc tit. ibi, nec ex rescripto nostro.

**4** Inde infertur etiam omnino rejcien- dum esse, quod scripsit Bal. in l. si nu. 9. C. sen- ten. rescind. non pos. Angel. in l. Luciu. ff. de euītio. dicentes; posse principem li- berè tollere dominium quæsitum iure ciuili: quòd sequuntur plures su. citati in fin. c. præceden. exemplificantes in senten- tia aut præscriptione. Sed contra eos stat-

iura & rationes, de quibus sup. & ratio Imperatoris in l. si quādo, C. de inoffic. test. ibi, nec credendum est Romanum principem, qui iura tuetur, &c. Quod etiam conuin- citur, quia dominium semel quæsitum, etiam aliquo medio iuris ciuilis dicitur semper de iure gentium, secundum cos- dem Dd. sibi repugnantes, & ita Bart. in l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Ias. in d. l. ex hoc in- re, num. 43. & ita intelligendam dicunt glo. in eadem l. prima, dum enumerat mo- dos acquirendi dominij iure ciuili, quā extollit Ias. in §. omnium, n. 72. Inst. de acti. & ita Arc. in l. 3. col. ff. de testa. Et ex his comprobatur, quod in hoc articulo cō- tra alios subdit Ant. Bur. in Rub. de emp. & vend. n. 18. & bene aduertit Ias. in d. l. fi. n. 3. vers. 1. C. si contraius. Feli. in d. c. que in ecclesiastarum, num. 49. & melius Zasi. in l. princeps, n. 2. ff. de leg.

Ex eisdem in specie resultat contra Angel. in d. l. Lucius, ff. de euīt. & contra alios, de quibus sup. & Chaf. conf. 66. nu. 60. Dcc. in d. cap. qua in ecclesiastarum, num. 26. versic. quintus casus. dominium quæsitum legitima præscriptione non posse à prin- cipe auferri, vigēt enim iura & rationes de quib. supr. & ita colligitur ex Bur. & Ias. Fel. Zasi. proximè citatis. Et ita hoc vt indubitate præsupponit Bald. sibi contrarius in l. Imperium, in l. lec. col. 3. n. 10. vers. circa octauum, ff. de iuris. omn. iud. cuius non meminerunt Fel. Ias. & Burg. vbi sup. eum vero sequitur Aymo, Crau. in tract. de antiqu. 1. par. n. 17. & 4. par. nu. 9. idem conf. 7. n. 10. & conf. 135. nu. 20. vbi plures citat. comprobatur hæc opinio ex rationib. iustificantibus vsu capione; & plenè scripsi in auth. nisi tricennale, n. 39. C. de bon. mat. vbi plures & plura adduxi pro Io. And. in c. possessor. de reg. iur. cuius doctrinam dicit receptam Cagn. in l. iu- re natura, ff. de reg. iur.

Infertur ex eisdem, non minus esse de iure necessariam iustum causam, vt prin- ceps auferat dominium, vel ius quæsi- tum iure ciuili, quam ad auferendum quæsitum iure gentiū, contra plures sup. citatos in fine c. præceden. quidquid scri- pserit gloss. d. l. fin. C. si cont. ius. & plures per Fel. in d. ca. que in ecclesiastarum, nu. 48. & ibi Dec. n. 29. cum præced. Affl. Et. decis. 128. n. 11. & 13. Chaffa. conf. 66. n. 59. Nec est iuridica collectio, Cur. Iun. d. cōf. 1. & multorum arguentum, potest tollere & corrigere ius posituum: ergo poterit auferre ius alicui adquisitum extali iure.

Nouum enim ius inducendo, vetusq; b  
abrogando iuste faciet,  
b Hoc est enim in futurum prospecturas leges  
condere, nō præteritū irritaturas iniquè gra-  
tificari, quam in rem confert l. leges & consti.  
C. de legib. cum materia, de qua alibi latius.  
iniustissimè verò auferendo iuspartis, vt  
constat ad sensum, & bene sentit Bart.  
in l. fin. C. si cont. ius. vnde in auferendo  
dominio quæsito ex usucapione non  
minus requiritur iusta causa, quam in  
auferendis quæsitis ex iure gentium,  
contra plures, de quibus su. quod securè  
quasi receptum tradit Rebus. (immemor  
plures contradicere) in 2. tom. ad leg. Gal.  
tract. de restitut. artic. sec. glo. quarta, in prin-  
cip. pag. 131.

6 Ex iusta autem causa recedi potest à  
iuris regulis, quod ex innumeris proba-  
ri potest, & copiosè tradit Iaso. in l. Bar-  
barius, ex nu. 24. ff. de offi. pret. soletque ci-  
tari tex. in l. si hominem, 30. ff. mand. quem  
extollit Fel. in c. I. n. 48. c. & seq. de cost. vbi  
plenè ornat doctrinam Innoc. permit-  
te. Hanc eandem l. commendat idem Pine. cum  
ijsdem auctoriib. in l. tertia par. pag. 108. col. 3.  
ver. & tamen inferendo. & pa. II 6. col. 1. ante  
n. 60. C. de bo. mater. tu. adde Dec. in l. in am-  
biguis, §. quoties, ff. de reg. iur.  
tentis ex causa iura transgredi, eandē l.  
commendat Iaso. in l. nemo potest, col. 1. ff. de  
leg. 1. quibus addo bonū tex. in l. 4. §. vi. ff.  
deremil. tatusq; est effectus iustæ causæ,  
vt ex ea sumi Pōtifices ius diuinū decla-  
rādo. Principes ius naturale limitare pos-  
sint, vt tradit Panor. in d. ca. qua in ecclesiarum,  
& ibi Fely. nu. 19. & nu. 26. & Dec.  
nu. 13. & n. 18. & seq. & plures alij, quos  
citat (eleganter id tractans) Couar. de  
sponsi 2. par. cap. 6. §. 9. nu. 4.

7 Ad eam vero dispensationem vel li-  
mitationem adeò iusta causa requiritur,  
vt secundum quam plures debeat. talis  
causa constare, nec sufficiat principe-  
m eam asserere, vt no. Iaso. in l. fi. nu. 3.  
C. si cont. ius. Dec. const. 558. & 576. & 602.  
Grat. const. I. n. 36. lib. 2. & Thom. dec. 103.  
n. 229. Et hanc opin. receptionem dicere  
videtur Alciat. reg. 3. praf. ū. 8. n. 5. d. quibus  
tamen ego indistinctè non accederem,  
d. Dicat quicquid velit nōster Pin. vir ab-  
que dubio & cordatissimus & iuris appri-  
mè catus, contrarium est receptius, vt con-  
stat ex relatis nostro in thesauro, & utilitas  
publica iuris propè mater & aqui id suadet  
maximè, primum enim hac distinctio valitu-  
ris commentis obnoxia est, deinde eius excusi-

sio, vel illiberaliter probaturis inhonestā vel  
generosè improbatū periculosa.  
sed magis putarem attendēdam maturè  
qualitatem negotij, vt in multis creda-  
tur principi afferenti exprimentique iu-  
stam causam, ex relatis ab eod. Dec. in d.  
c. qua in ecclesiarum, nu. 28. & in terminis  
Alex. const. 2. id si. n. 20. lib. 1. & Math. Af-  
flict. lib. 1. const. rub. 47. nu. 13. in fin.

Ex quibus nouè & elegāter videtur 8  
intelligendus tex. in l. 2. §. si quis à principe in f. ff. ne quid in loc. publ. præmittit  
enim IC. Vlpianus, si quis à principe im-  
petret facultatem edificandi in loco pu-  
blico, intelligi concessionem, ne adi-  
cet cum incommodo alicuius: subdit  
tex. nisi forte hoc impetraverit. quæ verba  
significare videntur, non obstante inco-  
modo aliorū posse illud impetrari, Dd.  
non explicant, glo. autem ibi vacillat,  
tandemque concludit tex. intelligendū  
de concessione cum modico prejudicio.  
Et ita glo. in l. seruitutes, 14. §. publico, ff. de  
seruit. glo. in l. sed cum ab herede, 12. in fin.  
ff. ad Trebel. quam notab. dicit Iaso. in l.  
quoties, nu. 4. C. de precib. Imp. offer. & vide-  
tur recepta resolutio, quam bene decla-  
rat Dec. in d.: quæ in ecclesiarum n. 26. vers.  
quartus casus, de const.

Ego autem puto eam interpretationem  
glo. & Dd. ad d. §. si quis à principe, veram  
non esse tum quia manifestè diuinatoria  
est, cum verba tex. nihil ex primant de  
magno vel paruo incommodo, tum  
quia in respicientibus iustitiam, etiam  
parua attenduntur, vt in l. & in maioribus.  
C. de appell. Bar. in l. si proprietas. n. 2. ff. de  
damn. in fe. licet negandum non sit, toler-  
abilius esse & minus malum, quando  
concessio modicum damnum alteri af-  
fert. Intelligo igitur IC. in illis verbis so-  
lius impetrationis memirisce, an verò  
iusta, vel iniqua sit, in ambiguo reliquisce,  
vt si ex iusta causa & cum satisfactione  
læsionis princeps id concedat, iusta di-  
catur concessio, secundum sup. deducta.  
causa autem vel satisfactione dificiente  
dicatur iniqua: vt satis in simili probat  
IC. in l. penult. ff. de natal. resti. & in l. 2. cod.  
tit. ibi, non facile solent, nisi consentiente pa-  
tron. Sic enim idem Vlpian. aliquando  
memorat id, quod non iustitia, sed gra-  
tia obtinetur, vt in l. denunciaſſe, 17. §. fi. ff.  
ad legem Iul. de adulte. & ibi, obtinere, vel  
gratia, vel iustitia posſit.

Infero etiam ex iupdictis contra do-  
ctiss. Alexan. const. 2. num. 19. col. fin. versi.  
nec ad

nec ad hoc, lib. 1. & in l. 2. §. is pro quo, n. 4. & n. 6. ff. quod quisque iur. vbi deterius cæteris scripsit, posse principem etiam sine causa tollere omnem actionem, etiā ex contractu iuris gētium: erronee arguens ex eo, quod actiones dicūtur iuris ciuilis, quod non solū rationi & æquitati adueratur, & ijs, quē superius veriora probauimus, sed etiā receptissimis traditōnibus scribentium, qui in his terminis semper talem potestatem negant, vt nō relato Alex. tradit etiā Cazialup. de penſio. q. 19. n. 25. in dominio autem etiam iure ciuili quæſito hoc dicit receptius Par. conf. c1. n. 70. lib. 1. & in quæſitis etiam ex constitutionibus principis, magis probat Afflīct. lib. 1. const. rub. 19. n. 29. contradicens lib. 2. rub. 3. n. 52. vt etiam variat Dec. & Paris. in conf. suprà & infrà relatis, & Pau. Caſt. si eum legas in l. si quis curiālis, in fin. C. de episc. & cler. & in l. digna vox, n. 6. C. de legi. & ſæpe variauit Afflīct. in feud.

10 Infertur etiam ex eisdē, non viderit utrum, nec tenendum, quod iudicavit cōſiliū Neapoli. posse principem sine iusta cauſa reuocare legitimationem, quā alii cui præſtitit, vel quæ ex eius commiſſione confeſſa fuit, vt tradit Afflīct. de cīs. 1. 8. n. 12. & seq. Cuius fundamentum est ex eo, quod tale beneficium non à iure gētium, sed ab eodem principe obtentum fuit. At ex ſuperius traditis ſatis conſtat id fundamentū verum non eſſe, cū indiſtincte ius legitime quæſitū auferri iuste non poſſit. Et contra illam deciſionem vrget deciſio l. fin. ff. de paſt. vrget reg. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub mo. magis que vrget tex. in l. 5. C. de reuoc. dona. vbi neque authoritate principis e reuocatur donatio rite facta, quæ tex. in ſimiſ not. e Notat & idem Pin. in l. 1. 3. parte, pa. 122. col. 4. in princ. C. de bon. mat.

Dec. in conf. 468. n. 18. vrget etiā ratio, ne qui legitimatus fuit, ſine demeritis, fraudetur beneficio obtento, cōtra doctrinam IC. in l. in commodato, §. ſicut. in fin. ff. cōmod. ibi, adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet. ſacit tex. inc. 1. & ibi Bald. ante num. 1. de natu. feud. ne princeps abſque culpa donatarij reuocare poſſit quod dedit. & Bar. in l. fin. per tex. ibi, C. de loca. præd. fisc. & Paul. Caſtr. in l. digna vox. nu. 6. C. de legi.

11 Infertur etiam ſecundum haec quæ iuſtiā & honestatem respiciunt, ſuper-

fluam in multis manere doctrinam Pan. in c. per tu. 15. de arbi. quem extollit Fel. in c. ad audientiam, 2. nu. 4. versi. beneſateor. de rescrip. & Ant. Burg. in d. rub. de empt. & ven. n. 18. in fin. & Cazialup. de penſio. q. 19. n. 25. & Par. conf. 6. n. 50 lib. 2. dicentes, non poſſe principem ſine cauſa deroga- re iuri poſitiuo habenti fundamentum cōſonū iuri diuino, vel rationi naturali, ſemper enim pro lege vel canone tale fundamentum präſumitur, vt in l. 2. ff. de legib. & inc. erit autem lex. 4. diſtinct. eſſet que inexplicabilis quæſtio in talibus derogationib⁹ traſtare, an lex, quæ derogatur, fundamētum habeat diuini vel naturalis iuris, cuius rei cognitio multa requirit, quæ raro apud iudices inueniūtur: & ſic reſultaret magna difficultas & ambiguitas in iudicijs, cōtra l. 6. ff. de exc. rei iud.

Infertur etiam ex ſup. dictis ſaniū in- 12 telligendam fore gl. in l. relegati, in fin. ff. de pen. vbi tex. in reſtitutione vel mitigatione poenęvidetur cauſam requiri- re; gl. autē intelligit pro cauſa ſufficere vo- luntatem principis: vulgoq; & à doctis indiſtincte & male citatur, quaſi in omni auctu principis ita präſumendum ſit: & ita tradit ampla additio Bar. ibi. Ale. cōſi. 2. n. 20. lib. 1. Fel. inc. nonnulli, col. 4. nu. 4. de rescrip. Hipp. notab. 6. & in l. de unoquoq; n. 19. ff. de re iud. Iaf. in l. ſi testamentum, col. 1. C. de test. Couar. f de ſpon. 2. par. c. 6. §. 9. nu. 10. id maxime intelli.

f. Adde Gremagolottum in traſt. de ſecuritate pag. 6. vers. 2. ampliatur, & Petr. Duen. reg. 43. ful. 5. vers. & facit.

gentes, vbi derogatur iuri poſitiuo: vt etiam Iaf. in l. quo minus, col. 2. n. 6. & 7. ff. de ſlumin. Aymo confi. 241. col. antepen. vers. ex quibus. At gl. illa loquitur tantū, quādo princeps remittit poenam publicam vel fiscale, non autem in omni auctu: minusq; vbi aliquis damno afficeretur (quod ma- gis attendi debet) vt ſu. deduxi, & ſentit Alcia. reg. 3 prafump. 8. num. 4. Nec debuit omitti a Feli. multipliciter illam gl. de- clarante, in d. c. quæ in eccleſiarum ex nu. 60. quod probatur ex alia gl. in l. 2. in fin. C. de in ius voc. vbi eam not. Bart. & alij, vt per Iaf. n. 10. Dec. & Alciat. quod princeps poenam publicam vel fiscalem remittere poſſit, non pecuniariam alicui delatam (etiam iure poſitiuo, vt erat in caſu illius l. quod magis notandum eſt) facit à for- tiori l. fin. in fine. C. de fund. rei priua. & tra-

dicit Felin. in cap. super eo. col. 2. numer. 5. de offic. deleg. & in quæstis iure positivo; idem probat tex. in l. fin. C. vi lit. pen. quem ibi nimis commendat in sua deci. Paul. Castr. & Restaur. Castal. in tract. de imp. q. cxi. casu 7. vbi postea cas. 61. male cit. l. si. ff. quan. appell. st.

**t3** Infertur ex eisdem optima ratio ad opin. multorum; ne princeps regulariter validare possit scripturam carentem legitimam solennitate, quando ex nullitate quæsitum est ius tertio, ne tali scriptura obligetur: Panor. Feli. Dec. in cap. 1. de fid. instru. & ita aliquando obtinui coram grauissimis referendariis sereniss. Regis nostri: quod probatur ex notab. deciso. Afflict. 286. & tradit aliqua idem Afflict. in cap. 1. nu. 31. & 42. fo. 137. de probib. feud. alien. Afflict. lib. 1. constit. rub. 79. nu. 27. & sequ. & Gome. in reg. de nontol. iur. quæsi. q. 18. in quo Dd. sibi ipsis repugnat, quia hoc casu constat eos agere de nullitate ex iure positivo non obseruato: & tamen negant, posse principem dispesare cum præiudicio tertij. Conducunt quæ de virtute incommodo tertij cumular Fel. in cap. causam que, n. 19. & n. 16. de rescrip. Ias. in l. fin. ex n. 19. ff. de constit. princ. Dec. consil. 535. num. 8. melius ad propositum idem Dec. consil. 689.

**14** Infertur contra plures, ut satisfactio, quamrequirunt, vbi aufertur quæsitum ex iure gentium non minus requiratur, vbi aufertur quæsitum iure positivo: & sic utroque casu necessaria sit equiualeens satisfactione rei, quæ alicui absque eius culpa aufertur: & ita generaliter intelligatur doctrina g. notab. Inno. in c. nisi cum pridem, col. 1. in fin. vers.

*g De qua vide etiam Pin. enn. in l. 1. p. 3. pag. 122. co. 4. C. de bon. mat.*

*nos dicimus, de renunc. cum traditis ab Ias. in l. fin. nu. 2. C. si cont. ius. Felin. ind. c. quæ in eccles. nu. 28. Et notandum est, quod Inno. & alij loquuntur etiam, vbi res aufertur, ex causa iustissima: & ita Alex. consil. 151. nu. 3. lib. 6. & colligitur ex Bar. in l. si. ff. de pignor. acti. tradit Anton. Burgen. in c. 2. n. 16. de empt. & vend. Bertran. consil. 304. num. 4. lib. 3. & eadem doctrina colligitur ex gloss. in l. Barbarus, verb. multo, ff. de offic. pret. & ibi Ias. copiosè, nu. 36. & Matth. Afflict. in c. 1. §. similiter, numer. 19. de capit. qui cur. vend. qui omnes citant text. in l. venditor, §. si constat. ff. commu. prædio. ibi, non aliter hoc*

faciat, nisi prius solitus salarium domino praestet. quem text. dicit meliorem de iure Bar. in prohem. ff. n. 5. & Ioan. Ceric. de primogenitu. lib. 3. q. 7. nu. 5. & Dec. in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. de cuius text. intellectu agit Aymon. de antiqu. 4. par. n. 9. limitat autem Dec. consil. 520. n. 10. Afflict. in prælud. constitut. q. 4. n. 7. obligationem tamen satisfactionis multipliciter limitat idem Matth. Afflict. in c. 1. §. similiter, ex nu. 24. de cap. ven. 3. feud. fol. 105. Quia in re vt dixi, idem dicendum est, vbi aufertur quæsitum iure positivo, cōtra plures sup. citatos, & contra Alex. consil. 101. n. 8. lib. 1. quod tamen circa satisfactionem aliquando non seruari inquit gl. in l. si locus 14. in si. b. ff. quemadm. seruit. amit. b. Quæ sequitur Porc. in §. si. in si. inf. de vsuc.

Ex quibus infertur ad intellectum text. in l. item si verberatum, 15. §. 1. ff. de rei vend. vbi IC. Vlpianus loquens de agro militibus assignato, subdit, modic⁹ (honoris gratia) possessori dato. Inde enim iniquissime colligebat Ange. Perus. absolutam potestatem principis ad auferendas res subditorum: quod improbat Fulgos. ibi & nos latius *infran.* 26. Dum autem tex. inquit, modico dato possessori: intelligunt Alber. & Bald. modicū ibi sufficere, neque etiam id modicū ibi necessariū fuisse, eo quod res auferebatur ex iusta causa in præmiū militiæ. Sed manifeste labuntur Alber. & Bal. quia ex predictis cōstat verius & receptius esse iustā causam operari tantū, vt res domino auferatur, nō vero ex cusare ab equiualeti satisfactione. Secundū Bald. & In. & alios proxime citatos, inter quos sunt iidē Bar. & Alb. & ita Bal. in l. 2. C. in quib. caus. seru. pro præm. liber.

Melius intelligebant Gin. Iac. relati à Bald. ibi, vt modicū ibi accipiatur pro valore rei: quæ expositio colorem habet, quia possessori vero similiter semper modicum videbitur, cū res sibi auferatur. Sic etiam verbū illud modicum, aliquando accipitur nō pro paruo, vel pro eo, quod minus iusto est, sed pro cōgruo & tēperato, vt tradit Aulus Gel. l. 12. c. 13. & Spie. in Lexi. iur. Sed magis placet explicatio, quæ ad illa iherba fuit And. Iser. rei Ad huius tex. verā & facile interpret. videto, quæ olim scriptissimus lib. 1. obseruat. iur. c. 2. & quæ Iacob. Cuia. adnotauit l. 2. obser. 9. latus ab Afflict. in cap. 1. §. similiter, numer. 19 in si. de cap. qui cur. ven. vt sc. 1C. ibi

ibi tantum referat facti contingentia: vere enim nihil ibi agitur de iusta satisfactione, nec intendit IC. explicare, quid praestandum sit possessori, re ablata: aliudque diuersum ibi tractat, ut constat ex litera. Et IC tri aliquando in similibus speciebus referunt, non tantum quod iuste fit a principibus, sed etiam quod inique, ut ex eod. Vlp. probauimus sup. nn. 8. ad fin.

Nec omitto ad verba dicti §. ibi, honoris gratia. glo. Alber. & omnes ea referre ad dominum vel possessorem, quasi eis honor fiat, cum non omnino gratis eis res auferatur. Quae explicatio mihi nullatenus placet, quia satisfactio tunc iure debetur, ut supr. probauimus, ideoque modico, vel etiam iusto pretio dato, non potest dici honor vel liberalitas: iuxta regulam fideicommissa. II. §. si rem. ff. de leg. 3 neque apte dicetur honor respectu eius, cui inuita res aufertur. Vnde magis intelligerem ea verba

I Hac interpretatio (parcat manes) eximi procul dubio IC. verborum contextui reluctatur, & sententia Vlp. atque adeo antiquitatum historia refragatur: nam quis illam orationis seriem ita praeuerteri & conturbari posse cōsenziet? quis agros veteranis militibus vel premissis vel honoris causa assignari ignorat? ut usque adeo praeponsterè illud fuerit memoria mandandum: suoprisè & simpliciter intellege, quod cum ager iure belli a possessore interciperetur, possessori honoris causa modicū illius relictum est, & non totus fuit ablatus, quod se penumero fieri consueisse recte monet ac probat Cuiac. lib. 2. obseruat. c. 9. erat questione, num possessor hic, cui agri modicum honoris causa relictum fuit, illud vero domino restituere debeat, quamvis reliquum quod ablatum fuit, non teneatur, an ne hoc etiam quemadmodum nec illud.

adiecta ad declaranda praecedētia. Dixerat enim IC. agrum ablatum possessori & militibus assignatum: tunc subdit, id gratia honoris fieri, sentiens de causa honoris, qui militibus sit: ut colligitur ex qualitate rei: & ex verbis eiusdem Vlp. in l. Luccius, II. ff. de euict. ibi, veteranis in præmia assignatas, cum explicatione Alc. lib. I. parerg. c. 38.

15 Infertur etiā bona ratio ad l. 3. C. de test. & lex imperfecto. 24. ff. de leg. 3. vbi Imp. & IC. afferunt, ex imperfecto testamento principē legata, vel hæreditatem capere non posse, nec debere: & sic contra Dd. sup. citatos, vides ibi principem nō pos-

se iuste frangere ius posituum etiam cu pro se habebat voluntatē defuncti, que ex minus solenni dispositione probatur, vt in l. fi. de reb. eor. quod eleganter notat Plinius Iun. lib. 2. epist. ad Ammian. Certū autem est solennia testameptorum esse de iure ciuili, vt receptum cum Bar. sup. diximus, c. præceden. Possetque ad ea iura nouē assignari ratio ex his deductis, quia in ea specie ex nullitate testamēti quæsitū est ius legitimis hæredibus, quibus iniuria fieret, si institutus vel legatarius tunc admitteretur, quod est contra plures in l. Gallus, §. & quid si tantum: inique probantes opī. Pauli in l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. & in l. 3. n. 4. ff. de testa. arguētes ex differential (superius à nobis damnata) inter ius gentiū & ciuile: de quo & circa dominium latius scribo ad l. quoties. C. de rei vendicatio.

Infertur ex eisdem è contrario, in testamento solenni vera ratio ad text. in l. si testamentum 10. C. de testam. vbi perfectū testamentū ex rescripto principis rescindi non potest, cuius rationē scriben. ibi communiter deducunt ex eo, quod testandi substantia sit de iure gentiū, & ita Couar. li. 3. resol. c. 6. n. 7. Dec. conf. 493. nn. 14. quæ ratio parū tuta est, & à remotis petita: verior autē & iuri magis consonantia est, ne auferatur ius alicui legitimè quæsitum, vt sentit Soc. nep. conf. 65. n. 3. & seq. lib. 2. ne etiam violetur iusta defuncti volūtas cōtra l. I. C. de sacrof. eccles. & contra P. V. iuxta gl. not. in l. Gallus. §. quid si is, v. vtil. tex. optimus (licet Vulgaris) in l. vel negare, ff. quemad. test. aper.

Infertur etiam ad intellectū tex. in l. nec 17 filio. ff. dena. rest. vbi IC. inquit, iniuriā fieri patrono vel eius filio, si princeps eis nō consentiētibus natalibus restituat eorū libertū, quia auferret eis ius patronatus, quod tamen à iure ciuili magis, quam à naturali est, ut bene expendit Fort. in d. §. & quid si tantum, n. 298. & ex illa. tam aperte damnante eo casu factū principis cum dāno tertij, necessario ita explicari debet l. 2. eod. tit. vbi IC. inquit, in eadē specie non facile solere Imperatores quēquam natalibus restituere, nisi consentiēt patrono, que verba bene explicat Fort. vbi sup. malē autē eadē accepit Pano. (ab eo non relatus) conf. 84. col. 2. in fin. vers. 2. lib. 1. vbi d. l. 2. extollit ad iniquā sententiā, ut princeps auferre possit ius tertij: quasi IC. senserit id iuste fieri pos-

se, cum magis significet contrariū: idque apertius respondeat in d.l. penul. eo. tii. & eodē errore circa d.l. 2. labūtur plures, & Felin. eos referēt in c. cū ol. m. n. 16. de re ind. denique d.l. 2. est omnino explicanda iuxta ea, quæ sup. deduximus n. 8. ad l. 2. s. si quis à prin. ff. ne quid in loc. pub. m. m. Infertur etiam similiter, m. c illar' erum dominia, que hæreditibus per aditionem queruntur, posse principem, tamē si velit, anferre vel attēdere, vel alio trans dare, ut rectissime decidunt Ale. n. 26. Are. col. pen. 503. n. 24. Rui. n. vlt. Galiaul. ad fin. in l. Gall. S. & quid si statum, ff. de lib. & posth. quidquid nonnulla perperam contrarium blandiantur.

18 Infertur similiter ad frequentes quæstiones circa vincula maioratus vel capellæ (vt Hispani vocant) & similia bona perpetuo familiæ reiecta, adiectis certis cōditionibus & modo succedendi: verius enim arbitror secundum iustitiam non posse principem derogare cōditionibus & modis ab instituente adiectis per iura & rationes, de quibus sup. reiecta in investigatione Dd. an dispositio sit de iure gentium vel ciuitatis. Id autem maximè, quando ex derogatione ius tertio quæsumum auferretur, licet contrarium inique & cauillose responderit Curt. Iun. conf. 1. nu. 20. & 22. & seq. quem meritò improbat D. Couarru. hanc doctrinam probans li. 3. resolu. ca. 6. vbi respondendo declarat tex. in clem. quia contingit; ibi, Saluas edis Apostolice authoritate, de rel. domi. & tex. in l. legatū, ff. de administ. rer. ad ciui. pertin. & hæc opin. probatur magis ex l. legatum, 16. (qua vulgo in contrarium male citatur) ff. d. v. sufruct. lega. vbi 1C. agit de conseruanda voluntate defuncti, saltem alio modo simili, quando præscriptus à testatore locum habere nequit, de quo agit Bart. ibi, & Marc. Baue. in s. impossibilis, Inst. de hered. in istit. Platea in l. unic. C. de expens. ludor. Et ultra Couar. iam cauebis à Grat. conf. 9. n. 171. lib. 1. vbi sequitur responsum illud Cuf. Cauebis etiā à Par. conf. 4. n. 42. lib. 1. vbi in eadem re sequitur d. conf. Cur. Sed magis cauebis à Dec. conf. 269. n. 7. col. 4. & seq. vbi iniqu; in his asserit, posse principem admittere aliquos contra tenorem antiquæ inuestituræ, excludēdo eos, qui ex illa vocabantur.

Hanc vero partē confirmabis autoritate Dec. cōf. 337. n. 5. & in simili ex Bertrā. quæ refert & sequitur Tix. de retr. lig.

§. 32. n. 24. & magis ex authoritate Mat. Afflīct. in terminis lib. 3. conf. rab. 24. n. 6. & ita in his sentit Par. sibi cōtratus conf. 22. n. 49. lib. 1. dicēs, nō posse principē nocere eis, qui ex inuestitura admittuntur: & ita Bal. apertè, quem illi non citant in l. unic. col. pen. n. 31. C. quando nō pet. par. Soc. ne pos. conf. 65. n. 3. & seq. lib. 2.

Ex quibus expeditius resultat, inferiore à principe nihil in his facere posse ad mutandā legitimā voluntatē defuncti, vt in relictis ad pios usus nulla mutatio fieri debet, nisi authoritate sumi Pōtificis, d. clem. quia contingit. & ibi not. decif. c. Tollo. que. 26. Felin. in c. cum accessissent, n. 17. Card. n. 4. in fin. & n. 19. de const. Præpo. in c. verum, n. 6. de cond. appo. tex. autem in d. Clem. & Dd. indistinctè loquuntur in voluntate defuncti, quæ semel, vel nunquam habuit executionem: non enim potest regulariter mutari, quicquid cōtra tentauerit Imo. in d. l. 1. col. 2. ff. de cōd. insti. & deterius Felin. id magis asserens int. super hū, col. 2. ad fin. de accusa. & Hip. sing. 194. & ita in bonis maioratus confirmabis, quod tradit Ant. Gom. in l. 40. Tau. n. 52. & 86. Sed mea sententia, nec princeps, nec summus Pōtifex sine causa institutis volūtati derogare possunt, maxime cū præiudicio tertij, ex multis sup. deductis, & proximè deducendis: & ex Bar. in l. fin. C. si contr. ius. Et in praxi obseruabis, vt quando agitur de relictis pijs, petatur dispensatio à summo Pontifice: quādo vero de maioratu, vel relictis magis honoris & memoriae, quam pijs, petatur à principe: ex Dd. in d. clem. & in d. locis, & ita Bal. in c. 1. co. fi. n. 11. de alic. feu. Infertur etiam ex sup. deductis, quo ad 20 iustitiam & honestatē nihil facere, quod princeps auferendo ius vel dominū aliqui, vtatur clausulis, non obstante: ex certa scientia: proprio motu: de plenitudine potestatis: quod enim sine illis clausulis iuste facere nequit, ijsdem adiectis iniquum esse non definit: id n. ratio ostendit, id etiam euincunt iuris regulē: verba enim rei veritatem non mutant, vt notissimū est, facitque in proposito doctrina text. & Bart. in l. Seiui, 27. ff. ad leg. Falcid. igitur clausule ille tantum inducent maiorem significationem voluntatis, aliosque effectus circa solennia in scriptis exprimenda, vt per Decium conf. 341. magis terrebunt & impellent iudices ad executionem, non autem iustifi-

instiscabunt quod de se iniquum est, nec iustum potestatē principis augebūt, aduersus gl. & omnes inepte contradicentes in l. fin. C. contr. ius. contra Paul. & alios in l. si testamentum, C. de testam. contra Bald. in l. fin. n. 4. C. senten. rescind. non pos. contra Alexand. conf. 216. n. 16. lib. 2. & in l. si quis iniquum, s. is pro quo. num. 6. ff. quod quisque iur. contra Curt. Iun. in d. cof. 1. n. 26. contra Isern. & Afflict. n. 12. & seq. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Freder. contra Fel. in c. nonnull. n. u. 8. de rescrip. contra Dec. conf. 269. colum. 4. & sequen. contra eundem conf. 390. n. 13. & seq. contra Alcia. regul. 3. pr. sump. II. contra Panor. conf. 84. col. 2. lib. I. comprobaturque hæc traditio ex ca. cum ad monasterium, in si. de sta. mona. ibi, ut nec summus pontifex licentia indulgere possit: quæ verba eleganter explicat Couar. in c. 2. ad fin. de testam.

21 Insertur similiter ex prædictis verius dicendum contra plures, vt princeps nō possit magis tollere defensionē parti in causis ciuilibus, quam in criminalibus. Item vt sicut Dd. fatentur communiter, principem non posse procedere in audita parte in criminalibus, ita etiam in ciuilibus: vtrobiq; enim viget firmissima illa ratio, ne ius tertio competens auferratur, item ne cui fiat iniustitia: vt meritorum damnanda sit differētia, quam in hoc inter causas criminales & pecuniarias malè constituit Bal. in l. 2. §. si pro quo, & ibi Iaf. n. 7. ff. quod quisque iur. & Cur. nimis commendans in repe. l. admonend. n. 327. quod ex Bald. & Alber. refert, & sequitur Matthe. Afflict. in c. 1. n. 77. qui success. tenean. lib. I. feud. Idem Afflict. in lib. I. const. rub. 51. §. item dura. num. 3. & idem Afflict. decis. 391. n. 9. & Paris. conf. 2. n. 157. lib. 2. & Felin. in varijs locis, vt eum & alios refert Hippol. in l. vnic. n. 170. C. de rap. virg. & in præl. crimi. §. oportunit. n. 61. & Dec. in rub. de appell. n. 10. vers. 6. ex quorum numero satis appetit id receptum esse. Sed ex supra dictis nullo pacto sustinere potest, & manifeste repugnat alia recepta sententia, quæ habet, non posse principē etiam in causa ciuili citationem tollere, vt indistincte notat Panor. in ca. cum olim. & ibi late Felin. n. 12. de re iudi. ampliates id, vt neq; etiam de plenitudine potestatis: quod vt verius & receptius tradit Anton. Cap. decis. 69. num. 26. licet Felin. variarit, vt ibi refert, & late Hippol. in rep. l. de unoquoque, ex n. 10. ff. de re iudi-

licet aliqui variauerint, vt etiam ibi refert Alexand. num. 12. & ita Curt. Sen. conf. 49. n. 92. & seq. licet ibi malè videatur repetere differentiam inter causas criminales & ciuilis. Sed melius in omnibus hoc probat Soc. conf. 120. num. 12. & num. 10. & seq. vers. sed premis. lib. 3. Quia in re Dd. vt diuersa tradere videtur, vbi causa corā alio est discussienda: vel quando coram eodem principe: licet Hippo. non aduertat, quod colliges ex relatis ab eo & ab Ias. in l. nec quicquam, nu. 29. ff. de offic. procons. Maran. de ordi. iudi. 7. par. n. 10. pa. mihi 354. & tamē ad id requirunt causam in principe: & ita Anton. Nicel. concordat. 52. in 7. fallen. quod intelligas in citatione ad notitiā iudicij & defensionē: secus autem de citatione ad audiendum sententiam. hæc enim authoritate principis facile tolli potest, licet vtroq; iure vt necessaria tradatur: ita Anto. Capic. decis. I. num. 36. & ultra cum ex Bald. notat eleganter Dec. in cap. ex parte, 2. col. 7. vers. & ista limitatio de offic. deleg.

Neque difficultatem faciunt iura, que loquuntur de causa à principe cōmis̄a, cum clausula appellatione remota, maximè tex. in l. I. §. interdum ff. à quibus appell. non lib. vbi Bar. & Imol. latē, & latius Phil. Fran. in cap. pastor. de appell. Felin & Rip. in c. I. de rescr. quæ iura etiam in causis criminalibus necessario intelligi debent ex prædictis contra Dec. in d. rub. de appell. col. 6. num. 10. vers. 6. Hipp. in d. §. oportune, n. 60. cum seque. putantes causam criminalem non posse committi appellatione remota. Contra quos est generalis litera d. §. interdum, iuncta vulgari regula l. de precio, ff. de publi. & magis ex tex. in l. I. §. pen. ff. de alcalus. nec facile admitti debet differentia inter causas ciuiiles & criminales, cum æquari soleant, vt ex Bart. & pluribus deduxi in commēta. l. I. C. de bon. mat. carta. 124. col. 2. & not. Alex. in l. 2. n. 8. ff. de re iudi. Et apud Lusitanos habetur ea æquiparatio Ord. l. 5. titul. I. ad fin. & in extraua. ord. iud. & denique ante & post d. §. interdum, loquuntur IC. de causis criminalibus, vt l. non tantum, ff. de appell. l. I. ff. quan. appell. fit, l. I. ff. nihil nou. appell. pen. Sic igitur intelligi debet tex. in d. §. interdum.

Dixi ei iura loquentia de appellatio- ne remota non obstare, nec ex ijs probari, defensionem à principe tolli posse. Dd. autem anxie laboratē tandem re-

spondent, distinguendum esse inter defensionē naturalē & ciuilē, quasi *appellatio* sit defensio ciuilis, ideoq; à principe tollatur, vt resolut Imo. in d. §. interdū. col. 14. Felin. & Dec. in d. rub. de appell. ijdē Feli. & Deci. n. 3. in c. 1 de rescrip. Maran. de ord. iudi. 6. par. n. 329. pag. mihi 6; 1. de quo melius agit Cou. in quest. pra. ca. 24. nu. 6. char. II. 4.

Quæ conciliatio & distinctio parum tuta est, cùm ex supra dictis constet etiā defensionem iuris ciuilis non posse iustè à principe tolli: vnde verius dicendum videtur, *appellationem* propriè non esse defensionē, & ideo remota appellatione non tollitur defensio, quæ propriè est, vt reus plene audiatur, & ei iustitia fiat, iuxta Clem. pastoralis, *de re iud.* An autem sint plures instantiæ, seu plura tribunalia, mere arbitrariū est, nec respicit iustitiā causæ: nemo enim scire potest, an rectius in prima instantia, vel in secunda iudicetur, vt bene videtur aduertere Rebus. in l. tom. ad l. Gal. pag. 308. n. 35. atque ita constat remota appellatione non tolli defensionem naturalem neque ciuilem: constat item non fuisse tam anxiè à Dd. laborandum circa eam obiectionem.

23 Non tamen negauerim ex duabus ini quis iniquius esse defensionem tollere in criminalibus, putarem etiam (aliqua liter saluando traditionem Dd.) leui ex causa posse principem tollere aliquas exceptiones dilatorias parui momenti, nō respicientes merita causæ, prout exceptionem procuratoriam militis vel fæminæ, vel exceptionem feriarum: argu. tex. in l. si fidei usq. 29. §. quædam ff. mand. per quem hoc not. Bald. in c. cum venissent, in fin. de testib. & Ias. in l. pactum inter hæredē, n. 17. ff. de pact. Secus autem in exceptione peremptoria, quæ à principe tolli non potest. l. causas, C. de trāf. Idemq; in exceptione pacti de nō petēdo ad tēpus, quia cōtinet interesse notabile quæsitus ex glo. in d. §. quædam iunctis sup. diēlis, idem que verius puto in exceptione ordinis, vt scilicet prius alter excutiatur: contineat enim iuris beneficium magni momenti, quod nemini auferri debet, iuxta sup. deducta, & reg. l. 4. §. si quis condemnatus ff. de re iud. quod alibi plenius tradit contra quamplures male intelligentes glof. l. si mancipium. §. 1. ff. de enīt. Sic verius puto seperandam esse recusationem ab appellatione, difficilius enim tolletur

recusatio: & regulariter nō poterit princeps committere causam remota recusatione, ne per obliquum iustitia cueratur: contra plures Dd. æquantes appellationem & recusationem, quos refert Hipp. sing. 292. & Præpos. inc. p. 8. de appe. Melius tractat Deci. in cap. ad hac. col. si. de rescrip. & in c. cum inter, num. II. de excep.

Concederē etiam cum Dd. posse principem facillime dispensare circa dilationes, ex notat. à Dec. in d. cap. cum sit Romana, num. 4. de appell. Cauendum autem est ab eod. Dec. & multis alibi periculoſe tradentib. principem posse tollere defensiones, vt Dec. not. in ca. ex parte 2. col. 3. in vlt. notab. nu. 4. de offic. deleg. & Dd. in l. 3. §. si is pro quo ff. quod quisque iur. id male deducentes ex illis iurib. ibi, quæ (si bene expendantur) contrariū probant.

Infertur tandem omnino rei cīēdam 24 & exterminandā esse inhumanam illam multorum traditionem, eum principi tribuunt plenissimam vel absolutam potestatē, eam ab ordinaria distinguentes, vt ex illa omnia possit, vtqae facta mentione talis potestatis nulla exceptio obiici valeat: quod inter alios acerbius scripsit Ang. in l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vend. Panor. consil. 84. li. 1. Bal. in l. 2. col. 6. n. 39. C. de seruit. & aqu. Alex. consil. 16. n. 24. li. 2. Dec. plures referens consil. 2. 9. col. 4. ver. & etiam. idem Dec. consil. 498 n. 24. cum seq. Hipp. in repet. l. de unoquoque. n. 16. Afflīct. inc. 1. 6. similiter, n. 42. de cap. qui cur. vend. in 3. feud. Ant. Capic. deci. 166. n. 10. Gozadi. cōf. 5. n. 25. & seq. las. consil. 107. col. 2. lib. 4. Castal. in tract. de Imp. q. 98. & copiosius q. 110.

In quo scribentes ipsi mirè variant, aliqui prorsus improbantes, vt infrā, alij intelligentes eam absolutam potestatem, dummodo princeps læsionem refarciat: & ita Dec. in c. quæ in eccl. nu. 25. de confit. Cagno. in proœm. ff. num. 42. & ita communem opin. procedere, inquit Bello. consil. 2. num. 9. Alij distinguunt inter magnum & modicum damnum, vt tanquā receptius videtur tradere Alex. in l. 2. §. is pro quo, num. 7. ff. quod quisque iur. Alij vacillant, vt Ias. in l. Barbarus, num. 35. ff. de offic. prat. quæ Dd. varietas satis indicat, non veram nec tutam esse hanc suam traditionem de absoluta potestate.

Antequam verò tota ea traditio dā netur,

netur aduerto contra Alex. iniustitiam non cessare etiam in modicis: vt in l. & in maioribus, C. de appell. Similiter aduerto contra Dec. Cagno. Bellon. non cessare eandem iniustitiam, si absq; iusta causa princeps auferat alicui inuito rem, licet eius valorem soluat: iam enim ex violētia libertatem tollit, iniuriamq; infert, contra tex. in l. extat, ff. quod met. cau. no leue enim interesse voluntatis censetur arg. tex. in l. fi. ff. de usu. & habit. quē not. Bar. in l. si filius qui patri, n. 4. ff. de vulg. gl. & Paul. in l. cum seruus, ff. de condic. ob caus. optima glo. in l. quāuis melius. 9. ff. de usuf. Alex. cons. 55. in fin. lib. 2. idque probari satis videtur ex sacra pagina lib. 3. Reg. vbi nec data pecunia Regi licuit subditi vineam occupare, nisi eo consentiente, & vis illata acerrimè à Deo punita fuit.

25 Generaliter autem *absoluta potestatis* nomen iuri contrariū, & omnino à IC. allegandum, recte & eleganter tradit Couar. d. li. 3. resol. c. 6. col. 8. cùm ad iuris tractationē nihil pertineat, quod princeps vi & errore potestatis facere potest: & ultra Couar. idem inquit Molin. ad Dec. in d. c. quae in eccl. li. 1. & ante eos Fortu. int. Gallus. 5. & quid si tanū. n. 290. versi. ego verò, & nu. 301. & seq. & nu. 311. vbi eam potius appellat plenā peccandi potestatem: & ita in principe absolutā eam potestatem negat Alcia. in l. censere III. ff. de verb. sign. idem etiā satis colligitur ex Bar. in l. fi. nu. 2. ad fin. C. si cont. ius, ibi. Deus non dedit eis iurisdictionem peccādi, nec auferendi alienum quod etiam colligitur ex eod. Bar. in prohæm. ff. & ibi Alber. n. 12. in fi. cum seq. idem aperte tradit Afflict. lib. 1. const. rub. 40. num. 5. Imo ex potestate absoluta magis diceretur tyrannus, vt sentit Corras. in repet. l. frater à fratre, n. 71 ff. de condic. indeb. qui debuit citare bonam glo. inclem. 1. de Baptif. vbi loquitur de principatu & tyrannide, quam no. lo. Imo. in rub. ff. de verb. oblig. col. 4. idem notab. probat Bald. in l. decernimus, nu. 3. C. de sacros. eccl. & alibi Bar. in l. Æmilius col. si ff. de mino. magnus est Caesar, sed maior ratio & veritas: n & Afflict. li. 1. const. rub. 51. §. item du-

n Adde eundē Bal. in c. filij nati. n. 2. si de feu. fuerit contr. inter do. & agna. in vñb. feu. vbi inquit princeps, qui res huiuscmodi affectat, inhumanos esse, & pecudi comparandos. ra. ad fin. fol. 127. Nec Dd. sibi constant, cū ex usu talis potestatis tradūt principem

grauiter peccare, vt agnoscunt Bal. in d. l. 2. & plures iā citati, & ex Iser. & Inno. tradit Capic. deci. 16. n. 12. eaque potestas absoluta in bonis subditorum, non Christiani principis, sed Turcarum tyranni esset, vt tradit D. Soto, lib. 4. de iūst. & iur. qu. 4. art. 1. col. 4.

Eleganter etiam hoc probat Cic. lib. 3. offic. ibi, nulla nobiscum tyrannis societas, sed potius summa diſtrac̄tio est. Idem Cic. 2. de legib. de simili potestate ait. mhi quā dē p̄st̄fēra videtur, quippe que in seditionē natā sit. Similiter Arist. 3. poli. c. 12. secūdum versionem Perionij, nunc de absoluta regia potestate, in qua ex libidine sua Rex gerit administratq; omnia. Scite autem & eleganter Regis & Tyranni discrimen describit idem Arist. li. 5. c. 10. & inter alia subdit, Est Tyranno velupas preposta, Regi honestas. Huc spectat grauis Sallustij sententia: in maxima fortuna minima dchet esse licentia. Alia præterea Aristot. o aurea sententia

O Hanc eandē sententiam refert idē Pin. vbi aliqua ad hanc materiā utilia adducit in l. 1. 3. par. nu. 67. in fi. C. de bon. mater. faciunt infra adducta nu. 30. sed appositissime illa Terrentij quadrant in Adelphis act. 3. scen. 4. ad fin. sed Demea hoc tu facito, tecum animo cogites, quam vos facilimē agitis, quāmēstis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles, tā maxime vos aquo animo aqua noscere oportet, si vultis perhiberi probos.

d. li. 5. Pol. c. 11. quo minor potestas eorū est, qui imperat, eodius turnus stabilisq; stat imperiū, & inferius: una ratio euerēdi regni in eopposita est, si imperiū ad tyrānidē accesserit: huc etiā pertinet Ennij carmen. Pellitur è medio sapiētia, vi geritur res. quod refert Lactan. de iustitia ca. 1. & omnino menti commendanda sunt, quae idem Lactan. tradit d. li. c. 6. & c. 9. Et iustitia propriū est, alienum non attingere. vt ex Carnea. refert idem Lactan. cap. 17. & Plato, dialog. 1. de Repub. vel de iusto inquit, neque boni ledere est, sed eius contrarij, & statim: non igitur iusti opus est nocere amico vel alteri cuiquā, sed contrarij eius iniusti. & dial. 9. cōsiat nullam ciuitatem tyrānidē pressam esse miseriorem, nullamq; Rege gubernata beatorem esse. Quibus verbis significat Plato, Regis nomen iusto tantū congruere. Sed & Diuus Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 4. cap. 4. grauiter inquit, remota iustitia quid sunt regna, nisi magna latrociniā? & beatus Gregorius, in regist.

*Summum in regibus bonum est, iustitiam colere & sua unicuique seruare, in subiectos non seuire, non sincere quod potestatis est fieri, sed quod equum est, custodire, & D. Ambros. lib. 5. epist. ad Valent. Imper. hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni libertate amant, seruitutem improbi.*

- 26 Ex proximè deductis & ex alijs, de quibus in his illationibus, rectè expensis satis liquere videtur (quod in principio diximus) cum alicui dominium vel ius suum aufertur, non tatum ius ciuile, vel humanum scriptum offendit, sed etiā naturale & gentium, imo & diuinum, quibus repugnat iniuria vel iniustitia.

Hoc autem, quo ad ius naturale & gentium, probatur ex IC. in l. nam hoc natura, 14. vbi gloss. citat concordant ff. de cond. indeb. cum ijs, quæ dixi superius c. præceden. ad l. 1. ff. de furt. Idque ostendit regu. iuris in l. iure naturæ. 207. ff. de reg. iu. & ibi Dec. probatur etiam manifestè ex definitio ne iustitiae, de qua Vlpia. in l. iustitia, 10. ff. de iusti. & iur. & Iustinia. in prin. Institut. eod. quatenus eam appellat perpetuam & constantem in id, vt ius suum vnicuique tribuatur: p. quasi ea lex ab initio creati orbis & natura.

**P** Alind queritur illis verbis, siquidem solam indicatur, iustitiæ in habitum esse, non affectu. hoc est, stabilis quedam animi perfec-  
tio, qua constanter & perpetuo ius suum cuiq. tribuere volumus, iustitia est: non vero incon-  
stans aliqua ac temporaria voluntas seu affec-  
tio, ut ex Plat. Arist. & Cicer. multis in locis  
facile collectu existimo.

ipsa semper fuerit: idem probat IC. in l. 3. ff. de iustitia & iur. ibi, cum inter nos con-  
gationem quandam natura constituerit, con-  
sequens est, hominem homini insidiari nefas  
esse. Quod probat Bald. inst. de inst. & iur.  
ad fin. & non semel Connan. lib. 1. cap. 1. &  
2. sola enim duce natura norunt omnes,  
iniustum esse alterum laedere. Id etiam  
probat Budæ. in d.l. iustitia: hoc indicat  
ratio ipsa naturalis. Hoc satis probat D.  
August. de ciuitate Dei, libr. 19. cap. 4. ibi,  
*Quid iustitia, cuius munus est sua cuiq. tri-  
buere, unde sit in ipso homine quidam ordo iu-  
stus naturæ. Hoc probat Plato & Arist. in  
loc. citatis nu. præced. speciatim verò cele-  
bratiss. illa Platonis sententia afferentis  
hominem non, vt sibi ipsi tantum, sed &  
vt alijs profit, natum esse: vt refert D.  
Ambros. offic. li. 1. cap. 28. idem probat D.  
Ambros. l. offic. ca. 46. lib. 3. cap. 4. ibi, natu-*

ram violat, qui alteri nocet. & ibi, aduersus naturam est, aliena ambire: probat etiam Aristot. 3. politie. ca. 12. scribens Tyranno-  
rum imperium & alia, quæ modū trans-  
eunt, naturalia non esse, sed magis repu-  
gnante natura fieri.

Eadem sententia magis probatur à Cicerone multis locis, expressim verò lib. 3. offic. ibi: *Neque verò hoc solum natura, id est, iure gentium: sed etiam legibus po-  
pulorum, quibus in singulis civitatibus Res-  
publ. continetur, eodem modo constitutum est,* vt non licet at sui commodi causa nocere alteri. *Hoc enim spectant leges, hoc volunt inolu-  
mem esse ciuium coniunctionem, quam qui  
dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno  
coercent. Atque hoc multo magis exigit ipsa  
nature ratio, quæ est lex diuina & humana,  
cuiprære qui velit (omnes autem parebunt, qui  
secundum naturam volunt vivere) nunquam  
committet, vt alienum appetat, & id, quod al-  
teri detraherit, sibi assumat. Et proximè: Det-  
raherè autem alteri sui commodi causa, ma-  
gis est contra naturam, quam mors, quam do-  
lor, quam cetera generis eiusdem. Id apertè  
ostendit Cicero ibidem subdens. *Ex quo  
efficitur, hominem obedientem naturæ, homi-  
ni nocere non posse. Sed multò apertius &  
significantissimè idem Cic. paulò inferius  
dicens. Quod si ita est: una continentur om-  
nes & eadem lege naturæ: idq. ipsum si ita est,  
certè violare alterum, lege naturæ prohibe-  
mur. Non potuit, quod prætendimus,  
manifestius dici. Idem Cicero li. 3. de fin.  
pulchrè officia & virtutem proficiendi ab  
initijs naturæ probat: & lib. 5. latius pro-  
bans, quod retulimus ex IC. in d.l. vt  
vim, esse natura inter homines coniun-  
ctionem quandam, vt alter alterum lae-  
dere non debeat: idque non semel iusti-  
tiae proprium esse inquit, multis elegan-  
tissimisque verbis, nempe suis, quæ ibi  
legi possunt: id tamen resero, quod ibi  
subdit. Bonum appello, quicquid secundum  
naturam est, quod contra malum. Idem Ci-  
cero lib. 1. de leg. id sèpè significat, multis  
ostendens illam hominum coniunctio-  
nem, quæ inter omnes firma esse debe-  
ret, si depravatio consuetudinum, si opini-  
onum vanitas, animorum imbecilli-  
tatem non torqueret & flecteret: subdit  
ibidem Cicero: *Ita sit, vt nulli sit omnibus  
iustitia, si neque natura est, & inferius: Nos  
legem bonum à mala nulla alia, nisi naturæ  
norma diuidere possumus, & inferius: Est  
enim virtus perfectioratio, quod certè in na-***

tura est. & deinde: Quare cum bonum & malum natura indicentur; & ea sint principia naturae, cer: è honesta quoque & turpia similitudine iudicanda sunt. Nec grauabor eiusdem Ciceronis verba li.2.de leg. referre: Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recta faciendum impellens, & à delicto reuocans, que non tunc demum incipit lex esse scripta, sed iūc, cum oratio est. Ex quibus liquet, quod prætendimus, & ex eisdem explicari potest, quod inquit 1C. in l. seruum, ea lege, ff. de ser. expor. ibi, beneficio hominem affici heminis interest.

Ex eisdem vero manifeste sequitur, quod secundum proponebam, auferre alicui ius suū repugnare iuri diuino rationiq; diuinæ legis, quod probatione non eget, maxime inter eos, qui veram religionem colunt, cum ex præcepto teneamus diligere proximū, ut nos ipsos, & eius re nec facto, nec animo auferre. Matth. 22, ex sententia Seruatoris nostri. *Omnia, quæcumq; vultis, ut faciat vos homines, & vos facite illis,* hac est enim lex & propheta. Math. 7. Luc. 6. tradit D. August. l. 19. de ciuit. Dei, c. 14. Abeat ergo, qui inique aiunt principē auferendo rem alicui, scriptum & ciuale ius tātūm offendere, non naturale nec diuinum, cum multo magis hæc violet: & consequenter retorquetur fundamentū, quod nostros fecellit, qui cum agnoscunt nō licere principi violare ius naturale vel diuinum, perpetuò id retinere debeant: dum alicui absque iusta causa res sua auferuntur, quocunque iure sibi legitime quæsita, quia semper in eo naturale ius & diuinum offenditur, ut manifeste constat ex prædictis.

<sup>27</sup> Licet autem princeps superiorem in terris non habeat, necessaria fuit veritatis indagatio circa eius potestatem. Nec prædicta effectu carebūt, nisi principatus in tyrannidem vertatur. Primo enim pars, quæ laeditur ex rescripto resuam ei auferente, audiri debebit ab eodem principe melius informando. Similiter codem principe iustitiā negate poterit pars Iesu apud summū Pontificē cōqueri. Sic etiam successor talis principis emendabit eius iniquitatē, & rescindet acta, qua emanarunt ex rescripto vel iussu auferente parti rem suam, ut hoc bene & breuiter probat For. in l. Gal. 5. & quid si tātūm, n. 305. deficiente enim iustitia apud potestatē secularem,

oppressus succurri debetab ecclesia & summo Pontifice, ca. licet, ca. ex tenore. ca. ex parte, de fore compe. Insignis D. Nauar. in c. nouit. 3. nota. & 28. corol. & 6. nota. de iud. & de successore reuocante in quæ factum ab anteceſſore, c. uno qui succ. ten. & ibi Afflīct. n. 49. & n. 98.

Addo etiam facilius remediu, vt pars, 28 quæ laeditur ex tali rescripto, obijciat iniustitiam rescripti, & laſionem iuris sui, ita enim impedit executionē iniqui iussus, iuxta c. si quando de rescr. & i. i. vendicari, C. de pen. quam l. extollit Iaf. in l. debitoribus, col. fi. in princ. ff. dere iud. Et in l. cunctis pop. 2. lectu. n. 12. C. de sum. tri. Dec. inc. cum teneamur, n. 3. & seq. de præbend. Dec. in l. quicquid calore, in fin. & ibi Cagnol. ff. de reg. iur. Hipp. int. 1. §. si quis ulro, nu. 46. ff. de questio.

Hoc autem generalius & utilius probatur ex respōlo Constan. in l. 4. C. si otraius, cuius aurea verba habent, *Etsi nō cognitio, sed executio mandetur, de veritate precum inquiri oportet, vt si frās interne-nerit, de omni negotiō cognoscatur.* Vult igitur lex, vt, quamuis in rescripto cōmittatur executio, audiri debeat pars obijciens vitium aliquod precū seu informationis: vt ita executio impediatur, & iudex cui cōmittebatur executio, cognoscet etiam de impedimentis & obiectionib. aduersus rescriptū: & ad hoc illā l. dicit singularē, & se alibi nescire in vtroq; iure, Iaf. ibi ante nu. 1. cui adde bonum tex. (cuius nec gloss. nec alijs ibi meminerunt) in l. 2. in 2. par. C. de dilat. Nec cōtra rescripta negatur audiētia in Lusitania à grauissimis referendarijs, qui ad principis latus iustitiae præsunt, de quibus habetur lib. 1. ord. iii. 3.

Vera autē & propria ratio d. l. et si non cognitio, ex mente Pau. Caſt. ibi, deducenda est ex doctrina l. meminerint, C. unde vi. ne scilicet ex rescripto, vel iussu principis parte inaudita, sequatur iuria: ideoque diuersum est, vbi post causam cognitā & discussam cōmitteretur executio, secundum scribēt. Et in specie Paul. Caſtr. in l. si prætor, nu. 8. ff. de iudic. Non autem petenda est ratio ad d. l. ex reg. l. 2. ff. de iuris d. omni. iud. nam & verba, & forsan mens principis solam executionem respiciebant: ratio tamen & æquitas iuris id restringit: atque ideo non videtur recte aduertisse Bar. in l. à dino Pio, n. 4. ff. de re iud. dū ad l. assi-

gnat rationem ex reg. d. l. 2. licet cum Bart. transcant cæteri, & Panor. in cap. de cætero, de re iudic.

29 Infertur ex sup. dictis ad frequentissimam periculosamq; plurimorum traditionem, qua indistinctè dici solet Papam habere liberam & absolutam potestatem ad libitum in beneficialibus, in quibus domini Canonistæ, & cum eis nostri, apertè tradunt, non requiri causam ad prouidendum nec ad reuocandum, & maximam summi Pontificis potestatem specialiter ampliorem faciunt in beneficialibus: vt tradit Fel. in ca. quæ in eccles. nu. 40. & ibi Dec. nu. 26. qui citant innumeros, ad eam absolutiss. potestatem dandi & auferendi beneficia & Episcopatus absque causa vel satisfactione: & hoc vt receptiss. tradit Ripa libr. 2. respons. cap. 19 nu. 5. & Gome. in reg. de non tollen. tur. quæsi. qu. 1. col. 3. vers. nam in beneficia. Ias. in l. Barbarius, num. 43. ff. de offic. præt. Barba. de præstan. Cardi. q. 1. nu. 14. Bald. in rescripta, num. 7 ad fin. C. de preci. imper. offer. Gigas de pensio. qu. 10. nu. 1. & qu. 37. col. 1. SOC. const. 13. num. 34. lib. 2. Selua. de benef. 2. par. qu. 1. numer. 43. Citant omnes ad eam conclusionem cap. 2. de præbend. in 6. & clem. 1. in fin. ut lite pend. Plures etiam arguunt ad hoc ex eo, quod beneficia sunt ordinata iure positivo, vt per Gig. d. qu. 37. num. 4. Alciat. reg. 3. præsum. 8. q. n. 2. Cazialup. de pens. q. 19. nu. 30. & Rip. in d. ca. Et inde inferunt illud de potestate priuandi à beneficijs & Episcopatu, cum glo. ca. fin. 9. qu. 3. quæ vt receptam extollit Ias. in d. l. Barbarius nu. 43. Gig. de pensio. qu. 10. nu. 7. & alij, de quibus sup. & relati à Fel. in d. cap. quæ in eccles. nu. 42. Similiter inferunt, quod in beneficial. potest Papa procedere parte non citata nec audita, Panorm. in ca. inter quatuor, de maior. & obedi. Selua. de benef. d. 2. par. q. 1. nu. 43. Paris. consil. 5. num. 85. & IIII. lib. 4. Gig. d. q. 37. n. 3. & hoc ex præcedenti sequeretur, iuxta reg. l. qui potest in iustis, 27. ff. de reg. iur.

30 Sed hæc, quæ receptissima multis videntur, à non paucis improbantur: in primis vero incidit duplex inspectio, prior circa prouisionem beneficiorum: altera circa priuationem: in prouisione beneficiorum procedere videntur d. ca. & d. cle. dum asserunt habere summum Pontificem plenissimam potestatem: idque sonat verbum disponere, quo illa

iura vtuntur. Et in electione seu prouisione eadem iura explicat D. Soto, de iust. & iure. lib. 3. qu. 6. art. 2. p. 26. col. 2. vt verba plenissimæ potestatis tantum significent non esse in terris ei superiorum: Addo tex. in ca. patet, & c. nemo iudicabit, & c. fac. 9. q. 3. nemo enim de factis summi Pontificis iudicare potest, vt ibi, si autem Papa iniuste prouideret, præfrendo indignos & male consulendo ecclesijs id esset contra dictamen & rationem naturalis & diuini iuris, secundum sup. tradita: quæ iuantur ex gloss. in l. penul. ff. de hæred. in stit. quod maior dignitas & eminentior qualitas personæ minorem licentiam præstat ad iniqua: & ibi not. Bald. & bonus text. in c. homo Christianus, & in c. si Papa, 40. dist. Sic D. Ambros. de dign. sacer. q. ca. 3. qu. 4. magna sublimitas ma-

q Appositum profeclò atque apprime accommodatum hanc in rem Micronis consiliū, quo frustrâ obturatas imp̄iſſimi Cai aures sic perstringere solitus fertur: Non decet te alijs in audiendo, spectando, & vsu cæterorum sensuum esse similem, sed tantum debes in ratione vivendi excellere, quanto eminenter te fortuna constituit.

gnam debet habere cautelam: honor grandis grandiori debet sollicitudine circumuallari: Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Plenitudo ergo potestatis & libera potestas S. P. in beneficial. respicit facultatem illam conferendi, vt sibi placuerit, cum nemo ei contra ire valeat, non autem, vt illicita prouisio desinat esse iniusta. Sicut in concessionibus principum circa honores & officia in Rep. Libera etiam potestas in illis iuribus dicetur, quia ab alio non pendet, nec alium spectat, arg. l. 1. C. de sacros. eccles. cum alijs, quæ adduci possent. Quæ consideratio aliqualiter etiam viget ad priuandum & reuocandum: solus enim Papa ex causa potest, vt notabiliter deducit Panor. qu. 1. col. 7. versi. ex quibus: & ita illa iura inclius intelligentur, quam per Rip. in rub. de constit. num. 15. Et circa prædicta ad d. cle. & d. cap. ne verb illa amplissimæ potestatis, inducere possint, vt iniustum iustificetur obstante dictamine & ratione naturalis & diuini iuris: ultra iam citata conducunt, quæ egregiè tradit in hæc verba Cic. libr. 1. de leg. quod si tanta potestas est fultorum sententis atque insisis, vt eorum suffragys rerum natura vertatur,

cur non sanciunt, ut quae mala pernicioseque sunt habeantur probonis & salutaribus? Et hoc est, quod sentit tex. in §. sed naturalis, *Institut. de iure natur.* Altera inspectio est, circa priuationem & reuocationem, in qua tutius videtur (salua correctione Sanctæ Romanæ ecclesiæ) contra glo. innumeros sup. relatos, ut summus Pontifex non possit sine iusta causa priuare quem Episcopatu vel beneficio canonice obtēto, nec id sacrosanctam, maximamq; in terris potestatem S.P. minuit: quod satis probatur ex sup. traditis circa principes & subditos, etiam in iis, quæ ab ipsis principibus donata fuerunt: facit tex. in l. 5. C. de res. dona. Et hanc veriorem sententiam probant multi, inter quos Cardi. relatus à Feli. in d. c. que in eccles. n. 42. ver. sed dominus: & idem sequitur ibi Fel. alios referens, tandemque id dicit receptius n. 4; ibi, & communiter dicitur, & hoc vult Bald. (sibi ex more contrarius) in ca. 1. n. 1. vers. & est arg. de natur. feud. Hoc etiā manifestè probat in beneficialibus & Episcopatu Innocen. inca. n. 1, cum pri- dem col. 1. in fin. vers. nos dicimus, de renūc. iti iis etiam exigens in priuatione cau- sam & satisfactionem. Et ita eruditè & copiosè consuluit Roma. conf. 345. & copiosius Panor. omnino venditus, in d. q. 1: quos sequitur Ioa. Cerier, in tract. de primogen. lib. 3 q. 7. n. 15. vbi alios refert: & ita dixit Isern. quem refert & sequitur Molin. ad Dec. in d. cap. que in eccles. lit. v. idem ad Alex. conf. 101. n. 6. lib. 7. Et in priuatione vel reuocatione ita respōdebat Barb. quæ se sequitur Gom. (sibi repug- nans) in d. reg. de non toll. iur. quæst. ead. q. 1. vers. patarem. idem sentit aperte D. Soto vbi sup. & C. osmas in 1. par. fol. 172. & ne- mine: ex his relato ita secure scribit Pro- bus ad monach. in d. c. 2. de præbend. in 6. n. 1.

Pars hæc verior & omni iuri cōsentanea, probatur iudicio ex vulgari. c. 1. de caus pos & propr. vbi summus Pōtifex fate- tur se non posse procedere contra ali- quem inauditum: nec eum spoliare. c. nos in quemquam. 2. q. 1. quæ iura & simili- lia, si cum iudicio expendantur, princi- paliter ad quæstiones beneficiales ap- plicanda sunt. De his enim frequenter agitur in decretalibus & decisionibus iuris canonici: hoc suadet honestas: euincitque utilitas & quies ecclesiæ, quæ ex contrario quotidie turbaretur, ut merito damnanda sint quæ plures su-

relati tradebant, & à multis cauendū sit, qui in beneficialib. receptissimū putant, posse Papā ad libitū priuare & reuocare,

Ex eisdem vltimo (pro nunc) infertur ad officia concessa à principe, ad vitam, vel ad certū tempus, videtur enim tuius & magis iuri cōsentaneum, ut sine iusta causa ante tempus auferri nequeant: secundum sup. deducta, quæ hoc de fure euincunt: plures enim contra dicentes (statim allegandi) principaliter argumē- tantur de beneficijs ad officia, quali in- dubitatum præsupponentes, posse sum- sum Pontificem priuare & reuocare ad libitum in beneficialib. Et eo argumen- to de beneficijs ad officia vtitur So. 6. 53. lib. 3. Dec. in l. finnu. 3. C. de p̄ct. Sed ex proxime deductis in beneficialib. iam retrorquetur argumēatio Dd. & verius videtur in officiis & dignitatibus secul- laribus non posse quem absq; culpa pri- uari ante tempus: Licet contrarium scri- pserit Bal. in l. rescripta, C. de preci. imp. offer. & ex eo & Fab. id tradat Ioa. Lup. de P. l. ru. in pri. suæ rep. de dona inter. vir. & uxor. n. 7. & Hispan. Xuar. alleg. 12. fol penul. & v. & vltra eos tradit Matth. Afflict. inc. 1. verb. potestas, n. 14. quæ sint rega. lib. 3. feud. qui tamen loquitur tantum in iurisdi- ctionib. & Thom. decis. 6. nu. 2. ad quod etiam Alb. Brun. Paul. Castr. refert Boer. decis. 149. n. 1. vbi in ea quæst. hoc propo- suit. Sed inuolute tractat, nec se explicat, & idem sentit Benedict. in ca. Raynuttus. verb. duas. n. 37. dum tantum excipit ca- sum officij pecunia concessi: ex Bald. in l. qui se patris, C. unde lib. & aliis quos ci- cit: tunc enim est contractus, qui princi- pem ligat ex Pan. in cap. noui. n. 25. & ibi Fel. n. 9. de iud. Alexand. conf. vlt. n. 23. lib. 4. Ant. Cap. dec. 121. & illud de concessio- ne per pecuniā, probat Paul. Caſt. in rubr. C. de iust. cod. confir. n. 6. Idem Paul. Caſt. in l. digna vox n. 6. C. de legi. Afflict. decis. 128. n. 10. Pala. in d. rub. §. 50. n. 5 Dec. cōf. 292. n. 7. Idem Dec. conf. 390 n. 7. Rubeus in re. §. quidam recte l. Gall. col. fi. n. 211.

Et ita limitabitur magnus rigor Or- dinationis r apud

*Hæc sane orain. hoc nō probare videtur, sed tantum vbi is cui officiū concessū fuit aliqua culpa cōtracta, illud demeritus est: aut alia sa- ne iusta causa illū princeps officio priuat, ut ex tota l. melius percipies, et tamē in re rigidalex illi est, dum generaliter satisfactionem negat; nec hoc quidem casu neganda videatur.*

Lusita:

Lusitanos lib. i. tit. 76. quæ in omnibus officijs habet, posse ea liberè à principe auferri, vt scilicet non procedat in ijs, quæ non gratis, sed precio conceduntur: quod tamen in Lusitania fieri non solet, frequenter autem in alijs re-gnis. Et communiter id limitatur, ne procedat in officijs concessis ob seruitia & benemerita, secundum Afflct. si nō Hos & alios ad idem refert idem Pin. in l. i. 3. par. pag. 122. col. 2. vers. infertur 26 C. de bon. mat. ubi tamen ipse merita non pensi haberet contendit cum multis, quamvis loquatur illuc, cum ex causa princeps revocat: hic autem cum sine aliqua causa, quo casu limitatione hac, licet non admodum iuri consentanea, mitigandus est & ordin. & communis opinionis rigor.

d. tit. quæ sint regal. & potestas, n. 23 & in ca. i. nu. 24 de natu. seu. Capic. d. dec. 121. nu. 15. & seq. Hispanus Xuar. alle. 9. pa. 3. vers. 1. Soc. conf. 58. num. 9. libr. 1. probat Bald. in l. si cum mihi ff. de dolo. Pala. in rub. 6. 50. Felin. in ca. nouit. n. 12. de iudic. Tiraq. in l. si unquam, verbo donatione, nu. 13. Sed hoc de remuneratione tutum sœpe non est, & longè aliter resolui debet, vt plenissime & vere contra Dd. scripsi, in comment. l. i. in 3. part. C. de bon. mater.

Hæc omnia magni momenti exactissime deducta, & quæ sèpissime Reip. conducere poterunt, doctis & candidis gratissima fore speramus, quod si deliciati quidam & liuidi fortasse notent prolixius tractatum fuisse, quod obiter ncidit, 'per me licebit semper eis monos agere, & Veneris sandalium (vt liuerit) calumniari.

## CAPUT III.

## SUMMARIUM.

- 1 Ultra iam tradita circa l. i. ff. de contrah. empt. explicantur verba d. l. in 1. par. in qua IC. tradit fundamentalia huius contractus.
- 2 Explicatur quid sit perpetua aestimatio apud IC. in d. l. i. reiecta expositione gloss.
- 3 Quid sit apud IC. in eodem loco aequalitas quantitatis, reiecta expositione Fulgo.
- 4 Agitur de alijs verbis IC. in eadem l. i. circa publicam pecunia formam, & infertur ad alias ll. nn. 5.

- 6 Agitur de alijs verbis d. l. circa usum & dominium, quorum meminit IC. loquens de pecunia.
  - 7 Agitur de alijs verbis d. l. i. contra Budæ & resoluitur, cur pecunia vel numerus magis dicatur ex forma & quantitate, quam ex substantia vel materia.
  - 8 Explicatur gloss. in d. l. i. contra aliquos, & declaratur, quæ sit iusta causa constitutendi maiorem pecunie valorem.
  - 9 Infertur ad aliqua utilia, & trahantur quæstiones gloss. & Bart. an recipiens massam auri vel argenti satisficiat soluendo pecuniam usque ad nu. 12. per totum.
  - 13 Sustinetur quedam interpretatio Duar. contra nouiss. Robertum.
  - 14 Ostenditur contra aliquos, debitorem pecunia non satisfacere solvendo, vel praestando massam auri, vel argenti.
  - 15 Explicatur quæ conuentio resultet ex datione unius monete pro alia, ut sepe fit cum camporibus.
  - 16 Sustinetur contra communē opinio. Hier. Butig. ut debitor solvere possit in diuersa pecunia & diuersi metalli, & explicatur Ordinatio apud Lusitanos: & num. 17.
  - 18 Agitur de intellectu l. si ita 43. & l. q. r. c. & si stichum ff. de fideiuss. & an pro debitore frumenti, vel altrius rei: valeat fideiussio in pecunia, & num. 19. & 20.
  - 21 Tractatur, quod tempus attendi debet circa valorem & estimationem pecuniae, & de intellectu, l. cum certum, 10. ff. de auro & argen. leg. contra gl. & omnes, & num. 22.
  - 22 Ad proxima adducitur & explicatur aliquiter l. si ita 8. & eius regula, ff. de aur. & argen. leg. & num. 24. ad contractus.
  - 25 De precio, quod venditionem inducere solet, & in eo aliqua contra vulgares traditiones & nu. 26. 27. & 28.
- P**roprius ad materiam emptionis & venditionis fundamentalia sunt verba IC. in l. i. ff. de contrah. emp. & ultra iam dicta superius in primo capite, necessaria videtur specialior explicatio aliorum verborū IC. ibi. Sed quis non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberet, quod ego desiderarem: initicem ego haberem, quod tu accipere velles: electa materia

teria est: cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum, equalitate quantitatis subueniret. Eaque materia forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia prebet quam ex quantitate: nec ultra merx utrumque est, sed alterum precium vocatur.

1 Ex his verbis Pauli IC. multa resulant fundamentalia ad cognitionem huius contractus, gl. autem in verb. materia, exponit auri vel argenti: sentiens pecuniam fuisse prius preciosiori metallo percussam, quod apertius dixit gl. in rub. C. de vete. nummis. potes. lib. II. Is tamen sensus nec probabilis, nectutus est: nemo enim compertum habet, nec assurere potest, quo metallo prius formatus fuerit nummus, vt ex Plinio & Polidor. diximus supra, I. cap. n. 27. & tradit Molin. in lib. de commer. q. 100. nu. 795. imo ex eod. Plinio saltem apud Rom. pro comperto habetur, prius in vsu fuisse pecuniam æream, quam auream vel argenteam, & tradit Tiraqu. lib. de retrâ lig. §. I. glo. 20. nu. 9. & Corras. lib. 3. miscel. c. 13. n. 2. a nec ullatenus contrarium pro-

a Ostendit id aperte Ouid. de Fastis lib. I. in hunc modum canens, ut alios innumeros omittam:

*Aera dabant olim melius, nunc omen in auro est:*

*Victag. concessit prisca moneta noua.*

batur in l. ultim. C. de vete. nummis. potes. quicquid male citetur à gl. in rubr. eiusd. tit. II.

2 Dum ait IC. publica ac perpetua aestimatio, gl. exponit, perpetua, id est generalis, quæ expositio non placet Fulg. ibi, non aliter tamen explicati: mihi autem displicet, eo quod IC. ibi agit de sola pecunia, neque ea verba aliis rebus applicari possint. Melius igitur intelligenda videntur de pecuniæ valore, qui ferè semper ex pondere & qualitate metalli, æqualis est in omnibus prouinciis l. Ideo ff. de eo, quod certo loco, vbi IC. Caius hoc de pecunia dicit, diuersumque de aliis reb. Et ratio hoc comprobat, quia pecuniæ aestimatio ex pondere & materia est, vt vius indicat, & probat l. I. (vbi Platea notat) C. de vet. nummis. pot. & ita in proposito accipietur verbum illud, *perpetua*, aliter alibi, vt per gl. §. I. inst. de fatis. tut. b gl. plenior in l. I. ff. pro soc. quam extollit Barba. cons. penit. lib. I.

b Tradunt & aliqua de hoc nomine non con-

temnenda Ale. n. 2. & Rip. quoque n. 2. Tho. Par. co. 2. post alios ibi in l. 2 ff sol. mat.

Inquit IC. in eadē l. equalitate quantitatis, 3 quā vocē statim repetit, quæ verba Fulg. ibi exponit, vt ego proximè exposui alia de perpetua aestimatione. Mihi verò ea expositio non placet, ne IC. notetur de superfluitate in cōtinenti: sed magis, quia eadem verba tantum respiciunt difficultates permundandi, nō enim semper alius habebat, quod alter optaret. Aptior igitur sensus videtur, vt cum IC. dixerit venditionem originem habuisse à permutatione, & propter difficultates permundandi inuentum fuisse nummum, significet illis verbis, *equalitate quantitatis*, quod vsu vidēmus, omnia per pecuniam æstimari, & per eam ad æqualitatem reduci in commerciis humanis, vt etiam significat IC. in l. si ita 43. ff. de fidei usq.

Subdit IC. verba illa, *publica forma*, ex 4 quibus colligebant aliqui secundū Alb. quamcumque ciuitatem vel Rempubli- cam absque principis autoritate posse monetam cudere: sed illi male collige- bant: quia verba illa tantum respiciunt formam ipsius monetæ, quæ forma pu- blica dicitur, ab ipsa Republica, si libera est, vel à principe, prouinciae domino, argum. l. I. ff. de coniit. princip. & ita in hac re solius principis authoritas valet, iuxta glo. receptam in rub. C. de iure Rep. in fi. & l. fi. C. de fals. monet. c. I. verb. monet. quæ sint rega. Pan. in c. quanto, de iure iur. de quo sunt apud Lusit. Ordinat. Regiæ.

Et eodem modo accipienda sunt multa respsa ICtor. agentia de pecunia & mo- neta, cuius usus probatus vel reprobatus erat in Republica. Omnes n. ferè ICTI, quorum extant responsa in pandectis, fuerunt sub principibus Romanis longè post occupatam monarchiam, excepto Trebatio & uno vel altero. Vnde inferes ad Scaeuolam in l. creditor. 102. ibi, *Respu- blica utebatur. ff. de solu.* inferes etiam ad Vlp. in l. eleganter 24. §. I. ibi, *reprobos ff. de pig. act. iuncta l. I. C. de fals. monet.* Nec debuit mirari gl. in l. 2. C. de fal. monet. & ali- bi, aliquam Remp. habere autoritatem cuendæ monetæ. Id n. vel ex priuilegio erit, vel in Repub. quæ sibi leges con- dere possit: diuersum autem est in ciuitatib. vel oppidis regni prorsus regi sub- ditis: Licet etiam de iure Resp. quo ad alia appellantur. l. Resp. C. ex quib. cau. ma. l. I. & seq. C. de iure Rep.

6 Subdit IC. in eadem l. i. verba illa, *vsum, dominiumque*, quod intelligo referendum ad pecuniam & ad alia, quae per eam comparantur: maximè autem nummi, vel pecuniae congruit verbū, *vsum*. Sui enim natura dicitur pecunia  
*c Adde illud Horat.*

*Quid inuat immensum te argenti pondus & auri?*

*Quod si comminus, viles redigatur ad assens.*

*At ni id sit, quod habet pulchri constructus acerius.*

*& alibi:*

*Nescis quid valeat nummus, quem praebeat vsum,*

*Panis ematur, olus, vini sextarius, adde*

*Quaeis humana sibi doleat natura, negatis.*

semper distractioni parata, secundum Philo. & Bald. in l. si ad si. C. de compensat. per tex. in l. vxorem 39. vel 41. §. legauerat. ff. de legat. 3. pecunia autem recodita magis dicitur *thesaurus*, vt in l. si chorus. 77. vel 79. §. 1. ff. de legat. 3. & propter frequentissimum pecuniae vsum cœsetur quodammodo seruari non posse, & dominos quotidie mutare. §. constituitur, In istit. de *vſu fruct. c. fin. de pignor.* ideoque in pecunia non potuit dari verus *vſu fructus* l. 2. ff. de *vſu fr. ear. rer.* de quibus iuribus plura vtilia, & non vulgaria vide re poteris à me scripta in commentarijs l. i. in 2. par. ex n. 46. C. de bon. mat.

7 Subdit IC. non tam ex substantia, quam ex quantitate. Budæus ibi legit qualitate, sed ei obstat fides omnium Codicum. quantitate enim legitur etiam in libris emendationibus, vt aduertit Couar. lib. *numis. c. 7.* & Molin. *de commer. q. 92. n. 694.* exponentes ea verba, vt in nummis non consideretur ipsa materia, ex qua efficiuntur, sed qualitas, id est, valor publice constitutus ipsi nummo vel monetae. Quod etiā tradit Hiero. Butig. in l. cum quid, nu. 2. 6. & in l. quod te, n. 32. ff. si cert. pet. ita intelligens d. l. i. Sed hoc nō ita indistincte procedit, ideoq; rectius intelliges cum Fulgos. non relato, & cum gloss. in eadem l. i. verb. præbet: non ex sola forma & quantitate, sed etiam ex substantia & qualitate metalli pecuniam aestimari, eiusque valorem crescere, vt tradit Molin. *de commer. numer. 703.* & 798. Quod cum vſu & communis sensu constet, nemo id negaret, ideoque immerito Mo-

lin. alios in hoc reprehendit. Et tandem vere intelligitur, pecuniam non dici ex materia, vel massa, vel substantia, sed ex forma & valore ei constituto. Antequam enim publica forma eudatur, non potest dici nummus, sed massa vel metallum, vt probatur ex supra dictis, & ex l. qui faſam 19. ibi, formare. ff. ad l. Corn. de faſ. Quod etiam notauit Raph. alib. relat. à Tiraq. de retrah. ligna. §. 1. gloss. 21. num 14.

Aduertendum etiam est ad gloss. d. §. l. i. verb. præbet. vult enim, & ita plures ex ea colligunt pecuniam signatam non pluris aestimari, quam aequalis ponderis materiam, ex qua formatur, non tamen negat gloss. posse principem ex iusta causa maiorem pecuniae valorem constituere, quam valeat metallum vel materia ad pondus, vt tradit Molin. *de commer. q. 100. numer. 298.* & ita ad gloss. illam & Dd. vitatur reprehensio Couar. d. lib. *numis. c. 7. fol. 49.* iusta autem causa constituendi maiorem valorem pecuniae est, ne extra regnum feratur, vt nuper apud Lusitanos constituit Sereniss. & Catholicus Rex Ioann. III. Vsum autem & constitutiones in valore pecuniae attendi debere, tradit Affl. dec. 90. & dec. 194. n. 5.

De etymologia autem dictionis, *nummus*, & an duplice inscribi debeat, agit Tiraq. *de retract. lig. §. 30. glo. 2. numer. 21.* cum Zaf. *consil. 16.* sed latius Iacobus Cur. Brug. lib. 3. *coniectura. l. ad fratrem cap. 23.*

Explicatis igitur verbis IC. in d. 1. 9. 1. ff. de *contrah. emp.* multa iam ex sup. deductis vtiliter inferri possunt, & primo ad questionem gloss. & Bar. in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. an recipiens massam auri vel argenti ad pondus, satisfaciat soluendo in pecunia eiusdem substantiae & bonitatis & quantitatis ad pondus, in quo licet gloss. vacillet, communis opinio est cum Bar. secundum Alexan. Dec. & alios ibi, vt talis satisfactio iusta dicatur: quod confirmatur ex d. l. i. & supra dictis ad eam, quod pecunia reducat ad aequalitatem omnianque per eam aestimentur. Inde 2. inferatur ad q. gl. & Dd. in d. §. 1. an sufficiat soluere pecuniam ad numerum eiusdem valoris publice constituti, licet minoris ponderis in quo plures cū Hugone (a gl. relato) tenent talem solutionē non satisfacere.

Sed

Sed quod sufficiat, probat post Cin. Bar. ibi. & magis communiter Dd. secundum Ias. n. 5. Ripam, n. 13. Butigel. n. 12. quem vide. Quod etiam alibi probat gl. in l. si quis argentum, in fin. in primit. verb. aestimatio- ne, verfi. tu dic. C. de dona.

10 Inde etiam infertur 3. ad iura ( quæ præcedentem communem opinionem comprobant) in l. 1. §. vlt. ff. de aur. & argen. legat. vbi hæres iussus dare certum pondus auri vel argenti, satisfacit dando pecuniam numeratam æqualis æstimationis. Sic etiam in donationem, inquit Imperator in d. l. si quis argē- tum, statuens pro massa, vel pondere soluendum esse æstimationem, quæ in loco frequentatur: quod etiam iuuatur ex verbis Imperatoris in l. 2. C. de consti- pecun. quæ ad hunc modum intelligi possunt ibi, omnes res in pecuniam conuer- ti. Licet glossa aliter exponat, vbi etiam Bal. notat num. 4. quod habens pecuniā, censetur habere omnem rem, quā vult: de quo multa & faceta tradit Hippo. in l. 1. §. præterea, n. 44. ff. de quæst. & Neuizan. in sua silua nupt. lib. 4. num. 111. & illud Ec- clesiast. c. 10. pecunia obediunt omnia, quod refert Imoli. in c. significantibus, num. 21. de offic. dele. d  
d Adde illud Hora. vt aliae eiusdem, & vt alio- rum silentio inuolum:

Omnis enim res,  
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris  
Divitias parent, quæ usque qui construxerit, ille  
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam & rex  
Et quidquid volet.

11 Nec valet contra communem responso Hug & glo. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. per. respondentium add. l. 1. §. fi. & iura similia vt loquantur in ultimis voluntati- bus. replicant enim Dd. & non male, quod potius in ultimis voluntatibus præ- statio & solutio deberet esse magis in forma: Sed ultra eos pro communi, vt talis differentia rei ciatur, pondero tex. in l. cum aurum, 20. ff. de aur. & argen. legat. vbi in ea materia IC. arguit de re- licitis ad contractus, inter quæ non faci- le assignari debet differentia iure non expressa.

12 Sed in prædictis intelligendum est, sufficere solutionem in pecunia pro mas- sa recepta, dummodo creditori satis- fiat impensa reducendi pecuniam ad massam, si eius interest magis pondus il- lud informe habere: non enim solutio

fieri debet alio modo incommodum creditori afferente, vt in l. Paulus, 92. & ibi Bart. ff. de solu. Panor. in c. quanto, de iure iurian. quod colligitur ex mente Bart. in d. §. 1. n. 7. & Paul. n. 7. Alcia. n. 11. & seq. prout si valor vel estimation ex l. vel con- fuetudine augetur supra valorem ad pō- dus, quicquid in uoluat Dec. in d. §. 1. n. 6. post Alex. n. 2.

Ex prædictis infertur 4. recte Fran- 13 ciscum Duaren. explicare verbum il- lud, quantitas, quo vtitur IC. in d. l. 1. vt intelligatur pro valore publice constitu- to nummis seu pecuniæ signatae, vt tradit ipse Duaren. lib. 1. disp. cap. 6. & in comment. de in lit. iu. n. 6. quod etiam alijs iuribus bene probat, licet suppresso eius nomine, parum æque ei contradicit Ioa. Rober. l. 3. sent. c. 6. in cuius l. animaduer- timenta cum contra Duare. tacito nomi- ne adducere. Ego autem in professoribus cuiuslibet scientiæ cum eruditione can- dorem summe laudo. Contingit enim sepe ex liuore & carpédi animo, docti- simos etiam hallucinari.

Infertur 5. ex prædictis ad quæstio- nem, si quis debeat certam summam pecu- niæ, an satis faciat soluendo massam auri vel argenti vel metalli, eiusdem quantitatis & qualitatis? Bar. in l. diuortio. §. ob donationes, n. 3. ff. sol. matr. non obscure sentit, posse debitorem pecuniæ soluere in massa seu metallo, ex quo pecunia illa fit, sicut debitor massæ potest soluere in pecunia: quod indicant verba Bar. ibi & e contrario, & ita aperte Ias. in §. in bone fidei. n. 62. in §. de act. citas ad hoc securè Bar. vbi supra. Sed non relato Bar. contrarium probat Dec. in d. l. 2. §. 1. n. 6. ff. si cert. pe. & cum eo Alc. ibi, n. 12. dicens hoc communiter appro- batū, & quasi sine dubio id tradit Butig. ibi, n. 17. & itacū Dec. Ripa. ibi, n. 12. ver- contrariū, & mihi verior videtur opinio Dec. contraria autem non est in vsu, nec allegata obseruabitur, tum quia Bart. & omnes in d. §. 1. l. 2. specialiter viden- tur permettere vt debitor massæ auri vel argenti, soluat in pecunia eiusdem va- loris, non vero è contra, vt etiam col- ligitur ex IC. in l. 1. §. fin. ff. de aur. & arg. legat. idem colligitur ex IC. in d. l. 1. ff. de contrahend. emp. dum loquitur de inuen- tione & potestate pecuniæ, probatur etiam ex d. l. si ita, ff. de fiduciis. dum in- quirit, aliaper pecuniam, non pecuniam ex alijs estimari.

15 Ex predictis etiam infertur 6. ad quæstionem Alber. & Fulgos. *ind. l. i. ff. de contrahen.empt. an dicatur emptio si pecunia pro alia datur, puta maior, prominor, vel aurea pro argentea, ut quotidie sit cum camporumibus?* Alber. & Fulgos. dubitant Iac. autem Aren. secundum Fulgos. inclinavit, vt tunc sit permutatio non venditio. ipse Fulgos. inquit, videri potius contractum innominatum, vt detur actio præscriptis verbis: Sed hoc à præcedenti non differt: permutatio enim *contractus innominatus* dicitur: & eadem actio ex ea datur, vt notissimum est *ex l. 4. §. & si quis tem. ff. de præscri. verb. l. i. ff. de rer. perm. Subdit postea Fulgos. videri emptionem*, quando pecunia grossa datur prominuta, ex verbis Bart. *in l. nummis. n. 2. ff. de in lit. iur. & in simili eleganter tradit Molin. de comme. q. 99. ad fin. n. 748. de quo infra proxime.*

Cum autem magni sit momenti, cognoscere speciem conuentio[n]is, & plures sint differentiae inter emptionem & permutationem, vel alium contractum innominatum, vt tradit IC. *in l. i. & ibi Pau. & Ias. ff. de rer. perm. & in l. i. ff. de condi. ob causam*, re satis pensata placet opinio illa, vt in his terminis magis dicatur permutatio, non venditio. Ita enim habet consuetudo loquendi, & qualitas officij camporum, qui ad permutandam & appendendam pecuniam constituuntur: id etiam suadetur *ex d. l. i. ff. de contrahen.empt.* dum in venditione requirit, vt merx & precium diuersa sint, nec in emptione una ex his rebus vtriusque vice fungitur, vt *in d. l. i. & alia l. i. ff. de rer. perm.* & ita sentit Connan. *lib. 7. cap. 5.* id declarans, nisi altera ad pondus, altera ad numerum daretur: quia tunc altera nomen & effectum suum retineret, altera pro specie censeretur: facit *l. planè 34. §. ff. de leg. i.*

16 Ex *d. l. i. in verbis supra expensis ibi, nō tam ex substantia quam ex quantitate. 7. eleganter argumentatur Hiero. Butig. in l. cum quid. n. 2. ff. si cer. pet. e contra Bar. & Dd. ibi, volentes*

*e Verißima est hec Butigel's opinio, quam ante illum acutissime & grauissime proposuerunt Fulg. n. 6. Alc. n. 11. Purp. n. 31. T. l. 2. §. mutatio. ff. si cer. pet.*

quod debitor pecuniae, vel massæ certi metalli, non possit soluere in pecunia diuer. metal. prout si quis recipiat scutos,

vel aureos, vel coronas (vt appellant) & ita Imol. Aret. Ias. *in l. non amplius. 5. fin. n. 11. ad fin. versi. neque obstat. ff. de leg. i.* At Hieronymus ipse neruose contrarium probat, & in specie *n. 2. expendit predi-cta verba d. l. i. quæ eius sententia iurant, maximè iuxta declarationem supra tra-ditam. Vult enim IC. post percussam & formatam pecuniam magis attendi estimationem ex forma & quantitate, quæ ex substantia & materia, vt etiam pro-bat d. l. *nummis. ff. de in lit. iur. sic l. i. §. ff. de aur. & ar. leg. & l. si quis argent. in f. princip. C. de donat.* quibus habetur, quod debitor certi ponderis auri vel argenti satisfacit soluendo pecuniam æqualis æstimationis, & sic non amplius con-sideratur qualitas materiae, sed tantum va-lor & estimatione pecuniae. Non igitur ne-cessarium erit pro auri certo pondere, vel pro aurea moneta, auream tantum solui, contra Bar. & communem, imo sufficit in moneta argentea soluere in eodem valore absq; vilo pecuniario in-commodo creditoris id enim est, quod debetur, idque solum attenditur, non vero qualitas metalli, vt probat Vlp. *in l. quæ extrinsecus. 65. ff. de verb. obl.* & ita usus obseruat. f*

f Et ita quoq; omnes etiam, qui de hac re agūt, obseruari usu afferunt.

Fulcitur eadem opinio ex iuri's deci-sione, quæ prohibet, ne legitima seu pro-ba pecunia refutetur, vt *in l. i. C. de veter. nummis. potes. Bar. in l. qui fasim, in fin. ff. ad l. Cor. de fals.* intelligendo tamen, nisi de-bitor notabilis quantitatis vellet solue-re in pecunia minuta nigra, id enim ini-quum & non permittendum esset, vt eleganter tradit Molin. *d. libr. de commer. num. 749* & apud Lusitanos est de hoc prudentissima ordinatio *lib. 4. tit. 53 §. 2.* vbi tatum permittitur soluere quartam partem debiti, in tali pecunia vilioris materiae Habet eadem ordinatio vnum summe notandum, vt quamvis emptor, vel alias contrahens specialiter se obli-get ad soluendum in pecunia aurea, co-gatur creditor accipere aliam pecuniam regia autoritate percussam, secundum valorem eiusdem. Cuius contrarium videretur dicendum ex vi conuentio-nis, quæ legem facit: nec in eo casu ali-qui vrgere videbatur, ne conuentio obseruaretur imo ex traditis à Dd. vide-retur omnino dicendū, vt solutio debeat fieri

fieri specialiter in pecunia promissa non alterius qualitatis, secundum Imol. & Arc. col. 3. vers. qui etiam, in l. non amplius. §. f. ff. de leg. 1. vide tamen in eo proposito, quod tradit ad partes Molin. d. lib. de commer. ad fin. n. 513. cum seq.

18 Ex iisdem infertur 8. ad intellectū tex. in d. l. si ita, 43. ff. de fideiūf. vbi IC. agit de fideiūfōre promittente frumentum vel aliam rem, cum principalis debitor ad pecuniam tenetur. In quibus terminis fideiūfō irritatur; quia repugnat iuris regula, vetans ne fideiūffor intercedat ad rem diuersam ab ea, quae continentur in principali obligatione. Quo præmissō subdit IC. verba illa, quia non ut estimationerum, quae mercis numero habētur, in pecunia numerata fieri potest: ita pecunia quoque merce estimanda est. Quæ verba exprimere videntur valere fideiūfōrem in pecunia, licet debitor principalis ad aliud teneatur, quasi pecunia ex estimatione, idem censematur cum aliare. Et ita notat Paul. Cast. ibi, idque ut receptum sequitur Afflict. decif. 50. n. 5. Sed debuit aduertere contrarium receptius esse gl. enim Bar. Imol. & alij in d. l. contradicunt, non admittentes argumentū à contrario sensu, ne iuris regulæ offendantur: & ita Ias. in d. l. 2. §. 1. n. 4. ff. si cert. pet. cum Rom. & Fulgos. quos sequitur; & ibidem Rip. num. 12. & Ias. in l. non amplius. §. fin. n. 14. ff. de leg. 1. & pro communi citatur tex. vrgens, in l. græc. 9. §. si Stichum. ff. de fideiūf. vbi non valet fideiūfō, si pro debente Stichum, fideiūffor promittat Stichum aut decem: cuius rei potissimum rationem assignat IC. quia tunc in alia obligatione fideiūffor accipitur.

19 Sed interpretatio Paul. contra gl. Bar. & alios, videtur fortissime probari ex li. d. l. inducendo, ut sup. attēto etiā quod aliter inepta manebit ratio & argumen-tatio IC. ibi, qui cum negasset pro debito quantitatis posse fideiūfōre accedere in alia re, subdit non esse eam speciem, ut esset, quando pro debito alterius rei accederet fideiūffor in pecunia. Facit quod dicit IC. in l. prope g. g. Tametsi tex. 11. vere faciant, non tamē mulsum vrgent: nā responderi potest illos procedere, quo casu rei præstandæ facultas non est, vi colliges ex communī in d. §. mutui datio. modum 88. ff. de verb. sign. & tex. not. in leg. quia qui precio, 46. ff. de usufruct. vbi de precio idem iudicatur, quod de

re, & in materia fideiūfōnis ita vide-mus, pro obligatione facti intercedere fideiūffor ad interesse & pecu-niā, l. si quis pro eo. 57. ibi gloss. & Bar. ff. de fideiūf. l. cum filius 49. §. 1. ff. de verbor. oblig. Nec satisfacit responsio Bar. & aliorum, dum constituunt differentiam inter ob-ligationem dandi, & obligationem faciendi. Talis enim differentia tuta non est (ut alibi probamus) & quamvis esset vera quo ad alia, non facit ad rem: quia illa iura tantum considerant, quod promit-tendo pecuniam & interesse, censem-tur iure promitti idem, non diuersum ab obligatione principali. Sic igitur h in casu

b Hoc argumentum non multum urget, si at-tendas Dd. non negare fideiūffor tunc in pecuniam optime constitui posse, cum ipsa res nō possit præstari, vel si postea præstari non pos-sit, ad estimationem denunciendum, in eumque casum fideiūfōnem validam esse, ut colliges ex Fulg. in l. 2. §. mutui datio, n. 4. & ibi Ias. n. 5. Dec. 1. lect. n. 5. Rip. n. 11. ff. si cer. pet. vn-de inaduertenter loquuntur Dd. indistinctè asserentes huiusmodi fideiūfōnem irritari, aut horum patrum limitatio falsa est.

d. l. si ita, maxime attēto, quod in eadē l. agitur de re, quæ forsan non esset penes debitorē, vnde nō magis posset ad eam cogi, quam ad factum: semperque deueniendum est ad pecuniam via executio-nis iudicati, iuxta l. à diuino Pio, §. in vendi-tione. & §. si pigno. ff. de re iud.

Retenta autem hac sententia & in-terpretatione ad d. l. si ita. ff. de fideiūf. pos-set responderi ad tex. quem Dd. pro cō-muni adducunt in d. l. græc. §. si Stichū. Ibi enim IC. non videtur irritare fideiūfōrem, quasi sit de re diuersa, sed quia sub diuersa forma obligationis, cum prin-ci-palis esset simplex, fideiūfforia autē du-plex vel alternativa, quæ duriorem cau-sam facit fideiūfforis, i. contra iuris regu-las:

i Hac solutio, si recte aduertas, videtur esse cō-tra communem & veriorem opinionem, quæ habet fideiūfōnem in plus, quam principalis obligatus, esset, acceptans non in totum, sed in quantitate duntaxat excedēte vitiati, de qua breuiter in nostro thesauro.

& ita verba text. non diuersitatem rei, sed diuersitatem obligationis respiciunt. Aliter etiam respondet Curtius (quem vide) in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. n. 11. & ex d. l. si ita, confirmabis. Aret. in l. non amplius, §.

*fi. ff. de leg. 3. col. 3. verb. tene ergo, qui eam citare debuit, licet Ias. ibi respondeat secundum communem interpretationem, quae d. l. violat, litera enim directe probat id, quod hic sustinemus; non tantum argu. à contrario sensu, ut Dd. commisuntur.*

- 21 Ad supra traditā posset aptè tractari, cuius temporis valor, & aestimatio pecuniae attendatur, de quo latè Bart. & *1 Adde Corras. lib. 3. miscel. c. 13 à num. 5. alij in l. cum quid, ff. si cert. pet. in l. Paulus, 1. ff. de solut. Boc. decis. 327. Afflict. decis. 90. & 194. & in c. 1. ver. monetæ, quæ sint rega. l. 3. feu. fol. 172. vbi latè: & alij in tractatibus mone. & latissimè Moli. in lib. de commer. q. 96. cum trib. seq. Sed multis omissis, assumo unum summè notandum, quod Dd. tradunt ad l. cum certum. 10. ff. de aur. & arg. l. vbi Modestin. in hæc verba respondet: Cum certum auri vel argenti pondus legitum est, si non species designata sit, non materia, sed premium praesentis temporis præstari debet. Mihi dura videtur ea verba (licet Dd. non aduentant) præcisè in enim arctare videntur hæredem, ut premium,*  
*m Aduertunt quidē, a que ideo præpostere illa accipiunt, ut dicat tex. premium solui debere, si bares velit, sin minus, massam seu pondus, ut colliges ex gloss. verb. non materia, quæ sane per quam ridicule & verbum debet, & verb. materia cauillatur.*

- pecuniamque numeratā soluere debeat, nec satisfaciat dādo pondus auri, vel argenti: quod sufficere videretur: secundū verba testator. quæ certum pōdus exprimebant, iuncta vulgari regula, l. nō aliter, ff. de leg. 3. videreturq; in facultate hæredis esse, vel in massa, vel in pecunia soluere, ut colligitur ex l. Titia, 37. ff. de aur. & arg. leg. & ibi notat Bar. & sentiūt Dd. in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. vbi Cur. n. 13.

- 22 Sic etiam glo. & Dd. in d. l. cum certum. intelligunt verba illa præsentis temporis, pro tempore solutionis, non de tempore testamenti: & ita secure Rom. extollens illam l. in sing. 513. Brun. & alij, quos sequitur Molin. d. li. de commer. quæ t. 99. n. 745 iuxta quem sensum iam videretur ibi esse tex. contra Oldra. in aliquibus consil. quem Dd. referunt & sequuntur, vbi supra, dicentem, in relictō monetæ attendi valorem ex tempore testamenti, & cum Oldra. Soc. conf. 6. li. 1. & Afflic. s. d. c. quæ sint regalia, ver. monetæ, n. 17. Vn-

de merito Rom. conf. 123. col. 1. dicit l. illa confundere responsum Oldra' quicquid inuoluat Molin. vbi supra: qui sequitur communem intellectum d. l. conaturque ostendere eā hō facere contra Oldra. Sed magis hoc inuoluit, quam explicet. verèn. cōmūnis intellectus d. l. destruere videtur opinionem Oldr quem Dd. cōmuniter sequuntur: & (ultra citatos) Ba- ptif. Castel ad Roman. d. not. ab. 513.

Quapropter ad sustinendum receptam 23 opinionem Oldra. quæ iuri consentanea videtur, intelligo d. l. (contra gl. & omnes) vt eius verba supra relata denotent tempus testamenti, & secundum illud aestimatio solui debeat, iuxta regulam, l. si ita. 8. eod. tit. ff. de au. & arg. le. l. uxori. 39. vel 41. 6. testamento, ff. de lega. 3. quibus habetur, in relictis verba in dubio refferri ad tempus testamenti, quod etiam ratione iuuatur, quia vero similis est, testatorem verba sua intelligere iuxta id, quod tunc videbat, nec diuinare mutationem temporis, arg. l. Julianus. 6. ff. qui & a quibus; ibi, nec aduentitij casus compantandi sunt. Denique contra gloss. & Dd. fortius urgunt eadem verba d. l. cum certū, ibi, præsentis temporis. Licet enim gloss. & Dd. exponat pro tempore solutionis, ego aduerto illa verba apud ICros in eadem materia, intelligi de tempore testamenti, quod exprimi censemur per verba illa, præsentis temporis, ut expressim probat d. l. si ita, præcedens d. l. cum certum, ibi, testamenti tempore, quia præsens tempus intelligitur, & ibi, præsens non futurum tempus ostendit. Vides igitur nouam, & verisimilam (ni fallor) explicationem, d. l. cum certum, per d. l. si ita, contra glo. & omnes, & ita illæsis iuris regulis, sustineri aliam communem opinionem Oldra. & aliorum, de quibus supra.

Circa reg. vero d. l. si ita, & illud 24 generale, an attendi debeat testamenti tempus, vel aliud, ultra Bar. ibi, latissime ex professo agit Vinc. Herculani. in l. disput. & notabiliter Alexa. consil. 178. lib. 2. & ibi Molin. & aliqua tradit Afflict. lib. 3. consil. rub. 4. Regulam vero cum multis fallentijs tradit Aymo. Craue. n. l. 1. post prin. ff. de legat. 1. Quorum dicta conducunt etiā ad cōtractus & priuslegia, & specialiter ad nostram materia emptionis & vēditionis, in qua solet eadem regula notari ex l. Rutilia Polla. 69. ff. de contrah. emp. ut verba in dubio intelligatur secun-

secundum tempus conuentionis: de quo ad illam l. vide omnino Ripam, in l. si ex toto, ff. de leg. i.

25 Ex predictis & ex d.l. i. ff. de contra. em. ibi, sed alterum premium vocatur, deducitur haec vox propria emptionis, ut quamvis pecunia id sit, quod precij nomine in emptione concurrit, iuxta l. 4. §. i. ff. de prescript. ver. l. cum venderem, 21. vel 24. ff. locat. non tamen pecunia vel nummus, sed premium in iure appellatur, tam apud Ictos, quam apud Imperatores, ex innumeris iuris locis, quae notissima, & cuilibet obvia sunt. Unde solent Dd. saepissimè tradere ex nomine, precij, emptionem argui, per gl. quam extollunt, in l. si. C. de præd. de cur. verb. intelligi. quam ibi extollit Platea: & dicit singularem Bart. in fine q. publicanus (que quarta est) Melior tamen est gl. in l. cum dotem, C. de iur. do. & sentit glo. in aliis locis, ut tradit Fabian. de nempt. &  
n Adde bac in re Ias. in §. dini. l. filius. i. lec. n. 107. & 2. nu. 145. Rip. nu. 103. Loaz. nu. 14. 183. cum aliis ibi, ff. de leg. lib. i.

vend. quæst. 2. num. 2. eaſque commandant & ornant varij, quos copiose refert Tiraq. de retrac. lign. §. i. gl. 2. in princip. Ego autem non tam citarem glo. quam tex. in d.l. fin. ibi, constitutiones latè de precio locutæ sunt, ut ex hoc apertissime detur intelligi, solum emptionis contractum esse.

Vt sic apparet tex. illum significare, ita in dubio intelligendum fore, etiam si adiectum non sit verbum emptionis vel venditionis: vt bene accipit Dec. in l. 2. nu. 15. ff. si cert. pet. & ita cauebis à multis, qui d. l. intelligunt, quando cum nomine precij adiicitur verbum ipsum, emere, vel vendere. Quod ex Ioan. Andr. & aliis tradebat Tira. de retrac. ligna. §. i. gl. 14. n. 34. in quo ipse & alij sibi repugnant. Et ita cauebis ab Aret. in l. sciendum, col. 6. in prin. vers. facit quod. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 63. n. 2. lib. 7.

26 Sed hæc vulgaris traditio cautius intelligi debet, in multis enim stare non poterit, cum nomen precij generale sit alijsq; conuentionibus congruere possit, ut in l. si quis ante 10. in fin. ff. de acquir. poss. & ibi Alex. n. 9. & fatetur Bart. in d. q. publicanus, in fin. Quod etiam ostenditur, si in conuentione expressum sit, ne rei dominium transferatur, tunc enim mentio precij non potest emptionem inducere, ut probat tex. in l. cum man. 80.

§. si. ff. de contrah. emp. & per eum Ias. in l. 2. in si. prin. ff. si cer. pet.

Melius igitur intelligenda erit d.l. fin. C. de præd. de curia. quando cum nomine precij concurrunt alia apta emptioni: iuxta doctrinam, quam sentit IC. (& saepissime vtitur Dec.) in l. qui testamento, off. de testam. ibi, si nihil aliud  
o Hanc eandem l. cum eo. citat idem Pin. in l. 1. par. 3. pa. 118. col. 3. C. de bon. mat. impediat, magis enim qualitatem conuentionis, quam nomen ei adiectum atten-dimus. l. 6. ff. de prescript. verb.

Ex quo periclitatur, quod plures inferebant, incaute citantes gl. & Bald. in d.l. cū dotem, ad statutum de soluenda galla ex certo precio: intelligentes id tantum in venditione, ut per Firmia. de Gabel. 3. membro 8 par. num. 8. Ias. in l. 1. nu. 23. C. de iure emphiteu. Verius namq; videtur ex supr. dictis tale statutum, etiam de aliis contractibus (saltem reciprocis) intelligi: nec Dd. ibi bene clānt Bald. in d.l. cum dotem, qui num. 1. distinguit inter nomen, precij, simpliciter prolatum, & inter verba premium conuent. Sed & in statuto loquente de precio conuento, magis videtur (si aliud non impediat) alios contractus comprehendendi, cum in omnibus premium pro valore rei, & quantitate in contractu deducta, aptissime accipiatur: persu. dicta & per tex. & Alb. in l. si. 11a. 43. ff. de fidelius.

Ex predictis infertur ad definitionē 28 emptionis, quam tradit Fabian. in d. tract. in prin. Emptio est contractus bona fidei vltro citraq; obligatorius, qui consensu, re, & precio perficitur, quæ definitio non habet suas partes, ut dialectici requirunt, & nostri per l. 1. §. 1. ff. de dol. de quo agit Fortun. de vlt. si. iur. num. 201. & latè Cagno. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Licet enim in venditione concur-rant illa omnia, concurrunt etiam in locatione, quæ vtrinque obligat, & bona fidei est, & re consensuque perficitur, secundum iura notissima & receper-tas traditiones, de quibus agemus in 2. par. huius Rub. Alter & melius definit D. Soto lib. 6. de iusti. & iur. questio 2. art. 1. ad finem, quem vide. Rarò autem Icti ad definitiones descēdunt, quia vix perfecta villa esse potest: quo sensu cōmuni-ter intelligitur IC. in d.l. omnis defini. 203. cuius sunt verba: omnis definitio in iure ci-nili periculosa est: parum est enim, ut non

*subuerti possit. Sed verba illius l. non tantum pro definitione, sed pro regula accipi possunt, vt ibi notat glo. ad quam non solet aduerti, & tunc non minus recte stat sensus, cum regula s̄epissimē limitetur, & exceptiones eam reddant periculosa, & ita accipitur definitio in l. si Titio. ff. qua. dies leg. ced. de materia autem definitionis ē nostris agunt plures, latissimē Cag. in d. l. omnis, & in l. i. ff. eod. Alc. lib. 6 par. c. 9. Vigil. in princ. Inst. de test.*

## SECUNDĀ PARS

## R V B.

## C. de rescind. vend.

## C A P. I.

## S V M M A R I V M.

- 1 Agitur de precio, sine quo non consistit emptio: item quod debet esse certū, & qualiter id intelligatur, & n. 2.
- 3 Examinatur traditio glo. in l. hac venditio, §. 1. ff. de cont. empt. & reprobatur communis opinio.
- 4 Agitur de precio collato in arbitrium certae personæ: & emendantur aliqua à Dd. tradita, usque ad numer. 6.
- 7 Explicatur utilis articulus circa probādam emptionem, quando testes non recordantur de certo precio, vel circa id variante, & n. 8.
- 9 Tractatur quæstio de pecunia data pro pecunia: & contra aliquos ostenditur, dari tunc actionem bona fidei.
- 10 Permutationem verè dici, non solum cum species pro specie datur, sed etiam cum genus pro genere, vel species pro genere cum Fortun. & Dec. contra communem.
- 11 Emendantur in proposito traditio quedam Ioam. Fabr.
- 12 Explicatur text. in l. insulam. ff. de prescript. verb.
- 13 Agitur de intellectu l. i. C. de rerum per. & explicantur aliqua scitu digna contra recepias sententias: maximē ut etiam re venali data pro alia, etiam taxata quantitate non resultet vera emptio: usque ad n. 16.

- 17 Agitur de qualitate contractus innomini- nati, nominatio similis.
- 18 Tractatur quæstio venditionis pro modo precio cum pacto, vt emptor ful- sat debita venditoris.
- 19 Exactissimè tractatur quæstio, an resul- tet efficax venditio sub ea forma, ut resempta sit iusto precio, & nu- mer. 20.
- 21 Probatur ex prædicta forma conuentio- nis non resultare venditionem, nec contractum innominatum, nec se- cuta traditione dari tunc actionem ad iustum premium: contra Bald. & communem, & n. 22.
- 23 Explicatur tex. in l. si tibi, 24. ff. de pre- script. verb.
- 24 Probatur notabilis differentia in ysdem terminis, inter venditionem & lo- cationem.
- 25 Explicatur decisio tex. in l. si fundus, & fin. ff. de pigno.
- 26 Agitur de eodem tex. circa aliam diffi- cultatem, quomodo ibi valuerit pactū l. commissorie in pigno.
- 27 Nouè contra gl. & omnes hucusque scri- ben. ostenditur apud Iureconsullos pactum illud prohibitum non fuisse: & eleganter explicatur l. si. C. de pact. pigno.
- 28 Insertur ad intellectum tex. in l. quam- uis 45. ff. de sol.
- 29 Insertur ad intellectum l. Titius 34. ff. de pigno. acti. & probatur pactum de quo in illa l. non solum ad retinen- dum, sed etiam ad agendum valere: contra glo. Bar. & plures.
- 30 Reprobatur communis opinio, que ex d. l. Titius, sustinet pactum l. commissoriæ ex intervallo in pign.
- 31 Agitur de intellectu l. fin. in princ. ff. de contrahen. empt. & reprobatur com- munis opinio: que sustinet pactum illud in fideiussore, reprobatur in creditore.
- 32 Explicatur l. i. C. de pact. pign. nouè con- tra glo. & omnes.

**A** Lqualiter ex supr. traditis colli- gitur notitia huius contractus, sed maiori adhuc examine opus est: cum rub. & l. 2. (ad cuius tractatio- nem tendimus) de emptione loquantur, nec de alijs conuentionibus speciatim meminerint. Liquet autem ex d. l. i. ff. de contrah. emp. hodie non dici emptionē, nisi

nisi interueniente precio, nec precium, nisi in nummo seu pecunia numerata: quod etiam probat l. i. ff. de rer. permitt. & sine precio conuento emptionem non dari, inquit IC. in l. 2. ff. de contrah. empt. esse que de substantia huius contractus, ait IC. in l. pact. conuenta. 72. ff. eod. tit. ibi, emptionis substantia consistit ex precio. Idem probant quam plura alia ICTor. responfa: & ita Iustini. in §. precium, & §. item preciam, in sti. eod. & alij Cæsares ante Iustini: ut in l. empti fides. C. de contrah. empt. & in l. emptiorum, C. de rer. permitt. Precium autem certum etiam requiritur per eadem iura, maxime tex. gl. & Dd. in d. §. precium. ibi, certum esse debet. Probat etiam tex. in l. haec venditio, 7. §. i. ff. de contrah. empt. Azo. in summa, C. eod.

<sup>2</sup> Certum verò precium censet IC. non tantum si statim inter contrahentes exprimatur, sed etiā quando aliqua relatione vel demonstratione certum fieri potest: vt in ea forma conuentionis, de qua in d. l. haec venditio. §. i. ibi, quanti tu emisti, vel quantum precij in arca habeo, & l. si quis fundum, 37. ff. eod. quod iuuatur ex vulgari l. certum, ff. si cert. pet. l. 5. §. i. ff. de re ind. cum similibus. Qua in re omittendum non fuit, quod glo. acutè scripsit in d. §. 1. l. haec venditio: vt tex. ibi procedat quando conuentio fit per verbum illud, quanti: secus, si per verba, pro preцio quod in arca habeo: in quibus terminis resoluti glo. non esse emptionem, sed contractum innominatum, per l. fi. ff. de condic. can. dat. & eam glo. dicit menti tendam Bald. ibi: & singularem Alexa. ad Bar. ibi: & communiter receptam Fabian. de empt. & vend. q. 5. num. 34. & eam videtur probare Bart. eam referens in l. si seruus. §. qui quinque. ff. de legat. l. eamque dicit singul. Ias. a in l. fin. co. 3. num. 2. ff. de cond. ob can. Roma. in l. sti. pul. rum.

<sup>a</sup> Et alij de quib. in cap. 3. nume. II. decimo. ff. de verb. obliga.

<sup>3</sup> Sed b differentia illa gl. & Dd. nullatenus teneri potest. Vttra fundamenta hic ascripta, evidenter communem opinionem conuincent, si attendas eam tantum initii l. fi. supra allegata, quia s. eo casu pecunia species censetur, si aduertas ex iuris vi, & cum pro quantitate precij, vel quanto preцio, vel etiam (quod fortius) pro centum, quæ in arca habeo quippiam venditur, eadem rationem militare, vt emptio non sit:

cum & ijs casibus pariter pecunia species censetur, vt aperte probat tex. videndus in l. plan. 34. §. 1. de leg. i.

test: puerile enim & ridiculum est, censere venditionem per illaverba quantum precij in arca habeo (vt tex. habet) non autē per illa, pro eo preцio, quod in arca habeo. Nemo enim cum iudicio aduertens, compierit in his rationem differentiæ iuxta regul. l. 2. C. commun. de lega. & facta relatione ad id, quod in arca est, nihil interest, fiat per quantum, vel per quod, tam secundum Grammaticos quam secundum Dialecticos, quam etiam secundum sensum communem. Et ita contra glo. sentiunt Alber. & Sal. ibi arguentes ex verbo preцio, quod proprium est emptionis: & cum Salic. Fabian. vbi sup. & Ioann. Ign. in l. 3. §. si conditioni. n. 28. ff. ad Syllani. & nemine citato Emil. Ferret. in l. si certos, ff. de verb. ob. Ego rationem considero, secundum quam nulla differentia inter ea verba est in proposito: nec distinguo, an verbum quātitas, vel pretium, vel pecunia, proferatur.

Substantia enim & effectus attendi debet, non sonus verborum, l. insulam, ff. de prescrip. verb. cum vulgar. intelligendo quando in loco, ad quem fit relatio, adeat pecunia numerata: aliter enim ea deficiente, licet aliud reperiretur, non posset dici emptio, iuxta d. l. si quis fundum, 37. ff. de contrah. emp.

Quamvis autem certum precium sit substantiale in emptione, constitutum iure est, vt possit conferri in arbitrium certæ personæ: quod Iustinia. à se sanctum tradit in l. fin. C. de contrah. emp. & in d. §. precium: idem dicens in locatione. Sed multo ante id dixit IC. Caius in l. si merces 28. ff. loca. in quibus locis glo. & Dd. expressim colligunt nihil actum censes, si non exprimatur certa persona: quod est contra idiotas (secundum Ang. in d. §. ) qui putant recte contrahi emptionem, si circa precium dixerint, quod de illo postea concordabunt, vel eligent tertium, qui eos concordet: quod memoro vt caueas à Dec. in hoc errante, consil. 648. numer. 1. vbi malè refert Anan. consil. 19.

Ex d. l. fin. & d. §. precium: & d. l. si merces, & ex glo. & Dd. aperte colligitur non dici nec valere emptionem sub illa forma, vt precium declaretur à bono viro in genere, non facta relatione adiudi-

iudicem vel certam personam: contra Cuma. relatum à Soc. in l. si quis arbitratus, nū. 26. ff. de verb. obliga. quod enim dicturnon esse moram in boni viri arbitrio. l. 1. ff. de lega. 2. (à qua argumentatur Fabian. q. 5 num. 25.) procedit, cum certa persona est, quae arbitrari debet: aliter non entis non daretur qualitas, l. sifernum §. 1. ff. de actio. emp. quod probare videtur d. l. f. C. de contrah. emp. ibi, nulla coniectura, virum in personam, an in boni viri arbitrium.

**6** Ex quibus videtur verius dicendum contra Bart. & Paul. in l. si merces, ff. loca, vt nec dicatur valida emptio si contrahatur sub ea forma duorum eligendorum, alterum à te, alterum à me. Vigent enim verba & ratio d. l. si. & d. §. precium: vt ob incertitudinem precij non consistat emptio. Idque suadet regula iuris in hoc contractu, quae non reperitur limitata, nisi secundum terminos dd. iurium, & d. l. si merces, ac proinde in non expressis stabitur regulæ iuxta doctrinam veram & receptam, de qua per Dec. in l. 1. n. 8. ff. de reg. iur. Non enim iura in hoc tantum fundantur ex timore, quod contrahentes discordabunt circa electionem, vt Bar. & Paul. presupponunt; sed potius fundantur ex incertitudine in precio, quod est substantiale eiusdem contractus: vt aperte colliges ex d. §. preciū ibi, certum esse debet, post quæverba sequitur quæstio arbitrij tertij, ibi, quotiens sic composita sit venditio: vt ea appareat mens Imperatoris, ne aliter talis conuentio consistat. Ex quo etiam verius puto contra Paul. in dict. leg. si merces. vt non valeat is contractus initus sub ea forma, vt unus ex contrahentibus eligat tertium, qui precium declarat: quamuis enim tunc cesset timor discordiae, militant verba & ratio illorum iurium, quæ venditionem non admittunt sub tali incertitudine: Imò & tunc alia ratio virget, vt conuentio magis irritetur, quia videtur tunc ineffectu precium (quod substantia emptoris dicitur) unius ex contrahentibus arbitrio committi, contra l. quod sepe 35. §. 1. ff. de contrah. empt. notat Ro. conf. 257. in fin.

**7** Inde infertur ad quæstionem utilem, de prætendente probare emptiōem per testes, qui asserunt vidisse perfectè conuentum de re & precio, sed non recordantur de quantitate pre-

cij: an ex ea probatione succurratur agenti, vt saltem iustum precium per aestimatores & iudicem declaretur. In quo Alex. conf. 8. col. 1 & 2 lib. 1. vt receptum tradere videtur, talem probationē non sufficere: cum deficiat in substantiali certi precij: idem Alexander ad Bar. in l. quod sepe §. 1. ff. de contrah. empti. quod not. aperte Paul. Castr. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, num. 4. in fin. ff. de iure iur. ibi, per instrumentum, vel per testes non valet. Idem asserunt scribe. in instrumento referente emptionem, non exprimente precium, vt non probet: secundum Cyn. & antiquos in l. 1. C. de contrah. stip. Bar. in l. sciendum, n. 2. ver. contra. ff. de ver. oblig. & ibi Imol. col. 2. ad fi. Ro. nū. 32. Alex. n. 15. not. Ioa. Fab. in d. §. preciū, nū. 1. Inst. de empt. & vend. & calios citat Molin. ad Alex. d. consil. 18. quem vide, vbi id notabiliter declarat cum Alex. in d. l. sciendum, num. 16. & Ias. in l. si duo patroni, §. Marcellus, ff. de iure iur. vt hoc procedat, quando emptor agit aduersus venditorem: secus si quis prætendat usucaptionem & titulum probet per testes, qui de precio non sunt memores, talis enim probatio sufficit: & ita procedit Bal. in leg. 1. n. 3. C. de reb. alien.

Infertur similiter ex illo substantiali 8 certi precij in emptione non sufficere, quod testes varient in precio: unde si unus deponeret de centum, alter de centum & viginti, esset imperfecta probatio: nec venditor teneretur re tradeare, etiam oblato maiori precio, vt colligitur ex Alex. ad Bar. in d. l. quod sepe, §. 1. notat expressim Moli. ad Alex. d. consil. 18. col. 1. ad fin. magna addit. Confirmatur hec ex doctrina gl. in l. Lætius, ff. de ijs qui nota. infa. verbo debeat, ibi, quare non dixerunt plene factum: vbi vult non induci efficacem probationem, quando testes non referunt integre factum, sequuntur & commendant Dd. vt per Alex. conf. 33. n. 21. lib. 3. const. 88. in fi. lib. 4. Ias. in l. eleganter, n. 2. ff. de condic. indeb.

Ex eodem substantiali certi precij ad emptionem infertur ad quæst. de qua in c. præceden. numer. 15. cum Alb. & Fulgos. in l. 1. ff. de contrah. empt. quod ex altera parte debet esse res, ex altera pecunia, non autem pecunia ex vtraque parte: vbi sustinuit tunc censeri permutationem. Fulgos. autem appellabat *contractum innominatum*, do ut aess, forsitan ex eo,

ex eo, quod tanquam receptius traditur à Dd. nō dici permutationē, nisi de specie ad speciē, non de genere ad genus, & cā esse differentiā inter permutationē & contractū, do ut des, licet vtraque conuētio innominata dicatur: vt tradit glo. recepta in l. 1. C. de rer. permuat. Ias. in §. actionum, n. 92. Inst. de action. Ias. in l. 2. n. 8. ff. si cert. petat. post Bar. & alios, & ita idē Ias. in l. 1. n. 10. ff. de rer. permuat. vbi in ea q. cum Fulgos. bene reprehendit Alber. ne tūc dicatur emptio, sed magis permutatio, seu contractus innominatus. Ego autem retineo quod dixi, vt actio sit fauorabiliōr, nēpe bonaē fidei ex permutatione, iuxta §. actionum, Inst. de act. quod non es-  
set, si ex tali conuentione non resultaret permutatio, secundum omnes in d. §. Ias. in d. l. 2. n. 8. ff. si cert. pet. facit ad hoc ratio bonaē fidei, quē ampliā est, vt est tex. in l. bonā fidē C. de ac & ob. facit in terminis tex. indistincte loquēs in l. 2. C. de rer. per.

Probatur magis hāc conclu. quia verius videtur, vt contractus, do ut des, sit vera permutatio, & sic permutationē dici non solum cum species pro specie, sed etiā cum species pro genere, vel genus pro alio genere datur, vt cōtrā Dd. egre-  
gie probat Dec. in l. 2. in 2. lect. n. 12. & ibi Cur. n. 29. melius Butigel. n. 37. Alc. n. 23. sequitur etiam in effectu Loriot. de pac. axiōm. 107. in fin. cum seq. & axiō. 117. & la-  
tius meliusque probat Fortun. quē vide in l. iuris gentium, n. 27. ff. de pac. & c eo ta-  
cito Gom. in §. actionum,  
c Adde Emil. Ferretū infra relatiōnē, pa. 62. n. 10.  
n. 2. 5. Inst. de act. referens Barb. & Gamar. Probaturque mihi hāc sententia ex IC. l. 5. §. & si quidem, ff. de pres. verb. quē for-  
titer induco ibi, si autem do rem, vi. rem ac-  
cipiam, quia non placet permutationem rerum  
emptionem esse. vides ibi per mutationem ap-  
pellari de re ad rem, quod nomen non  
potest ad solam speciem referri, vt Dd.  
male intelligunt sed generaliter omnia  
comprehendit, iuxta l. 5. ff. de verb. sig.  
quicquid pro communi cauilletur Rip.  
in d. l. 2. n. 25. ff. si cert. pet.

Ex codem axiōmate infertur ad q.  
Ioa. Fab. in §. item precium, nu. 1. inst. de emp.  
& vend. quod deficiente pecunia non  
dicatur emptio ad libras, marchas, vel  
vncias auri vel argenti, & ibi Ang. Aret.  
n. 3. subdit, tunc esse contractum inno-  
minatum. Ego autem secūdum proxime  
dicta intelligo tunc esse permutationē,

sed noue addo cauēdum esse à Fab. dum  
in ea specie putat veram emptionem di-  
ci, si à principio marchas vel vncias affi-  
mauerint contrahentes ad pecuniam:  
nec intelligit l. precij, C. de rescind. ven. vt  
plenus declaro infr. n. 14. nec enim etiā  
consensu vtriusq; partis potest veraem-  
ptio dici, vbi non datur pecunia: vt pro-  
bat d. l. ff. de copra. emp. ibi, an hodie sine  
nummis emptio dici posse, quod negat: &  
ita l. emptionē, C. de rer. permuat. Atque ita ex  
d. legib. indistincte loquentibus & ex ne-  
gatiua ante verbum potest satis colligitur;  
vt etiam volente vtraque parte, non di-  
catur emptio, deficiente pecunia: pro-  
batur etiā ex l. empti. fides, C. de contrah. emp.  
& ex l. pacta conuenta. ff. eod. dum inquit  
preciū esse de substantia, igitur non potest  
à partibus tolli, iuxta reg. l. nemo potest ff.  
de leg. l. facit l. vbi ita donatur ff. de don. cau-  
mort.

Exeadem regula fundatur IC. Nera-  
tiū in l. insulam, & ff. de prescript. verb. cu-  
iū sunt verba, Insulam hoc modo, vt aliam  
resiceres vendidi: respondi nullam esse ven-  
ditionem, sed ciuilī actione, incerti agendum  
esse. contrahentes ibi emptionem appellab-  
ant, & forte ita sentiebant, quia tamē  
defuit pecunia & refectio alterius insulæ  
pro precio erat, non potuit esse vendi-  
tio, non obstante nomine à contrahenti-  
bus adiecto. & in eisdē terminis melius  
probabat tex. in l. 6. §. 1. ff. de acti. emp. vbi l. C.  
Pompon. refert Neratium: quod ornari  
potest ex multis per Ias. in l. si tibi pecunia,  
ff. si cert. pet. Palac. in repe. rub. 6. 7. Dec. in  
l. si librariu. ff. de reg. iur. Nec ad illam l.  
obstat difficultas & obiectio, quam  
Fulg. insolutam reliquit, ex l. si quis in fun-  
di vocabulo, 4. ff. de leg. l. vbi dicitur, quod  
error in nomine appellatiō vitiāt dis-  
positionem: quasi ita dicendum vide-  
retur in d. l. insulam, quia partes errarūt  
in nomine appellatiō contractus. Ias.  
laborat circa responsionem: Ego puto  
rem esse indubitabilem, quia l. contra-  
ria loquitur de errore nominis appelle-  
tū inducente incertitudinem, secun-  
dum communem resolutionem: Item  
in dict. l. si quis in fundi, agitur de erro-  
re circa substantiam rerum: at in d. l. in-  
sulam, tota resconstat. Similiter d. l. si quis:  
loquitur aperte vbi erratur circa nomi-  
na rerum, quē immutabilia sunt, non ho-  
minum: at conuentiōnū nomina ho-  
minum sunt, & ab hominibus inducta.  
l. 6. 7

*l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & ciuiles appellationes dixit IC. in l. in honorum, 4. ff. de verbo. significat. Nomina igitur rerum et-*

*dvt eleganter probat Ioseph. de antiqui. lib. 1. cap. 1. pag. 18. ubi ab Adamo nomina animalibus indita testatur, iuxta reuerendam sacrosancta Mosaicæ legis seriem lib. 1.*

*iam immutabilia dicuntur, quæ ab initio rebus imposta sunt, quasi ab ipsa natura, quæ etiam rusticis comperta sunt: non ita in nominibus contractum, quæ etiam prudentibus non semper cognita esse constat, l. 2. ff. loca. §. adeo. Institut. de loca. facit tex. notab. in l. non aliter. 67. nū. 69. §. l. ff. de leg. 3. ibi, non enim in causa testamentorum ad definitiones descendendum est, cum plerunque abusu loquatur, nec proprijs nominibus ac vocabulis utantur.*

**13** Ex eodem themate infertur ad intellectum l. 1. C. de rer. perm. cuius verba referam, vt quæ ad eius intellectum dicimus, melius intelligantur: *Sic cum patrō tuus venalem possessionem haberet, pater tuus precij nomine, licet non taxata quantitate, aliam possessionem dedit: idque quod comparavit enictum est, ad exemplum ex emproactionis, non immrito id, quod tua interest, si in patris tura successisti, consequi desideras: At enim si, cum venalis possessio non esset, vermutatio facta est. idque, quod ab aduersario pr. stituum est, enictum est: quod datum est, si hoc elegeris, cum ratione restitui postulabis. Habet ea l. duas partes, in prima agitur de re venali, in secunda de non venali: vt manifestè sonat litera: & ex qualitate illa venalitatis, (vt ita loquamur) diuersum ius resultat in permutatione: & ita communiter cum glos. intelligunt Bart. Bald. Salic. Fulgos. contra ctr. & Cyn. malè contradicentes, malè etiam negantes differētiā quam tex. ibi aperte constituit, inter rem venalem & non venalem. Quæ differentia licet difficultatem habeat, negari tamen non debet, cum tex. eam perspicue ponat. Ex quo sequitur, primam partem d. l. fundari in eo, quod altera ex rebus permutationis venalis erat, non autem ex sola intentione contrahentium, quæ non sufficeret, vt sup. dixi numer. II. quicquid ad d. l. in hoc scripsit Conna. l. b. 7 c. 5.*

**14** Patet igitur in l. parte illius tex. cum species permuratur pro alia venali, dari actionem ad similitudinem empti &

venditi: & conuentionem tunc habere maiorem similitudinem emptionis, quæ regulariter habeat, sed nec tunc emptionem verè dici; quia non interuenit precium, secundum regulam, quam hic exornamus. Effectus autem, quem tex. probat (secundum communem intellectum) est, vt eo casu sequuta enictione, non detur condicō ob causam, ad repetendam rem datam pro euicta: quia id tantum conceditur in secunda parte tex. quando permutatio fuit cum re nō venali: & hoc euincitur ex differentia, quam lex ibi constituit inter eos casus, censendo primum iuxta naturam & regulam venditionis; secundum vero iuxta naturam permutationis & contractus innominati. Secundum quam communem interpretationem dicit Bar. esse ibitex. singularem, quod vbi permutatio seu contractus innominatus sit cum re venali, cessat condicō ob causam, vel repetitio rei datæ, etiam secuta euictione rei alteri ex contrahentibus datæ. Sic limita l. 1. ff. de rer. per. l. §. §. 1. & 2. ff. de præ verb. l. si pecuniam. & l. si. cum ibi not. ff. de condic. ob can. & ad hoc d. l. dicit etiam sing. Paul. in l. 1. num. 10 ff. de rer. per. Ang. in l. scindum, §. 1. ff. de edic. dicit sing. & not. Ang. in l. 2. ad finem e C. de condic. ob

e Idem Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum, nū. 36. ff. si quis caution. & in l. rogasti in 2. ff. si cert. pet. & in §. actionum. num. 102. instit. de actio.

cav. Ias. in l. 1. in si. ff. de astim. act. Alc. in l. 2. nū. 23. & ibi Rip. num. 26. ff. si cert. pet. tradit. Igne. quem olim vidi (nunc enim eius lecturam non habeo) in l. 3. §. si conditioni. nū. 40. ff. ad Syllin. dicit etiam Fulgos. in d. l. quod ea non visa possent doceti contrarium respondere.

Ex quo etiam aperte volunt Bart. & alij, in ea conuentione permutationis vnius rei pro alia venali, non esse locum poenitentiae ante implementum ex parte alterius. Sic limitata regula contractum in nominatorum, in quibus ante implementum licet poenitere, nec ante datur actio ad implenda conuenta. l. 1. ff. de rer. perm. l. 3. C. eod. d. l. si pecuniam. ff. de cond. ob can. vbi latè Dd. & ita per illam l. limitat f Ias. in d. l. fin. num. 8. ff. e. Ias. & Soc. in rub. ff. de verb.

f Et ante eum Alex. in l. si pecuniam. n. 21. §. de cond. ob causam.

oblig.

obl. & ibi Iaco. de Nigr. nu. 174. & nemine citato Connan. d. l. 7. ca. 5. Sed posset hoc nouè controuerti , quia d. l. i. non æquat omnino eam conuentionem veræ emptioni , nec generaliter , sed tantum post traditionem ex vtraque parte: & tunc secuta euictione alterius rei tribuit actionē ad interesse , ad similitudinem emptionis. Cum igitur sit contractus innominatus , non emptio , videtur non recedendum esse à regula , quæ ante implementum permittit pœnitentiam , quod iuuatur ex reg. l. commodissimè ff. de liber. & posth. cum vulga. & in dubio adhaerendum est regulæ iuxta vulgaria iura & quæ Dd. vbiique notant: & gl. optima in l. à diuino Pio, in prin. ff. de re iud. sicut in simili videmus è conuerso , dari conditionem ob causam , ob defectum implementi non sequuti , non vero ex pœnitentia ante implemetum , vt colliges ex Bar. recepto in l. s. n. 11. ff. de cond. ob can. & clarius notat Pala. Cast. in l. cum te, C. de pac. inter empt. & vend. de qua in sequen. cap. idem Paul. in l. Aristote. n. 3. ff. de donatio.

16 Ad d. l. i. magis aduertendum est ad illa verba , licet non taxata quantitate , Glos. enim Bar. Bald. Fulgos. & omnes intelligunt ea verba significare , quod si à principio daretur res taxata in quātitate certa , esset vera emptio : & ita Paul. in l. i. ff. de rer. perm. sequitur Alc. in l. 2. n. 23. ff. i cert. pet. & ibi Rip. n. 26. Tiraq. de retr. lig. §. i. gl. 14. n. 9. Dec. consi. 160. col. 1. ad fin. & ita Faber. g. in §. item pre-  
g. Et alij relati in c. 3. n. 1. pag. 39.  
ciuum, n. 1. Inst. de empt. & vend.

Ego inō dubito gl. & Dd. errasse , quia verba d. l. non possunt accipi , vt ipsi acceperunt , & conclusio , quā colligunt , est plane iuri contraria: quāvis enim à principio fuisset taxatus valor rei , quæ pro alia daretur , non potuit resultare vera emptio , quæ non consistit deficiente conuentione in nummo , vel pecunia: per d. l. i. & l. 2. & l. pacta conuenta , ff. de contrah. empt. l. emptionem , C. de rer. per. l. empt. fides , C. de contra. emp. cum sup. traditis , quibus respondet nequit: nec partes mutare possunt substantiam rei , nec fingendo inducere , vt taxatio rei sit pecunia , iuxta reg. l. in belli , §. fact. e. ff. de capit. & vbi pecunia requiritur , (vt in emptione) non potest per alias res æstimari , licet aliæ res per eam æstimentur. l. si ita 43. ff. de

fidei in f. Hoc euincunt etiam quædā argu-  
menta Pet. & Cyn. ad aliud in d. l. i. vt ibi refert Bald. num. 7.

Nec obstat l. preci. C. de resc. ven. (quam male adducunt gl. & Dd.) loquitur enim secundum glo. & omnes ibi , (párum sibi constantes ) quando à principio fuit conuētum de precio in pecunia , & postea datata fuit res æstimata loco pecuniæ , inspicitur enim conuentio non solutio sequuta , vt probat l. 2. ff. de contrah. emp. & est receptissimum: facit gl. l. 2. in princip. ff. si cert. pet. ibi , propositum inspici-  
tur: & ita ad d. l. i. beneaduertisse videtur Loriot.

Nec obstat arg. quod à sensu contra-  
rio male colligebant gl. & Dd. ex verbis d. l. i. ibi , licet non taxata quantitate , non enim significat Imperator , quod taxata quantitate , fieret vera emptio: nec verba talem collectionem admittunt , sed potius vult text. idem iuris esse eo casu non taxata quantitate , quod esset , si ta-  
xaretur , & hæc est sanior collectio: & ita plane probat d. l. quod si ibi altera spe-  
cies taxata daretur pro venali , minus dubium esset , competere tūc actionem ad interesse , ad similitudinem empti & venditi. Sed & non taxata competit talis actio ob qualitatem alterius rei venalis.

Secundum quæ potest ex illa l. cōpro-  
bari gl (quæ cōmendari solet) in l. 2. §. pe-  
ff. de præf. verb. verb. similis , vt contractus innominiati sumant effectū contractū nominatorum , ad quorum similitudinē contrahuntur , not. Alex. in l. actionibus , n. 10. ff. de in lit. iur. Gom. in §. actio. n. 8. Inst. de acti. probat text. & ibi not. Bart. & Paul. in l. i. §. si quis seruum , ff. depos. tex. in l. eum qui . §. si rem , ff. commod. Sed hoc sanc  
debet intelligi , quo ad respicientia ef-  
fectum conuentionis , non quo ad modum & qualitates : sunt enim plures dif-  
ferentiae in modo , & nonnullis qualita-  
tibus inter contractus nominatos & in-  
nominatos etiam nominatis similes , vt  
in l. i. & 2. de rer. permut. vbi late Paul.  
& Ias. & post eos Curt. in l. petens. num.  
36. Co. de pac. & Loriot. de pac. axio. 117.  
cum seq. & Bereng. in repe. l. pac. ff. de con-  
empt.

Ex prædictis circa precium requisitū 18  
in venditione , resolutur quæstio Ioan.  
Fabr. in §. precium. nu. 1. Inst. de emp. & ven.  
quādo venditur res pro modico precio,  
eo adiecto pacto , vt emptor soluat de-

bita venditoris: Nec videtur bene resoluere Fab. dum inquit, esse venditione, si debita certa fuerint & specificata, ut ipse loquitur: quasi diuersum sit, si quantitas eorum, quae debentur, non exprimitur. Ego autem assero emptionem esse in his terminis, cum semel certum aliquid premium exprimitur, licet adiiciatur relatio ad debita incerta, arg. l. b. ac venditio. 7. §. 1. ff. de contr. empt. ibi, magis enim ignoratur, quanti emptus sit: quam in rei veritate incertum est. Probatur magis ex §. fin. d. l. 7. vbi IC. ponit aliam formam emptionis, esto mibi fundus emptus centum & quanto pluris vendidero, qua quæstione præmissa respondet IC. in hæc verba, vallet venditio, & statim impletur. Habet enim certum premium centum: augebitur autem premium, si pluris emptor fundum vendiderit. Adeo perspicue hoc probat text. ille, vt inductione nō egeat: paruitas enim pretij expressi non tollit nomen veræ emptionis, vt probat text. in leg. si quis donationis, 38. ff. de contrah. empt. & hæc traditio satis probatur ex l. fundi partem 79 ff. de contrah. empt. sed tandem pro ea do. tex. in l. ea conditione inf. hoc titul. de quo in c. seq.

19 Ex ijsdem infertur ad notab. quæstionem de contrahentib. sub ea forma, vt resempta maneat iusto precio, seu pro precio quod iustum declarabitur. In qua q. reperto Dd. variasse: Albe. enim & Fulg. (alibi non relati) secure scriperunt, ea forma resultare validam emptionem & premium tunc declarandum fore à iudice: quasi mentio illa iusti precij habeatur pro relatione ad rem certā: Ita prædicti Dd. in l. hec venditio. §. 1. ff. de con. emp. citates ad hoc tex. vt expressum in l. si fundi, 16. §. vlt. ff. depig. Sed in ea forma non dici vēditionem verius & receptius est, ex Dd. statim citandis, qui tamen volūt resultare tunc contractum innominatum, vt secuta traditione detur tradendia actio præscri. verb. ad iustum premium declarandum à iudice: quod aperte tradit Bal. in l. fin. quæst. 1. num. 8. C. de contrah. empt. referens ad id Nicol. de Matarel. & A. Z. in summ. Inst. loca. & ita idem Bald. in l. contractus, num. 8. C. de fide instrum. quem sequitur Alex. ad Bar. in d. l. hec venditio. Iaf. in §. actionum, num. 191. Idem Iaf in l. sibi. ff. de præscri. verb. & ibi not. Paul. probat etiam Rom. in l. sciendum, n. 33. & ibi Alex. n. 17. ff. de verb. obligat. Soc. in l. sibi quis

arbitratu, col. 5. nu. 19. ff. de verb. obl. & Iaf. in d. §. actionum, ad id extollit tex in d. l. sibi, que est 24. quā prius citauit Bal. in d. l. fi. & Rom vbi sup. Fabia autem in tract. de emp. q. 5. n. 25. & 26. male se explicans videtur probare traditionē illā Bal. Sed eius argumenta tendunt in id, vt in ea forma dicatur valida emptio, non contractus innominatus, & sic eius rationes dicto non cohærent. ibidem etiam male citat Roma. vbi sup. quasi contrariū Bal. cum ille concordet. Ant. autem Gome. Hispan. in lib. de contract. c. 2. num. 9. partem negatiuā tenet, vt in ea forma non dicatur emptio, sed addit contra Bald. & alios, tunc etiam sequuta traditione non dari actionem ad premium declarandum à iudice, sed tantum ad fructus, vel pensionem condignam ex tempore, quo res fuit penes recipientem: & ita intelligit Azonem in d. loco, quem dicit male citatum à Bald. & aliis. In quo tamen falli videtur, quia Azo id voluit, ad quod Bald. eū citauit: debuitq; Hispan. ibi allegare Salicet. qui eius opin. prius probauit in d. l. fin. quæstion. 4. numer. 7. Cod. de contrah. empt.

Vides magnam Dd. varietatem alibi 20 non ita relatam: ex allegatis autem constat receptius esse in hac q. venditionis pro iusto precio, non dari emptionem validam, sed tantum resultare contractum innominatum, vt sic talis contractus non perficiatur consensu, & sit locus pœnitentiæ: & qui vendere volebat, non teneatur tradere, & si maxime habcat facultatem tradedi: quia emptio non est: Si autem trādat, & is, qui emere volebat, rem accipiat, quasi siccuto implemento detur actio ad iustum precium à iudice taxandum. Aduerto etiā, quod Dd. tribuentes effectum illum traditioni sequitæ, non solum loquuntur, cum sit conuētio vendendi pro iusto precio, sed etiam ex iuribus, quæ citant, idem volunt in conuentione pro eo, de quo ipsi contrahentes concordabunt: & ita Alex. in l. sciendum, num. 17. ff. de verb. obligat.

Ego communi opin. adhæreo, vt ex tali conuentione non resultet emptio: contra Alber. & Fulgo. repugnat enim iura supr. citata, quæ venditionem negant, deficiente certo precio: mentio, aut illa generica, iusti precij, non affert certitudinem, quā emptio subsistat:

nam & simplex conuentio vendendi nō facta mentione iusti precij, nullo modo valet secundum omnes, & tamen inteligeretur de iusto precio, ex iuribus, & Dd. citatis à Soci. in l. si quis arbitratu, nu. 27. in f. ff. de verb. oblig. Addo etiam eam conuentione à principio (vt emptio nō est) non etiam transire in contractum innominatum, quia contrahentes de sola venditione cogitabāt, vt re & verbis costat: & ideo deficiente precio corruit omnino iuxta d. s. *prestum Instit. de emp. & vend.* cum alijs, de quibus sup. Facit doctrina quam sentit IC. in l. *verbis ciuilibus*, ibi, ne sit contra voluntatem ff. de vulga. & ibi not. Pau. Castr. & in his terminis sentit Aret. in d. l. scimus, col. 5 num. 6. ad f. ff. de ver. oblig.

22 Ex quo cum Salic. & Anto. Gome. magis probo contra Bal. & communem, vt in hac q. venditionis vel emptionis pro iusto precio, etiam sequuta traditione, non detur actio ad iustum premium. Cum enim conuentio illa, quæ ad venditionē tendebat, nulla sit, ex defectu substantia- lium, non potest per obliquum suscitari ex traditione sequuta: iuxta doctrinam tex. in l. nū quam nuda. 31. ff. de acq. rer. dom. Nec adest materia permutationis vel alia quæ taleni vim & effectum venditionis inducere possit, facit notab. tex. in l. obli- quæ proprijs viribus non consilunt, 26. ff. de act. & oblig.

23 Nec obstat tex. quem Bald & alij cito- bant in d. l. si tibi. 24. ff. de prescrip. verb. ibi enim non traditio, sed opera sequuta ius facienti præstat ad iustum mercede- m, ne alter cum eius iniuria locupletetur, contra iur. reg. Nec ad id requiri- tur certa causa vel conuentio, sed suffi- cit, quem vti re vel opera alterius in ijs, quæ gratis facere nō intendunt, vt ei sa- tisfacere tencatur, vt probo num. seq. & ita procedit tex. in s. 1. vers. qua de causa, Instit. de locat. Et suadetur ex æquissima regula, l. si me & Titium 32. ff. si cert. pe- tati.

24 Ex quo noue & utilem colligi po- test differentia in predictis terminis conuentionis ad iustum premium, inter conuentionem tendentem ad locationem, & tendentem ad venditionem: nam licet utraque non expressa statim quantitate, vel mercede à prin- cipio non consistat, nomenque & effec- tum suum retinere nequeat, differunt

tamen in eo, quod conuentio illa ten- dens ad venditionem, non obliga- bit ad premium, etiam sequuta rei tradi- tione, vt sup. At in simili conuentione tendente ad locationem, sequuta tradi- tione, tenebitur recipiens ad iustum mercedem ex vsu rei alienæ, vt tene- retur ipso facto, nulla præcedente conuentione: argum. l. item queritur, 14. 9. fin. ibi, prout quisque habitauerit, ff. loca. & ibi notat Bald. & alij, quos refert Ias. in §. actionum, num. 188. Institut. de action. & in terminis notant Cin. Alberic. Salic. Fulgos. in l. excepto, C. loca. Quæ differentia comprobari potest ex Paul. Castr. in l. 1. §. si quis seruum, num. 4. ff. depos. Vides igitur egregiam dif- ferentiam inter locationem & emptionem, seu inter conuentiones earum nomen referentes, quod forsitan alibi expensum non reperiatur, quod re- peto infra, cap. 3. num. 5. Et inde limita- bitur similitudo & equiparatio, quam tradit Iurisconsult. in l. 2. ff. locat. inde etiam cauebis ab Angel. in leg. exc. pto, Cod. loca. magis à Socin. in l. si quis ar- bitratu, col. 5. vers. aliquando. ff. de verb. oblig. vbi emptionem & locationem æquat.

His vero non obstat tex. in d. l. si fun- dus, 16. §. fi. ff. de pign. per quem Alber. & Fulgos. supr. relati, tenuerunt conuen- tionem per illa verba, pro iusto precio, in- ducre validam emptionem: verba il- lius text. sic habent, potest ita fieri pigno- ris datio hypothecæ, vt si intracertum tem- pus non sit soluta pecunia, iure empt. posse deat rē iusto precio tunc estimandā, hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse ven- ditio. Reperio autem text. illum va- rie intelligi: primo glo. ibi in hac dif- ficultate respondet esse speciale, ratio- ne mutui, vt debitores inueniant pecu- niā, quam aliter non inuenirent: & tunc valeat venditio non expresso pre- cijo certo sub ea forma, vt res obliga- ta maneat empta pro iusto precio, & cum gl. est Alb. ibi, & secure Hisp. Gom. d. lib. & c. & nu. Barto. ibi intelligit eam conuentionem valere non solum in causa mutui, sed generaliter, vbi præce- dit alius contractus validus, cui illa co- uentio vendendi pro iusto precio adhæ- reat. Questio autem nostra procedit, vbi datur sola illa conuentio vendendi pro iusto precio, absque alia, cui adhæreat:

D ij quem

quem intellectum approbatum communiter dicit Ang. Arc. in 5. *precium*, n. 4. *Inst. de emp. & iuend.*

Rom. autem in d. l. *sciendum*, num. 32. §. *de verb. obli.* inquit esse speciale in casu d. §. alia ratione, ut mutuo dantes magis vtantur eo pacto, ut res maneat pro iusto precio, quā pacto legis commissoriæ in pignoribus reprobato. quod prius dixit Imo. ibi *colum*. 2. quos refert Soc. *vacillans* in l. *si quis arbitratu*, nn. 19. ff. *de verb. oblig.* Mihi vero placet ratio Bar. quæ satis probari videtur ex l. fin. in *princip. ff. de contrab. emp. de qua infr. hoc cap.* Quæ ratio iuuatur ex eo, ut inter homines faciliora sint commercia, vtque homo ab homine magis iuuetur, quod Reip. vtile censetur: vt in simili dicit gloss. in l. 4. ad fin. ff. *de pig. act.* ibi, *propter publicam utilitatem*: & ibi, *eueniret sapissime*, ut creditores mutua denegarent: quam gloss. sequuntur Dd. & extollit Dec. in l. *fructus*, & in l. *nec pignus*, ff. *de reg. iur.* Angel. Aret. in §. si. *instit. quib. mod. re contra. oblig.* Et rationem Bar. comprobat Socin. in *dict. leg. si quis arbitratu*, num. 28.

26 Hæc de illo text. quoad præsentem materiam, alia enim difficultas tangitur à glos. & Dd. quomodo valuerit ibi pactum, ut non sequuta solutione, pignus emptum maneret creditori, cum pacta leg. commissoriæ in pignoribus reprobentur, ut in l. fin. *Cod. de pac. pig.* ideo gloss. in d. §. & in l. I.C. *de pac. pig.* intelligit d. §. procedere ex illa iustificatione conuentionis pro iusto precio: regulam autem contrariam procedere, vbi simpliciter conuenit: ut pignus maneat pro quantitate debita, quia in hoc pacto possit resultare grandis usurpa, vel magna fraus debitori: in precio autem iusto, datur quoddam temperamentum, quod iuuatur ex text. notab. in l. *si bene collata* 33. ff. *de usur.* & ita cum gloss. intelligunt communiter scriben. & ad hoc extollunt illum text. Salice. & Paul. in l. *Titius*, ff. *de pignor. actio*. Bal. in ca. uno, num. 6. *de feud.* dato in vi. *leg. commiss.* Fabian. in d. *tract. q 7.* num. 10. & sequen. Socin. d. l. *si quis arbitratu*, num. 28. & plures, quos refert Tiraquel. *de retr. conuen.* in fin. n. 136. & ita Afflict. in *decis. 168. post princ. & Ant. Rub. cons. 136.* qui omnes cum Bar. in d. §. idem intelligunt: et si expressim non conueniatur de iusto

precio, sed simpliciter, quia & tunc de iusto intelligitur: & ita Bar. in l. *quamvis, ff. de solu.* & plures relati à Tiraq. vbi sup. n. 138. & illum tex. non semel dicit sing. Angel. Perus. ibi.

Is est communis intellectus add. §. à 27 quo nemo huic usque discrepauit: & ex d. §. colligunt Dd. limitationem ad regulam prohibentem in pignore, pactum illud l. commissoriæ, secundum omnes proxime citatos & Neguzant. *de pigno. 4. part. num. 6. in 2. limit.* & Molin. *de commerc. questio. 52.* vbi multa noua & egregia tradit ad hanc materiam *pacti leg. commiss. in pignoribus.* Ego autem tam ad intellectum d. §. quam ad intelligentia multa alia responfa ICtor. quæ in pandect. sunt, noue contra gloss. antiquos & nouiores omnes iuris interpret. verius puto, apud ICtos non fuisse prohibitum pactum illud leg. commissoriæ in pignoribus, nec ullum ex ICtis talam regulam nouisse, & consequenter illos numquā eam presupponere in suis responsis. Quod mihi incepit fieri vero simile, quia nulla l. adducitur, quæ talem regulam prohibitoriam ponat: contrarium ius ergo fuisse credi debet: *argument. l. 1. ff. de testibus.* Comprobatur hoc, quia notissima & generalis erat regula, ut conuenta scruentur, vnde tam insignis limitatio tamque notabilis species irritans conuentionem, debuerat à ICtis perspicue tradi; iuxta doctrinam IC. mihi peculiarem, in l. item apud Labeonē 19. §. ait *prætor. ff. de iniu.* ibi, ea quæ notabilia sunt; nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur. Nec facit timor vel suspicio usurpæ, ut Dd. male arguebant: nam iure antiquo id non irritabat conuentionem: *L. eos, §. I.C. de usur.*

Tandem omnis argumentis, probat hanc inauditam fententiam text. aper. tiss. in d. l. fin. *Cod. de pac. pig.* quæ Constan. est: is autem in multis nouum ius induxit, ut obseruat Alc. lib. 4. *parerg. ca. 5.* & ego ostendo in *comm. l. 1. in 1. par. num. 32. C. de bon. mater.* Nec mirum, quia Constan. fuit ex posterioribus principibus, quorum constitutiones in Cod. habemus, & eius tempore non fuerunt ICti, quorum extent responfa in Digestis: Sed iam verba Constantini audiatis, quæ ita habent: *quoniam inter alias captiones præcipue commissorie*

pignorum legis crescit asperitas, placet infirmari eam. Si quis igitur tali contractu laborebat, hac sanctione respiret, quemcum praeteritis presentia quoque repellit & futura prohibet. Non potuit quidem aliis verbis apertius ostendi ius illud nouum esse, contrariumque ante Constantin. fuisse. Quod multipliciter probat Imperator ipse, primo, cum significat opus fuisse nouo remedio aduersus crescentem malitiam: Deinde cum speciatim meminit illius pacti in pignoribus, cuius asperitatem, inquit, se velle infirmare, antea igitur non erat infirmum sed validum: quod magis indicat Imperator, cum contrahentes alloquitur subdens: ut quia tali contractu laborabant, ea constitutione respirent, quod falso dixisset, si ante suam constitutionem antiquiori iure eis consultum fuisset. Sed multo magis id ostendit Imperator, cum tandem eam constitutionem extendit ad praeterita, quia alio iure censenda erat, iuxta reg. l. 7. C. de legib. Et ita manifeste patet ex d. l. nouum ius ibi introductum, contrariumque fuisse apud ICtos & anteriores principes, contra gl. & omnes scriben.

- 28 Infertur ergo noue contra gl. & omnes hucusq; scriben. add. §. ff. l. 16. ff. de pig. Martianum IC. non dubitasse de pacto l. commissoriae in pignore, nec ex regula noua d. l. fin. potuit resultare difficultas ad decisionem antiquam, §. cuius tempore aliud ius erat in eare. Idemque infertur ad alia responsa IC. de quibus statim agemus. Sed oportet ante alia tollere obiectionem, quae occurret ex IC. Vlp. in l. quamuis 45. ff. de solu. inde enim solent Dd. colligere, iam apud IC. improbatum fuisse pactum illud in pignoribus: cui obiectioni responderi potest 1. cum Bart. ibi variante, vt in casu d. l. diuersa ratio faciat, ne pactum astringat, quia erat inter coniuges, & ex viro vxori, inter quos tolli debet fraus, quae fieri posset iuri prohibenti donationem inter coniuges: & ita Fulgos. in l. Titius, ff. de pig. acti. & latius Molin. d. lib. de commer. q. 52. n. 375. verba autem d. l. ita habent. Quamvis stipulanti uxori vir sponsorerit direpto matrimonio prædia, quædot erant obligata, in solutum dare: tamen satis esse offerre dotis quantitatem. Et illa interpretatio Bart. & sup. allegatorū comprobatur ex celebri regula l. oratio. ff. despon.

Vel aliter & forsan melius intelligenda videtur d. l. quamuis, vt ibi pactum non desinat astringere, quasi eo tempore improbatum esset, cum aperente probatum maneat ex d. leg. fin. apud IC. diuersum ius fuisse: nec etiam procedat d. l. principaliter ob vitandam donationem inter coniuges; posset enim pignus non plus valere, quam fors. Sed alia ratione, & iuridica aequitate vir ibi non obligatur precise ex tali conuectione, satis enim fuit iuris conditoribus vt dos integra restituatur, & mulier illæsa seruetur: ideoque sufficiat dotis quantitatem restitui: ne vir lædatur ex pacto, vel forsan vxor. Sic enim inter coniuges magis, quam in aliis vitatur inæqualitas, ut in leg. iure succursum, ff. de iure dot. de qua latius infra ad nostram leg. 2. Probatur etiam quod intendimus contra Dd. ex d. leg. quamuis: ibi enim proprie non erat pactum l. commissoriae in pignoribus. cum IC. referat pactum per alia verba, non per ea, quod pignora manerent empta pro quantitate debita: possetque intelligi, vt manerent pro iusto precio: vt Bart. & Dd. communiter intelligent in d. §. ff. l. 16. ff. de pig. vt supr. Noue etiam ex d. l. quamuis. satis contra Dd. colliges IC. magis significare, quod illud pactum regulariter erat validum & obseruandum, specialiterque inter coniuges sufficeret, vt pacto non obstante, sufficiat dotis quantitatem restitui, & mulierem illæsam seruari. Et sic probat reg. eo tempore in contrarium fuisse, vt pactum illud valeret contra gl. & omnes: quod alibi ita expensum non inuenies.

Inde similiter infertur ad intellect. 29 text. in l. Titius, 34. ff. de pignor. act. vbi IC. Marcellus ita habet, Titius cum credidisset pecuniam Sempronio, & ob eam pignus accepisset, futurumque esset, vt distraheret id creditor, quia pecunia non solueretur, petyt à creditore, vt fundum certo prelio emptum haberet. Et cum impetrasset epistolam, qua se vendidisse fundum creditor significaret, emisit. Quero an hanc venditionem debtor reuocare posset, offerendo sortem & usuras que debentur? Marcellus respondit, secundum ea, quæ proposita essent, reuocare non posse. Reiecta gloss. varietate & Dd. ibi, non obscura videtur narratio facti, & decisio tex. punctando ver-

ba, vt hic melius, quam alibi videbis: agitur ibi de debitore, qui ne pignora venderentur, quæ fortasse ei chara erant, petiti & impetravit à creditore, vt sibi emeret fundum certo precio, inter eos conuento: postea autem volebat eam venditionem reuocare, offerens fortem & usuras. IC. respondet non esse, cur venditio vel conuentio illa retractetur. Illud autem primo verius puto cum Molin. vbi *supr.* contra glsf. & Bart. variantes *ind. l. Titius, & d. l. quamuis.* contra Salic. & Paul. *in d. l. Titius,* contra Negusian. *de pign. 4. par. num. 6. in 1. limit. contra Alex. in consul. 1. 8. lib. 7. num. 2. contra Imol. in cap. significante col. 3. de pignor. contra Guido. decis. 6. pactum in eal. valere non tantum ad retinendum creditore possidente, quod probatur ex generalitate text. iuncta vulgari regula. leg. prime, §. & generaliter. ff. de lega. præst. probatur magis, quia diuinitorum esset fingere in casu d. l. fuisse fundum penes creditorem. Id etiam significat litera d. l. cum agat de fundo non obligato, nec adhuc tradito. Tandem contra Dd. hoc euincitur ex respōso IC. incidentis pactum ibi valere, nec à debitore reuocari posse: cum ergo valeat, intelligi debet perfectè vt iuris est, ad agendum & defendendum, iuxta l. scut ab initio, C. de actio & obligatio. l. 1. §. si conuenierit, ff. de pos.*

30. Placet etiam quod contra alios bene aduertit Molin. vbi *supr.* vt in casu d. l. *Titius,* non fuerint verba *pacti leg. commis. in pignore,* quia non manebat pignus emptum pro debito, sed pro alio precio, quod fortasse iustum esset. Sed notabilius iam sequitur ex prædictis, non posse sustineri, quod Bart. & omnes ante Molin. colligebant ex d. l. *Titius,* vt pactum illud in pignoribus reprobatum valeat, quando apponitur ex interuallo: quod urgentissime confutat Molin. vi rationis & æquitatis. Nec teneri potest hodie stante d. l. fin. Cod. de pact. pign. quæ nouum ius induxit indistincte irritando pactum illud, quod apud IC. valebat, vnde quamuis *in d. l. Titius,* pactum illud esset hoc, de quo agimus, & IC. ibi illud dicere validum, non mirum erat, cum regulariter eo tempore illud pactum valebat. vnde non poterat ex illa L limitari reg. d. l. fin. quod Molin. asscetus non fuit,

bene tamen ostendit contra alios tantam asperitatem, tantamque & fortasse maiorem fraudem versari posse in pacto ex interuallo, quam ab initio apposito: quod ante Molin. aduertit Tiraq. alias referens *de retract. conuent.* in *præsat. numer. 8. & in fin. nume. 134.* quod etiam fortissime probatur, quia aliter quotidie fraus fieret prohibitio n. d. l. fin. Cod. de pact. pignor. Et ita credo in praxi iudicabitur contra communem, cum iura & rationes hanc partem manifeste probent, quod apud Lusitanos notab. est ad Ord. lib. 4. iii. 2. que ibi approbans tātum limitationem Dd. de tali conuentione, pro iusto precio, videtur reiicere alias limitationes incaute ab eis traditas.

Ex quibus etiam infertur ad intel- 31 lectum text. (quo plures lapsi videntur) *in l. fin. in princip. ff. de contrah. empti. vbi* IC. Scæuola habet in hunc modum. *Titius cum mutuos acciperet tot aureos usuris, dedit pignori sive hypotheca prædia, & fideiussorem Lucium, cui promisit intra triennium proximum se eum liberaturum, quod si id non fecerit die superscripta, & soluerit debitum fideiussor creditori, insit prædia empta esse, quæ creditori obligauerat.* Quero cum non sit liberatus Lucius fideiussor à Titio, an si soluerit creditori, empta haberet superscripta prædia? Respondit, si non ut in causam obligationis, sed ut empta habeantur, sub conditione emptio facta est, & contractam esse obligationem. Scriben. communiter intelligunt conuentionem, de qua *in dict. leg. fin. continere pactum, leg. commissoriæ in pignore:* respondent tamen ideo ibi valere, quia secundum eos prohibito *dict. l. fin. & eius regn.* non habet locum in debitore ita contrahente, cum suo fideiussore, sed cum creditore tantum: quasi non sit tanta asperitas, nec tanta fraudis suspicio, quando ea conuento fit cum fideiussore: & ita glossa & Dd. communiter *in leg. l. Cod. de pact. pignor.* Bartol. *in dict. leg. quamuis. Digest. de solutio.* Fabian. vbi *supr.* & Negusian. vbi *supr.* in 4. *limitat.* & ad hoc *eam leg.* dicunt singul. plures, maxime Paul. Castrens. *in d. l. Titius, ff. de pignor. act. & Ioan. Lup. de Pala. Rui. in Repe. ca. per vestras, §. 78. n. 10. & feud. in cap. 1. de feud. dat. in vi leg. commiss.* Sed longè melius aduertit Molin. eadem rationem vigere in fideiussore, quæ

quæ est in creditore, eandemque aperitatem, quam execratur d. l. fin. C. de pact. pign. & ideo concludit idem iuris esse in fideiussore, quod est in creditore, ut sic amplietur, non limitetur regula prohibens pactum leg. commiss. in pignoribus: quod etiam voluit Io. Imol. in cap. significante, col. 3. vers. 3. item aduerte, de pign. respondens add. l. fin. ff. de contrah. empti. ut non loquatur in pacto illo reprobato, quod pignus maneat pro debito. Sed simpliciter ut pignus emptum maneat, tunc enim intelligitur pro iusto precio. Et ita Alex. extollens hunc Imol. intellectum d. consl. 178. numer. 9. libr. 7. quos sequitur Molin. vbi supr. facit tex. & Dd. in l. si fideiussor, 52. §. meminisse, ff. de lega. 1. Soc. in l. si quis arbitratu, nu. 27. ff. de verb. oblig.

Sed neclmol. nec Moli. nec alij assequuti sunt d. l. ff. de contra. empti. etiam si loqueretur in mero pacto l. commiss. in pignore, non posse adduci in limitationem d. l. fin. C. de pact. pig. iuxta verâ declaratione nostram, quia altera fuit longè posterior: & tempore alterius pactū illud non erat improbatum. Et vltra Alex. & supr. citatos addo, in fideiussore magis vigere rationem d. l. fin. C. de pact. pig. quia fideiussio adeo gratuita esse debet, ut rupta fides dicatur, si fideiussor cimat bona debitoris, l. i. C. de dol. item fideiussor postquam soluit, creditor est, iuxta doctrinam l. creditorum. l. i. ff. de verb. sig. ifi. & ideo prohibitio d. l. loquentis de tali pacto cum credito re, verificatur in fideiussore, siue attendas tempus, postquam fideiussor soluit, siue tempus anterius cum ad illud conferatur tale pactum, iuxta reg. l. quod sponsa, C. de dona. ante nupt. Resoluo igitur quod Scæuola in d. l. fin. agit magis de quæstione voluntatis, quam potestatis, nempe de cognoscendo quid inter contrahentes conuentum censematur, non verò an contrahere potuerunt. Nec IC. potuit dubitare an ibi pactum leg. commiss. in pig. valerer, cum eo tempore improbatum non esset, ut sup. probauit.

32 Ex his etiam infertur ad intellectum l. i. C. de pact. pign. quam puto ab omnibus hucusque male intelligi: est l. Alex. Imper. habet autem hæc verba. Qui pactus est, nisi intracertum tempus pecuniam, quam mutuam acceperat, sol-

ueret, cessurum se creditoribus, hypothecationem non contraxit, sed id comprehendit, quod iure suo creditor in pignore habiturus erat: communis itaque iure creditor hypothecam vendere debet. glos. Bart. & omnes ibi, & in locis sup. citatis, & Afflct. decis. 368. intelligunt illam l. de pacto simili l. commissoria in pignore, ut non minus prohibitum censematur. Ego autem contra omnes verius aduerto, quod cum ea l. sit Alex. non debet intelligi irritare pactum tanquam simile pacto l. commiss. in pignore: cum ante Constan. illud prohibitum non fuerit, ut patet ex d. l. fin. Constan. autem primus, fuit quadragesimus Imperator: Alex. vero vigesimus quintus: maximè quod d. l. fin. potuit esse non primi Constan. sed alterius, quia plures fuere: & sic multo longius post d. l. i. quæ fuit Alex. item verba d. l. i. satis indicant pact. illud non fuisse à principio acceptæ pecuniae mutuae, sed ex intervallo, & ideo tex. esset contra eosdem Dd. dicentes valere id pactum ex intervallo, ut supr. numer. 30. Aduerto etiam quod d. l. i. (ut proximè dixi ad l. fin. ff. de contrah. empti.) non de potestate agit, sed de voluntate contrahentium: & vere d. l. non dicit pactum, de quo ibi, esse nullum, sed ex eo non induci venditionem hypothecæ, nec plus afferre, quam id, quod iure communi creditori competebat. & tandem scopus illius text. est interpretari verba illa conuentio, cedere pignora creditori, quid important, in quo respondet text. ibi secundum regulam l. non recte. C. de fideiuss. l. qui mutuam, ff. mand. cum not. Bart. & alijs in l. 3. ff. de leg. 1. Imo si cum iudicio expendas verb. ad l. i. supr. relata, ibi, hypothecæ venditionem non contraxit: plane significant eo tempore potuisse contrahi, & pactum l. commiss. in pignore voluisse, si expressim apponetur, ibi enim non irritatur talis conuentio, sed interpretatur Imperator non ita conuentum censi: quod nemo huc usque aduertit.

Ex scriptis autem à Dd. in hac materia, placet ea limitatione, quam tradunt add. d. l. fin. ut non procedat, quando conuentio esset, ut non soluto debito ad certum tempus maneat pignus emptum pro iusto precio: quia in hac D iiiij conuen-

conuentione non viget tanta asperitas, nec propriè est pactum leg. commis. in pignore. nec lex noua correctoria debet extra suos terminos facile trahi, secundum receptas traditiones, & ita in hac specie apud Lusitanos decidit d. Ordinatio lib. 4. tit. 2<sup>o</sup>. quæ hanc solam limitationem approbat. Longius, quam putaram, me euexit veritatis & P. V. amor, excessusque tot noua & vtilia afferens venia dignus erit, vt alias dicit IC. in l. iam dubitari, ff. de hered. insti.

## SECUNDA PARS

R V B.

C. de rescind. vend.

CAPUT II.

SUMMARIUM.

- I Exactissimè tractatur questio, quando ex una parte res, ex altera precium & res datur, quod contractus genus inde resultet? In qua multa nouè explicantur, usque ad num. 10.
- IO Expenditur & declaratur ordi. Lusitanorum libr. 4. tit. vlt.
- II Improbatur traditio quedam Paul. Cast. & contra plures ostenditur emptione dici, etiam si res simul cum precio data, precium excedat.
- 12 Nouè explicatur text. in l. si in empt. 34. ff. de contrah. empt. contra plures.
- 13 Explicatur ad supradicta tex. in c. ad questiones, de rerum permuat.
- 14 Insertur ad tex. in l. cum te, C. de pact. inter empt. de cuius intellectu plenissimè agitur, & num. 15. 16. & 17.
- 18 Ad eandem l. Cum te, traditur oppositio l. ea conditione, C. de rescin. vend. agitur, de conciliatione earum legum, & reprobantur multa hoc usque tradita usque ad nu. 23.
- 24 Traditur noua & solida ratio ad notabilem differentiam inter emptionem & permutationem, seu inter contractus nominatos, & innominatos: & inseruntur aliqua scitu digna, usque ad num. 26.
- 27 Nouè contra Dd. probatur, cum aliquid ultra precium ex conuentione præstandum est ab emptore, in dubio intelligendum esse contraemptorem non impletum, id quod ultraprecium erat,

- principaliter vendi orem mouisse.
- 28 Tractatur, quæ actio detur in casu d. l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendor.
- 29 Insertur ad l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & contra plures Dd. explicatur, multaq. circa eam l. nouè traduntur usque ad nu. 32.

**E**X tractatis in præceden. ea. liquet utilessimum esse cognoscere dubam conuentionem, an ex ea venditio, an contractus innominatus resultet: principaliter ob duos illos grandes effectus, quod in venditione non est locus poenitentiae, nec res tradita repetitur, licet emptor non impleat conuentum: sed tantum agitur ad ea implenda. E contrario autem in permutatione & contractu innominato poenitentiae locus est, & non sequito implemento, res data repetitur. l. i. ff. de rer. perm. vbi late Paul. & Ias. & alibi sape.

Continuando igitur præcedentia, oportune se offert celebris questio, quando ex altera parte res, ex aliera precium, & aliares datur, an emptio, an permutatio sit? In qua varij varia dixerunt secundum Panorm. in cap. ad questiones, de rer. perm. notissimum est plures doctissimosque viros q. hanc plene tractasse, vnumquemque pro virili: recentiores autem quam plurima in eam rem adduxisse: vt fortasse plures notare possint, & circa hanc rem (Deo duce) si recte perlegent, quæ trademus, multa eos non vulgaria, nec antea discussa, agnitos. Circa hanc qu. resolutio Bart. est, vt primo attendatur, quod principaliter agere intendunt contrahentes, vt ab eorum mente nomen & effectus conuenti detur: ita Bar. in l. Arist. nu. 2 ff. de dona. idem Bart. in l. si in emptione ff. de contrah. empt. & in l. 1. nu. 7. ff. de rer. perm. quod probant communiter scriben. in eisdem locis: & Panorm. & reliqui in d. cap. ad questiones: & innumeris, quos refert Tiraq. de retract. ligna. §. 30. gloss. 1. num. 2. (qui inter recentiores ample hanc quest. ornauit) & ultra eum ita Boe. qu. 144. Rip. in l. 2. nu. 36. ff. si cert. pet. & Hispan. Couar. à Leiu lib. 2. resolu. cap. 4. num. 9. Hispa. Anto. Gom. in libr. de contract. ca. 2. nu. 10. Ex ea de pact. num. 513. versic. 1.

Ex mente autem Bart. & aliorum colligitur in proposito, vt dicatur constare, quod

quod principaliter partes intendunt, ex nomine ab eis expresso, ut venditio, vel permutatio tunc dicatur, prout contrahentes nominaverint: & ita Paul. in d.l. Arist. nu. 4. in fin. & nu. sequ. Panor. in d.c. ad quæstiones, nu. 4. Ex ca, vbi supr. plenius Tiraq. vbi supr. nu. 7. & ita Loriot. de pact. axiom. II. 5. Molin. in consuetud. Paris. § 13. num. 53. Nec quis obijciat regulam, quæ habet non attendi nomen à contrahentibus impositum, l. 6. ff. de præsc. verb. id enim procedit, quando natura conuentionis nomini repugnat, seu deducta in conuentionem repugnant nomini expresso: vt declarat Dec. in authen. ex testamento, nu. 6. versic. sed certe, C. de collit. At in hac q. deduc̄ta in conuentionem, non repugnant nomine expresso à contrahentibus, ideoque eorum expressioni stari debet.

3 Et tamen receptissima conclusio cum iudicio declaratur à nonnullis ex supr. citatis, nisi negotium tale sit, vt ex venditione ius aliquod competat certe personæ, ex lege, vel consuetudine, tunc enim cauendum est, ne ei fraus fiat, censendo conuentionem illam iure permutationis, vt ex Purpur. & alijs tradit Boer. d. quæst. 44. Rip. & Alci. ind. l. 2. ff. si cert. petat. Tiraq. d. loco, num. II. & sequen. quem vide contra Igne. ibi relatum facit, l. qui testamentum, ff. de probat. & ibi Bart. Limitatur etiam notabiliter à Pau. Caltr. in d.l. Arist. ad fin. nisi pecunia excessus sit magnus, quia tunc censemur venditio, etiam si partes exprimant permutationem: maximè (secundum proximè dictum) si tertio ius aliquod auferatur ex eo, quod non sit emptio: & ita Boer. Tiraq. Couar. Ant. Gom. vbi supr. & alijs, quos referunt: facit doctr. Bart. in l. si fori è. ff. de Cast. pecu.

4 Alia receptissima conclusio est, quando partes non exprimunt nomen contractus, vt iudicetur ex eo, quod pluris est. Vt si res plus valet, quam pecunia, quæ datur cum ea, censemur permutatione, si pecunia excedit, dicatur emptio: Io. Andr. & ali in d.c. ad quæstiones, Bald. in l. queritur ff. de stat. homi. & innumeris, quos citat Tiraq. d. loco, num. 9. Couarr. Ant. Gom. vbi sup. Boer. q. 214. col. 2. Dec. in l. imaginaria ff. de reg. iur. Socinus in l. pacta, quæ contra num. 9. C. de pact. quod voluit apertè Bar. in d.l. Arist. non autem in alijs locis male citatis à Tiraq. & alijs,

In hac enim quæst. aduentendum est differentiam esse inter id, quod principaliter agitur, & id quod plus valet: prium enim respicit mentem contrahentium, alterum respicit valorem & quantitatem rei precij. Ex quo compries plures non percepisse dicta Bar. in d. locis: aliquando enim agit Bar. de eo, quod principaliter agitur, & alij eum referunt, quasi loquatur de eo, quod plus valet: ita enim videbis loquentem Bar. in d.l. I. num. 7. ff. de re. permu. & in d.l. si in emptione, ff. de contrab. empt. quem male refert Tiraq. d. num. 7. & ita Ias. in l. 2. in si. nu. 8. ff. si cert. peta. nec bene Loriot. de pact. axiom. II. 5.

Alia species est, quando sumus in dubio (quod Dd intelligunt, quando partes non exprimunt nomen contractus) & precium non excedit rem, sed vtrumque ab eadem parte datum est eiusdem valoris: Bar. id specificè non decidit, tunc autem magis variant Dd. inter quos Bald. (quem omnes citant) in prælud. feud. numer. II. in ea sententia fuit, vt tunc dicatur venditio: & cum Bald. est Alex. ad Bart. in d.l. si in emptione: idem Alex. in l. 2. numer. 7. ff. si cert. pet. subobscure Ias. in §. actio. nu. 122. Inisti. de actio. Fabia. de empt. 2. qu. nu. 23. Sed contrarium receptius est, ex relatis à Tiraq. d.l. n. 36. vbi antea plura argum. contra Bald. adduxit, & hoc melius sentit Bar. in d.l. I. n. 7. ff. de rer. perm. dum resolut, quod in dubio erit contractus innominatus, non venditio, & ita Fulgo. ibi, & Ias. in prælud. feud. nu. 25. Imol. & Roma. in d.l. Arist. & Ias. dicens, hanc communem opin. in d. l. 2. num. 9. ff. si cert. pet. & ita Rip. ibi, col. fin. Curt. numer. 35. Alc. libr. 3. de verb. sign. Exea. de pact. n. 516. versic. tertius casus. Ant. Gom. vbi supr. quod urgenter suadetur ex doctrina IC. in l. 1. versic. quotiens. ff. de astim. act. & mihi vrget, l. fin. ff. de condit. ob caus. In quo iam aduerte, quod ex Bar. in d.l. I. declarandus est, idem Bar. in d.l. Aristot. ne sibi repugnare videatur: vt scilicet velit Bart. non dici rem esse omnino in dubio, quando alterum ex ijs, quæ dantur, est maioris quantitatis: ideoque tunc attendi, quod pluris est: tunc autem dicatur negotium esse prorsus in dubio, vt dicatur contractus innominatus, quando alterum non excedit: & sic ex Bar. in d.l. I. colligitur in effectu decisio huius articuli, quando ytrunque

vtrunque par est, quia tunc magis sumus in dubio: quod non percepit Alex. ad Bart. *in d.l. si empt.*

- 6** Hanc vero conclusionem, quae receptior est contra Bald. necessario secundum scripta Dd. intelligere debes, quando partes non expresserunt certum nomen contractus. Alias iudicaretur conuentio iuxta specialem nominationem contrahentium, quia tunc non dicitur res esse in dubio, ut *supr.* Et ita speciatim not. Purpur. *in d.l. 2.* & ibi Rip. col. fin. Aliiter etiam ultra Tiraqu. & alios, declarat Exea *de pact. nu. 517.* nisi res, pro qua daturalia, & precium simul, extitisset venalis, quia tunc contractus censeretur emptio, non permutatio: argum. l. 1. C. de rer. permu. quod comprobatur ex ijs, quae ad eam l. diximus *in preced. cap.* Et pro Exea est Molin. *in Consuetu. Paris. §. 23. quest. 15.* maxime cum iam colligatur mens contrahentium, & certa sit pars precij, ut merito debeat emptio censeri. Declarat etiam Exea *ibidem*, nisi pecunia detur nomine precij, quia tunc cesebitur emptio: ex glo celebri *in l. fin. C. de praed. decuri.* & id dicit sine dubio Purpur. *in d.l. 2.* & ibi Rip. col. fin. ff. si cert. pet. Sed id non tam tutum est, vt colliges ex iis, quae accuratius deduxi *in 3. cap. 1. part. huius Rub. ad fin. precij* enim nomen etiam aliis rebus, præter pecuniam congruere potest, ex Bald. *in l. fundi partem. ff. de cont. empt.* & alijs relatis à Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloss. 14. nu. 41. & 43.*

- 7** Aduerto etiam, quod Bart. Bal. Panor. Iaf. Tiraq. & alij *sup.* adducti in hac q. loquuntur per verbum *dare*, exemplificantes ijs verbis, quod ex altera parte datur res, ex altera res & precium: quod aliquiliter repugnat ijs, quae tradunt omnes ipsi de verbo *dare*, ut non congruat emptioni, faciatque conuentionem trahi in contractum innominatum, per l. fin. ff. de cond. ob caus. de qua agemus *in sequ. cap.*

- 8** In hoc autem articulo, quando vtrunque par est, nec alterum excedit, & non constat, quid principaliter actum sit: Alcia. *in d.l. 2. num. 30. ff. si cert. pet. & in l. 2. n. 19. ff. de verb. oblig.* probat contractum duplarem censeri, partim emptionem, partim permutationem. Quod ante eum videtur probasse Paul. *in d.l. Arist. num. 3.* dum inquit, esse mixtum contractum, nominatum cum innominato: & opin.

Alcia. sequitur Conar. *d. libr. 2. resol. cap. 4. num. 9.* citans Specu. Cin. & alios, qui hæc mixturam contractuum tradiderunt: & dubitans eam videtur se qui Tiraqu. *d. l. de retract. lign. §. 30. glo. 1. nu. 3. & 40.* Contra Alciat. vero est Loriot. *de pact. axiem. 115.* arguēs ex repugnantia, quae est inter venditionem & permutationem, scilicet inter contractum nominatum & innominatum: quod prius considerarunt alij in hoc articulo, ut per nouiores *in l. 2. ff. si cert. pet.* & Alexand. *in l. fin. nu. 7. verific. sed istud. ff. de cond. ob cau.*

Sed retenta opin. Alci. responderi potest, non esse propriè repugnantiæ, cum ad diuersa referatur, & in multis videamus, ut una res diuersimode censetur, respectu diuersorum, quod dixerunt Bal. & Pano. quos refert & sequitur Iaf. *in l. 1. col. 2. n. 2. ff. de rer. permu.* & ultra eum probat Bald. *in l. 2. num. 4. C. de cond. ob cau.* colligitur ex Bartol. *in l. item in potestate, in fin. ff. de his, qui sunt sui.* quem refert & sequitur Gome. *in §. penales. nu. 35.* Inst. de actio. vbi glo. hoc probat circa fauorable & odiosum diuersis respectibus: Iaf. *in l. 2. nu. 3. & ibi Dec. C. de in ius voc.* Sic diuersis respectibus unus dicitur maior & minor. Dec. *in c. sane, n. 3. de offic. deleg.* quod etiam multis exornat Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glo. 18. n. 22. & seq.* comprobari potest traditio Alcia. ex tex. & Bal. *in l. cum te, C. de pact. inter empt.* de qua *infra nu. 14.* Sed adhuc magis pro Alci. vrget responsum Vlpian. *in l. Labeo. 50. ff. de contr. empt.* vbi ex eadem conuentione vendendi, resultat duplex actio, ex vendito & prescriptis verbis, quae tamen diuersæ sunt, & diuersis respectibus ibi conceduntur, ut declarat Fulg. ibi, & Fortun. *in l. iuris gentium, §. quinimo, num. 15. ff. de pact.* & ibi Marti. Lau. *nu. 15.* & illis non relatis Bereng. *in rep. l. pacta 2. par. num. 50. ff. de cont. emp.* & Bulg. *in l. petens, nu. 23. C. de pact.* & Steph. Forcat. dialog. 91. numer. 4. Et haec opin. maxime procedit, cum ex venditione vel permutatione ius tertio defertur, tunc enim illud ei negandum non est in ea parte, quæ tales contractum refert, ut colligitur ex *supr. dictis, num. 3.* & speciatim tradit Connan. *libr. 7. cap. 5. char. 480.*

Hæc sunt præcipua circa hæc q. in qua nihil resolut Mantua *de iure prothom. 2. q.* Nec aliquid Hisp. Fernand. *l. Tauri. 44. nu. 4.* Ex predictis autem circa eandem

q. vtili-

q. vtiliter infertur ad nouam prudentissimamque Ordinationem apud Lusit. li. 4. tit. vi. vbi decisum est, ne parens habens plures liberos possit rem vēdere vni ex illis, nisi alijs consentientibus: timuit enim lex (quod saepe contingit) parētem maiori affectione erga vnum ex liberis, iniquum fore alijs: & timuit, ne in eorum fraudem singat se vendere alteri ex illis non recepta pecunia, vel ea postea eidem imaginario emptori restituta. Quae constitutio iure communi non extat: digna tamen laude & imitatione est ad vietandam odiosum inæqualitatem inter liberos, iuxta iuris præceptum. Subdit autem d. ordina. ne parens vendere possit vni ex filiis, nec cum eo facere permutationem quæ inæqualis sit: & ita eius verba habent, *nam faca venda a' gumna, nem troca quæ designat seia.* Vidi plures de intellectu illius l. dubitantes, quam à iuuente sic intellexi: vt venditionem tunc simpliciter prohibeat, permutationem vero quatenus inæqualis fuerit: argum. l. 7. ibi quatenus ff. deleg. 1. Nec enim verbum illud, *designat,* referri debet ad venditionem indistincte prohibitam, cum sit dispar ratio, quæ tollit arg. reg. leg. iam hoc iure. ff. de vulga. vt per Ias. ibi in limitationibus: refertur igitur verbum illud ad permutationem tantum, quia in venditione (quantumcunq; exterius videatur æqualis) non cessat procmialis ratio illius l. de suspicione fraudis, vt in simili tradit Ioan. Imol. in l. si is, qui ex bonis, nu. 3. post medium, ff. de vulg. dum citat l. i. C. de natur. libe. Qui timor fraudis non ita cadit in permutatione æquali, de rebus, quarum usus videri potest ab alijs liberis, quorum respectu ordinatio illa condita est: & ita de iure aliquando prohibetur venditio, non permutation: vt per Igneum in d. l. dudum, num. 82. C. de contrah. empt. & secundum hanc declarationem audiui olim fuisse iudicatum in senatu regio, in casu d. ordinationis. Ego tamen cōtrarium, licet inique, iudicatum vidi anno 1553. Ex predictis autem infero ad eandem Ordinat. vt si parens rem det vni ex liberis pro alia re & pecunia, dicatur venditio in quantitate data, vt pro ea parte maneat irrita, ac si pecunia data non fuisset, ob timorem fraudis, secundum sup. tradita, & arg. text. in l. 5. 9. circa ff. de donat. int. vir. & uxo. Paulus in d. l. Arist. in fin. ff. de donat.

Non tamen omitto circa *supr.* dicta, 11 periculosa videri declarationem Paul. à nouioribus receptam, vt *supr. num. 3.* dum limitat conclusionem Bart. vbi cōstat quid contrahentes intendunt, nūl premium nimis excedat rem, vel res premium: contrarium enim videtur sentire Bar. cum indistincte tradit censemendum esse contractum secundum mentem contrahentium, si de ea constat: & contra Paul. & alios videtur vrgere doctrina IC. in d. l. si in emptione, 34. ff. de contrah. emp. ibi, nec refert quanti sit accessio, sine plus in ea sit. quod circa accessoriū & principale probat IC. in l. et si non sunt, 21. §. perueniamus ff. de aur. & argen. lega. extolit Roma. no. 1ab. 622. Corset. in nota. verb. legatum, fol. 156. col. 2. not. Bal. in l. certi iur. 1. qu. C. loca. Dec. in cap. præterea, de offic. deleg. Vnde nisi vertatur damnum tertij vel suspicio fraudis, non videretur recedendum ab eo, quod principaliter partes intendunt. Quod magis probatur ex d. l. fundi partem 72. ff. de contr. empt. & l. 6. §. 1. & l. si sterili. §. si tibi, ff. de act. empt. cum similibus, in quibus ICti securè appellant venditionē, cū datur pecunia & alia res, si ex verbis vel aliter colligitur mēs contrahentiū, nec distinguunt quid ex ijs excedat, nec quantum. At secundum opin. Paul. & aliorum, oportet diuinare, & violenter literam tot legum restringere: quod non licet. Magis ergo caendum est ab Ias. in l. lecta. num. 2. S. ad fin. ff. si cert. pet. qui contra illa iura scribit, non posse tunc esse emptionem, nisi pecuniam excedat aliud, quod ab emptore simul pro precio promittitur: quod etiam est contra Bar. & receptam opinionem, quam idem Ias. saepe sequitur, vt *supr. num. 1.* & contra iura, quæ in venditione habent, sufficere quodlibet premium certum, etiam modicum, vt latè deduxi in preceden.ca. & his non adductis ita sentit Fortun. in l. iuris gentium, §. quinimò, num. 37 ff. de paci. vt infra num. 20.

Ex ijsdem infertur ad intellectum 12 tex. in d. l. si in emptionem, 34. ff. de contrah. empt. vt autem contra Dd. magis liqueat verus sensus IC. Pauli in d. l. refero eius verba, quæ ita habent: *Si in emptione fundi dictum sit accedere Stichum sernum, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit: cum de alio emptor, de alio vendor senserit: nihilominus fundi venditionem*

tionem valere constat. Sed Labeo ait, cum Stichum deberi, quem vendor intellexerit: nec refert quantis accessio, siue plus in ea sit, quam in ipso re, cui accedit, an minus: plerasque enim res aliquando propter accessiones emimus: sicut cum domus propter columnas marmoreas, & statuas, & tabulas pictas emitur.

Verba huius l. inducunt Bart. Bald. ibi, & omnes hucusque scriben. in praedicta q. relati à Tiraq. & nouioribus, vbi sup. ad conclusionem de qua num. 1. sup. vt attendi debeat, quod partes principaliter intendunt, etiam si res, quæ cum precio datur, illud excedat, vel pretium excedat rem. Quæ inductio non potest procedere, nisi presupponendo, quod emptor erat, qui ibi Stichum ultra pecuniam dabant: & ita inducunt Dd. omnes, vt per Tiraq. d. loco de retract. lig. §. 30. glo. 1. nu. 2. Ias. & Couar. vbi sup. Ego autem contra eos verius puto hanc inductionem non procedere, nec in specie illius l. Stichum ab emptore dari, sed ex parte venditoris: vt dicamus ibi emptorem solū premium dare, venditorem vero fundum & Stichum: quod satis colligitur ex litera, cum subdit, solere homines plerasque res propter accessiones emere: & sic Stichus qui accedebat fundo, emebatur, nō autem ab emptore in partem precij datur. Id etiam suadet decisio tex. ibi. dñ in dubio tribuit electionem vendori, vt det Stichum, de quo ipse sentit: quod significat venditorem esse cum, qui Stichum præstare debebat, ideoque eius, vt debitoris esse electionem, iuxta §. fin. eiusdem l. & reg. l. plerumque §. ff. ff. de iur. dot. & ita colligitur ex tex. & gloss. interminis in l. comprehensum, 60. §. de contrah. empt. Id etiam colligitur ex d.l. cum inquit, emptioni fundi accedere Stichum: accedebat ergo Stichus fundo, non precio, vt Dd. malè colligebant: & ita illam l. melius intellexit glo. in l. sed & si quid, 15. in fin. ff. de euic. Et eodem sensu inuenies verbum accedere, in l. si prædio, 18. §. 1. ff. de in diem adiēt. Secundum quam veram facti speciem dubitatio (quam IC. sentit) ea fuit, an propter incertitudinem Stichi, de quo variabant emptor & vendor, irritaretur conuentio illa, in qua, vt preciū, ita res certa requiritur: l. nec emptio. 8. ff. de contrah. empt. respondet IC. venditionē valere, quia fundus certus erat, licet accessorium Stichi aliqualiter incertum esset: sicut è conuerso certum aliquod

precium cum alia re, ex parte emptoris sufficit. vt deduximus in c. præcedens.

Inter alia iura in hac quæstione citatur textus in cap. ad question. rerum perm. atio. aliqui autem citant, vt attendatur quod principaliter agitur, alij vt attendatur quod plus valet: Bart. autem in d.l. Arist. citat ad utrumque. Ego vero contra Bart. & alios, affero tex. illum ab eis non bene allegari, ad conclusionem, quæ habet, inspicendum esse in dubio quod plus valet: text. enim plane loquitur, cum permutatio aperte sit ecclesiarū & possessionum, vt constat ibi, in versiculo illis autem desiderantibus permittare, & in versiculo respondemus. Nullatenus igitur adduci potest ad casum, quando sumus in dubio: nec vt contractus iudicetur secundum id, quod plus valeat: contra Ias. in feidis nu. 66. contra Anton. Gom. d. loco num. 10. contra innumeros relatos à Tiraq. d. lib. de retract. lig. §. 30. gloss. 1. nu. 2. contra Fortun. in l. iuris gentium, §. quinimo. nu. 37. ff. de pact. Imò in re principali, de qua ibi, nempe circa ecclesiæ inuicem transferendas, non poterat contrahi venditio, sed permutatio: nec accessio pecuniæ ad spiritualia faciebat secundū glo. & omnes: & ultra sacrosanctum ius pontificium, idem probat l. 6. ff. de contrah. empt. Cum vero tex. ibi, quoad permutandas possessiones vtriusque ecclesiæ, & sic quo ad temporalia, subdit, si altera præponderet pecuniam pessè refundi, indistincte loquitur, vnde non est diuinatorie intelligenda litera, quando modica erat possessionum disparitas, vt male diuinabat Conn. d. lib. c. 5. fol. 48o.

Ex praedictis etiam aptè infertur ad 14 tex. in l. cum te, C. de pact. int. emp. & vend. quæ l. adducitur à Dd. in hac q. & materia, maximè à Paul. Cast. in d.l. Arist ff. de donat. Sed quia scribent. variant circa intellectum illius l. & nos multa, alibi non tradita, addere speramus; oportet eius verba referre. Cum te fundum tuum, certa rei contemplatione inter vos habita, exigo precio in alium transstulisse commemores, poterit tibi ea res non esse fraudi, quando non impleta promissi fide, dominij tui ius in suam causam renerti conueniat: & ideo aditus competens Index, fundum, cuius mentionem facis, restituui tibi cū fructibus sua authoritate perficiet. Eam l. dicit Bart. perpetuo mente tenendam singul. Ang. ibi, candem dicit notab. & sing. Pau. in l. Arist. n. 3. ff. de don. & fin.

& singularem dici ab omnibus ait Ias. in l. si. o!. fin. versie. ista regula. ff. de cond. ob caus. & ibi Paris. num. 15. & Ias. in l. lecta, nu. 17. ff. sic cert. pet. Ias. in prælud. feudor. nu. 66. dicit etiam singu. Alex. in l. petens, nu. 1. C. de pac. & Paul. in l. ea conditione, C. de res. ind. vendit. Sed iam intellectum d. l. extricemus. dixi variaesse Dd. quia plures intelligunt in specie d. l. unicum contractum fuisse, cumque innominatum, ita Alc. in l. bona fidei, numer. 19. C. de pac. cum Ias. qui ita secure intellexit in l. iurisgentium, §. quinimo. nu. 5. ff. de pac. Sed longè ante eos ita d. l. intellexit antiquus D. Iacob. Rauen. vt ibi refert Cyn. & Sali. Sic etiam intellexit Odofred. vt refert Fulgos. ibi, & ita Alexand. in l. petens, nu. 13. C. de pac. & ibi Curt. in leetu. num. 27. & in repe. n. 36. qui hunc dicit communem intellectum. Et ita Andr. Exea de pac. nu. 516. & Hieron. Verius in repet. rub. ff. de verb. oblig. n. 291.

Pt quamvis hi omnes secure ita scribant, contra tamen plures alij intelligunt ibi fuisse emptionem, & sic contractum nominatum, secundum titulum, sub quo est d. l. ita clare Cyn. Petri. ibi, & Bart. cuius litera in multis corrupta extat, debet enim legi nominatus, non innominatus: quod patet, quia Bartolus extollit textum ibi, cum dat actionem ad rescindendum contractum ex capite cause non secutæ, quod vulgarissimum, & sine dubio est in contractibus innominatis: ratiōnē vero & ideo notabile in contractibus nominatis; & ita intelligunt Angel. Fulg. ibi: ita etiam Bart. in l. fi. num. II. ff. de cond. ob cau. dum per eam l. limitat regulam quæ est in contractibus nominatis, & ita Ang. in l. 2. C. de cond. ob cau. ita etiam sentit Alber. in d. l. cum te & in l. pac. conuenta. col. 6. versi. sed dic. ff. de cont. emp. & ita aperte intellexit glo. in eadem l. & in l. fin. ff. de cond. ob cau. vt ibi vere fuerit emptione, & sic contractus nominatus: & ita Fulg. in l. 2 ad fin. C. de cond. ob cau. idem asserit Fortu. in l. iurisgentium, §. quinimo, num. 38. ff. de pac. rationem vero assignant ex eo, quod defecit causa finalis, quæ contractū causam dedit, vt infra n. 1.

<sup>15</sup> Imo plures ex supr. citatis non sibi constant, modo appellantes emptionem, modo permutationem: nā & Alex. (quem retuli dicentem in ea l. suisse contra-

ctum nominatum) sibi contrarius in d. l. fi. numer. 8. intelligit fuisse contractum nominatum: sic Ias. ibi colum. fin. & in l. si pecuniam, n. 17. cum Bart. intelligit contractum ibi fuisse nominatum, contra quam scripsit in alijs duobus locis sup. citatis.

Alij intelligunt ibi contractum fuisse mixtum, partim scil. innominatum, partim nominatum ex diuersa relatione rei & precij. Bal. ibi in fin. clarus Pau. Cast. ibi: quod etiam sentiunt plures ex sup. citatis, tam ad primum, quam ad secundum intellectum. Ita etiam Paul. in d. l. Arist. numer. 3. & hoc videntur sensisse alij, cum dicunt ibi esse contractum, & pacatum ei adiunctum, vt scilicet pro precio dicatur emptio, pro re vel facto dicatur contractus innominatus, & ita videtur tradere Alexan. in d. l. petens, numer. 13. idem videtur probare Bulg. in rub. ff. de verbo. oblig. numer. 31. qui tandem sibi parum constans, videtur magis resoluere, vt in d. l. habito respectu ad premium & rem simul, resultet contractus innominatus. Ex quo hi permittunt duplicem actionem talicatu, respectu diuersorum: vt in simili not. Bal. in l. 2. numer. 4. C. de cond. ob cau. secundum quam mixturam contractum, satis iuuatur opin. Alcia. de qua supr. hoc cap. numer. 9. vbi diximus, citando l. 50. ff. de contrah. emp. facit l. 2. C. de pac. inter emp. ibi, prescriptis verbis, vel ex vendito.

Ego supr. dictis & infra dicendis melius (ni fallor) intelligendo d. l. vt Imperator non sine ministerio non expresserit ibi nomen illius contractus: quia nec sibi fuerat factum tam explicite narratum, vt colligeret specificum nomen conuentionis, quæ potuit esse venditio, vel permutatio, vel alius contractus innominatus. Venditio esset, si contrahentes expresso aliquo precio, vterentur verbo vendendi, vel emendi, vt supr. numer. 2. & num. 5. & infra num. 19. maxime cum tex. loquatur de precio: quod secundum Dd. communiter proprie tefertur ad emptionem l. fin. C. de pac. decur. vt sup. in 3. cap. 1. par. ad fin. Contractus innominatus permutationis vel similis esset, quando nullis verbis, nec signis constaret, partes agere de venditione: & res vel factum pluris esset, quam premium expressum, vt Dd. tradidit

in locis sup. citatis, num. 4. immo & in dubio si precium non excederet aliud ab empte praestandum, adhuc dicetur contractus innominatus, secundum veriorem opin. Bar. & receptionem, ut sapr. numer. 5. Ex quo colligitur ad d. l. magis videri, quod ibi ex tenore literae fuerit contractus innominatus: qui ob similitudinem non male traditur sub rub. de pact. int. emp. & vend. Nec omitto ad cognoscendum contractum inspiciendum esse, à quo incepint contrahentes, ut secundum initium censeatur finis: l. i. §. idem Pomponius, ff. depos. ibi, quia hic est primus contractus. notauit Socia. in rub. ff. de verb. obliga. col. 8. num. 18. versicu. pro quibus.

<sup>17</sup> Ad propositum vero d. l. cum te, ex dictis in cap. preced. & hoc c. numer. 1. colliguntur grandes effectus, ex differentia & vera cognitione talium conuentionum: similiter est utilis inuestigatio ad iudicandum, an actio competens eo casu sit bona fidei, vel stricti iuris, iuxta materiam, §. actionum, Inst. de actio. cum gloss. & ibi notat. in d. l. iuris gentium, §. quinimo, illud vero retincas ad d. l. cum te, receptius & tutius esse, quo eunque nomine illum contractum appelles, in ea specie venditorem (seu qui venditoris personam referebat) non posse poenitentere, etiam re integra, ut licet in mera permutatione, vel alio contractu prorsus innominato: sed tantum datur ibi actio, ad repetendam rem, & rescindendam conuentionem, quando emptor (seu qui ei similis est) non implet conuenta: ut sic agatur ex capite cause non fecutae, non ex cap. poenitentiae: ut colligitur ex glo. & Dd. ibi communiter: & apertius ex Pau. ibi: & ita idem Paul. in d. l. Arist. nume. 3. ff. de donat. idem sentit Bar. & ibi Alexan. sup. relati in d. l. fin. ff. de cond. ob cau. & ibi apertissime Pau. ad fin. numer. 16. ex quo confirmatur, quod noue dixi cap. preceden. numer. 15. versic. sed posset. Hoc autem probatur ex verbis dict. leg. cum te, ibi, non impleta promisi fide: quali non aliter & sic non ex poenitentia: ut caueas à Curt. (qui non obscure contra sentit) in repetit. l. petens. nu. 36. in prin. & in fin. C. de pact. Et non minus caueas ab Iasapertius male contradicente in prelud. feud. nu. 6. ad fin.

<sup>18</sup> Ad eandem l. cum te, quo ad alia no par-

ui momenti variant Dd. ideoque cautius aduertendum est, principaliter autem contra tex. ibi, opponitur d. l. ea conditio ne, 14. infra hoc titu. de rescind. vend. cuius sunt verba. Ea conditione distractis praedictis ut quod Reip. debebatur, qui comparuit restituueret: venditor à se celebrata solutione, quanti interest experiri potest, no ex eo, quod emptor non satisfecit conuentioni, contractus irritus constituitur. Sensus est secundum glo. & omnes, ut ibi ex pacto soluendi Reip. non definat esse ve: a emptio & vend. & ideo licet emptor non implet ex sua parte, no repetitur res, nec agitur ad rescindendum contractum, sed tantu ut emptor soluat: putant Dd. has ll. non leuiter pugnare videri, ut inquit Cur. in l. petens, n. 27. C. de pact.

Gloss. autem in d. l. cum te, dupliciter respondet: primo quod in eadem l. intelligatur expressim fuisse adiectum, ut non sequuto implemento, res venditori restitueretur: quam conciliationem communiter rei ciunt Cyn. & omnes scriben. alij; quia lex ibi maneret de casu indubitabili: quod me nihil moueret, cū non sit nouum plures esse ll. ( maxime quæ ad facta & interrogaciones referuntur ) de negotijs modicæ vel nullius ferè dubitationis: ut not. Bar. in l. vbi cun que, col. 4. n. 1 ff. de interro. actio. tradit Syl. uel. Aldobran. in §. affinitatis, n. 5. Inst. de nup. Melius igitur reprobatur ea solutio & cōciliatio gl. eo quod repugnat litteræ & tenori vtriusq; l. in illis enim referuntur verba cōuentionis, no facta mētione talis pacti specialis, quod res vēdori restituetur, nec id magis subaudiendum est in vna l. quam in alia.

Est alia solutio vel conciliatio glo. (quam scriben. omnes sequuntur) ut in l. cum te, pactum rei vel facti extra precium dederit causam contractui: non ita in d. l. ea conditio: & ita glo. & Alb. in l. pacta conuenta. ff. de contra. emp. glo. in l. fin. ff. de conditio ob cau. & ibi Bar. col. 2. num. 11. Paul ad fin. & dicit ita communiter Dd. resoluere Alexan. ibi, nu. 8. las. col. fin. Alcx. in l. petens, num. 43. & ibi Cur. plenius nu. 27. C. de pact. las. in l. si pecuniam, num. 17. ff. de cond. ob cau. Pau. in l. Arist. num. 3. ff. de dona. Bulgar. in Rub. ff. de verb. obli. num. 31. Bereng. in l. pacta conuenta ad fin. nu. 97. ff. de con. emp. iuxta quam receptam interpretationem & communem resolutionē, in ardua causa iudica-

judicatum & sancitum est à Carolo V. Imper. vt refert Bal. *Inst. de empt. & vend.* in verbo merito præualuit, pa. 561. Aduersus hanc communem resolutionem poteſt instari (idque statim occurrit) cur magis in vna l. quam in altera censeatur pæctum extra precium dedisse causam contractui: quod Dd. non ſatis expli- cant. Poſſunt etiam contra obiecti multa iura *ſup. citata*, & *inferius* applicanda numer. 29. & 30. quæ ex pæcto rei vel facti, vltra iustum vel modicum precium, indiſtincte dicunt manere venditionem, nec vlo modo mutari. Ut autem vitetur obiectio diuinationis, videntur crebrius intelligere ſcriben. quod in ſpecie d. l. cum plus importabat res vel factum prästandum ab emptore, quam precium ab eo dandum. E contrario autem in d. l. ea conditione. plus erat in precio conuento, quam in facto, quod accedebat. Et ita colligitur ex Sali. post antiquior. in d. l. cum te: & aperte Bal. in l. 2. num. 6: C. de condic. obcaſ. & tanquam receptum id tradit Alex. in d. l. petens; numer. 13. C. de pact. & magis Curt. ibi num. 27. dicens id verum & commune: ita etiam Iaf. in d. l. iuris gentium, §. quinimo: numer. 5. ff. de pact. Iaf. in l. fin. col. fin. ff. de cond. obcaſ. Iaf. in prelud. feudo. num. 66. Iaf. in l. lec. num. 17. si cert. peta. Alcia. in l. cum proponas. la. 2. num. 28. & seq. C. de pact. Se- tit Paul. in l. Arift. num. 4. iuncto preceden- ff. de don. Vides ergo hanc eſſe communem ſentētiā, non Iaf. tantum, vt putauit Fortu. in d. §. quinimo. nu. 37. & seq. vt agnoscas nō omnibus compertum eſſe; quid receptius fit in hac materia.

20 In his hucusque receptis nonnulla ſunt emendanda: & primo inuenies Paul. Caſt. in d. l. cum te. ad fin. vno verbo exponendo literam, in verbo *exiguum*, aperte ſentire non referre ibi, an factum vel res excedat precium, nec re- ferre, an res vel factum extra precium, contractui causam dederit. Quod etiam ſentire videtur glo. ibi, & in locis *ſupr.* citatis: & Bar. in d. l. fin. numer. 11. ff. de condi. ob. caſ. Ex Dd. tamen & communione proxime adducta, illud habebis. Si res vel factum prästandum ab emptore vltra precium, plus valeat, quam precium, tunc dicatur re ipſa probatum, quod res vel factum dedit cauſam contrahendi: argu. l. domum. 57. ff. de contrahenda empio. Secundo inuenies

doctum & ingeniosum Fortun. in d. §. quinimo, numer. 38. & preced. conſtanter aſſeruiſſe, venditionem & emptionem omnino dicendam fore, si contrahentes vtantur verbo *vendere* vel *emere*, ex preſſo aliquo precio, etiam modico, cum pæcto alterius rei vel facti longe maioris valoris: quod putat nouum & contra Iaf. Sed nec Iaf. fortasse id negaret, quia recepturn eſt, vt in hac materia ceneſatur contractus, ſecundum id quod principaliter intendunt contrahentes: Utque ex nomine expreſſo dicatur conſtar quod agunt, niſi natura conuen- tionis repugnet, vt *ſupra hoc cap. numer. 1. & 2. & 6.* Quod autem Fortun. inquit, verius videtur, vt probauit *ſupra numer. II.* Iaf. ergo & alij circa d. l. cum te, loquuntur in dubio, cum nomen contractus non exprimitur.

Verba autem dicit. leg. cum te, maxi- me iuvant intellectum gloſ. & communem, quatenus continentur in ea leg. alia rem dcdiſſe causam contractui id enim ſignificant verba illa, contemplatione cer- ta rei inter vos habita, exiguo precio tranſuſisti. Sed non ſequitur quod Dd. communiter addunt, quantitatem precij mi- norem fuſſe, quam rei vel facti vltra precium: exiguum enim dici poterat pro non iusto ſimpliciter, ſecundum mate- riam l. 2. ad quam tendimus. Exilla com- muni etiam declaratione compēries nō ſibi conſtar Dd. circa intellectum l. cum te, nam ſi ibi ſuit expreſſum nomen contractus, ei ſtandum eſt, ſecundum eſdem Dd. ſup. numer. 2. Si non ſuit expreſſum, & reſ erat in dubio, tunc ipſi communiter tradunt præualere, quod pluris eſt, vt ſupr. numer. 4. Ergo ſi pre- cium erat minus, quam res vel factum prästandum ab eodem emptore, con- tractus ipſe dicetur innominatus: & conſequenter corruit, quod Dd. colli- gunt principaliter ex ea l. quando pæctum vel accessorium dat causam contra- ctui nominato venditionis, vel ſimi- li, cauſa non ſequuta, rem traditam re- peti poſſe: ad quod ea l. commendatur tanquam singularis à Bar. Ang. Paul. Iaf. & alijs, vt ſupr. numer. 14. Sic etiam corruit inuestigatio Dd. an in caſu d. l. detractione ex vendito: de quo *infra*. Si enim cum iudicio aduertas, retēta com- muni interpretatione, quo in cal. res vel factum prästandum ab emptore, pluris

E ij erat,

erat, quam premium expressum, nec cōsttabat species contractus, iam manebat innominatus: & consequenter non erat agendum de actione ex vendito, nec limitāda erat per eam. l. reg. contractuum nominatorum.

22. Vides defecisse Dd. in multis, *circa d.l. cum te*: Sed deterius scripscrunt ad d. l. ea conditione, quam intelligebant, vt retulimus *sапр. numer.* 18. quando plus erat in precio illo certo, quam in pacto rei vel facti ab eodem emptore praestandi, quod magis diuinatoriū est: quis enim talem excessum precij reuelauit? Imo si ad literam d.l.attendamus, magis dicendum est, ibi non constare de alio precio, nisi vt emptor Reip. solueret, quod vendor eidem Reip. debebat: quae venditionis forma valet, vt probauit *cap. præceden. numer.* 18. Nec est subaudiendum aliud premium, cum l. de alio non loquitur: & de iure non praesumitur pluralitas, vt docent Bar. & plures relatiab Ias. in l. 2. nu. 8. & 9.C. de bon. pos. secund. tab. a Item secundum diuinato-  
a Et ab Hyp. latè singu. 439.  
riam interpretationem Dd. quod in casu d.l. aliud premium conuentum fuerat, adhuc poterat dici, pactū & causam soluendi Reip. principaliter potuisse mouere venditorem, qui non aliter fortasse vendidisset: ideoque verior interpretatio ad eam l. inquirenda est.

23. Videntur igitur aliter conciliandæ illæ ll. ( saluo meliori iudicio ) quod in l. cum te, premium expressum exiguum erat, & contemplatione alterius rei, diuersæ à pecunia, venditio vel alienatio siebat: vt litera ostendit, & omnes agnoscent. Vnde si emptor non implet ex sua parte, praestando quod vendor ab eo pretendebat, iniquum esset retinere rem datam contemplatione alterius rei vel facti: Nec tunc admitti debuit emptor, seu is, qui emptoris personam refert ad soluendum in pecunia, cum vendor seu alienans, principaliiter aliud, non pecuniam volebat. At in d. l. ea conditione, siue intelligas literam absque subauditione, vt Dd. intelligunt, totum quod vendor spectabat ab emptore, premium erat pecunia sibi & Reip. soluenda. Nimirum igitur, si ei satisfiat in pecunia & interesse, cum aliud non praetendebat: & ita procedit tex. in l. in cuius le, C. de rei vend. l. 1. C. de act. emp.

Iuuatur hæc conciliatio & interpre- 24  
tatio earum ll. quia in pecunia non ca-  
dit affectio, l. in nummis, ff. de in li. sur. ca-  
dit autem in alijs rebus, l. vbi autem, 75.  
ff. de verb. obl. cui ergo debebatur pec-  
unia, satis ei fit soluendo pecuniam cū  
interesse: non ita in eo, cui diuersa res  
præstanta erat. Comprobatur magis  
hæc resolutio ex eo, quod videmus in  
permutantibus: si enim res vni datur,  
ipse autem non dat aliam, vel data cuincit  
tur, qui impleuit, agit præcisè ad re-  
petendam rem, quam dederat: nec alter  
satisfacit volens ei soluere estimatio-  
nem & interesse, l. 1. & ibi Dd. ff. de re  
permul. 5. 5. 1. ff. de præscrip. verb. ibi, vel si  
meum recipere velim, repetam. Vnde scri-  
ben. communiter in varijs locis colli-  
gunt & mirantur differentiam inter cō-  
tractus nominatos & innominatos: ne-  
mo autem ( quem viderim ) rationem  
differentiæ assignat, quam afferre oportet:  
verbalis enim differentia contra-  
ctuum non satisfacit: imo contractus  
nominatus implementum magis in for-  
ma exigere videbatur, cum fortior sit:  
vt in l. iuris gentium, ff. de paet. vt caueas  
ab Ias. in l. fin. col. 1. ante num. 1. versi. tam en,  
ff. de cond. ob cau. vbi hanc differen-  
tiā tribuebat fragilitati contractuum  
innominatorum, quod nihil vel præpo-  
sterum est. Ego autem re satis pensa-  
ta, rationem deduci puto ex eo, quod  
permutans rem suam dando, aliam præ-  
tendit, non pecuniam: vnde si ei res nō  
traditur, vel tradita cuincitur, iuste re-  
petit rē, quam dedit. Et cū ea extet, re-  
stituique possit, iniquum fuisset admittere  
satisfactionem in pecunia, quam ipse  
non spectauit, vendor autem pro  
re, solum premium prætendit: iuste igitur  
in pecunia ei satisfit. Sic emptor  
pecuniam pro re dat, ideoque ea à  
tertio euicta, cum id fiat vi rei iudicatae,  
satis ei fit ( quatenus possibile est ) re-  
stituta pecunia, quam dedit, & soluto eo,  
quod interest: & ita secundum iustitiæ  
æquilibrium, deficiente causa, alte-  
ri quod dedit restituitur, alteri quod  
prætendebat soluitur: & utrique parti  
secundum finem & tenorem conuen-  
torum æque consultur, quod pro-  
prium iuris & iustitiæ est. l. 1. & l. 10. ff. de  
iust. & iur.

Nec quis obijciat, satisfieri videri per  
estimationē & pecuniā: id enim proce- 25  
dit:

dit in factis, iuxta l. stipulationes non dinduntur, veris. Celsus, ff. de verb. obligat. Ad facta enim nec seruus praeceps cogitur, ob libertatem arbitrij, l.3. C. de hered. infit. Vnde ad utilitatem creditoris prouisum est à iure, per aestimationem, & id, quod interest. Diuersum autem est in obligatione rerum, quæ extant: nam iussu iudicis manu militari debitori auferri possunt, & tradi creditori. l. qui restituere, 6. ff. de rei vendit. Vnde cum loquamur de re tradita à venditore, vel simili alienante, quæ eidē restitui potest, iniuria ei fieret, si eo inuitio aduersarius candē rem retineret, non satisfaciens in præstatione alterius rei quæ ab eo prætendebatur. Ut vidimus in venditore habente facultatem rei tradidæ, qui præceps cogitur, nec auditur volens soluere aestimationem & interesse, secundum veram & communem sententiam glo. in §. premium. Inst. de emp. & vendit. Bart. in l. 1. ff. de act. empt. vt plenius deduxi in l. 1. in 3. part. n. 25. C. de bon. mater.

26 Ex qua ratione & resolutione inferatur ampliatio & notabile exemplum, ad regu. vulgarem l. cum proponas, la. 2. C. de pact. ne fidem frangenti fides seruetur, vt etiam in contractibus nominatis procedat, siadente ratione: prout in terminis sup. notatis, quando aduersarius non satisfacit in præstatione rei diuersæ à pecunia: Quod suadetur ex generalitate reg. & ex l. quero. §. inter locatorem, ff. loca. vt ita caueas ab Alex. num. 4. à Dec. col. 3. in 3. limit. à Curt. ind. l. cum proponas: indistincte limitantibus eam reg. ne ad contractus nominatos trahatur: cum Bal. in l. in ciuile, per tex. ibi, C. de rei vend. quæ restrictio nimia videri debet. Nec obstat d. l. inciuite, quam sup. adduxi, cum l. 1. C. de act. emp. loquuntur enim, vbi vedoris nihil aliud, nisi preciū in pecunia præstandum erat: & ideo quocunq; tempore ei satisfit, si pecunia & interesse soluat.

27 Illud tamen mente tenendum colligitur ex scriben. in hac materia, vt regulariter non possit vendor agere ad repetendam rem traditam, ex quo emperor non satisfecit, siue deficiat in pecunia soluenda, siue in alia re præstanda, vel facto simil promisso. Ideoque specialiter intelligunt procedere d. l. cum te, quando res, vel factum (ultra premium) dedit causam contractui: Bar. & cōmu-

nis in d. l. fin. ff. de cond. ob cauf. & plures sup. citati ad eam l. In dubio autem intelligunt ex præstatione alterius rei vel facti, non induci causam finalē contratus, nisi quando res vel factum excedit premium & quantitatem pecuniae, in quibus terminis specialiter etiam intelligunt d. l. cū te, ut sup. n. 16. Nec admittunt venditorem ob defectum implementi posse rē repetrere, nisi clare probet ob illam rem vel illud factum vendidisse: vt clarius ceteris not. Paul. Cast. in l. fin. ad fin. num. 16. ff. de cond. ob cauf. Fulgo. in l. 2. ad fin. C. eo. Ego vero, cum aliquid diuersum à precio ultra illud præstari debet ab emptore, cōtrarium verius & æquius esse puto ex prædictis, & in dubio pro venditore, vel alienante implente, ex sua parte, interpretatio fieri debet, contranom impletum: ideoque non videatur inique diuinandum, quod vendor extali re vel facto ultra premium, motus non fuerit: quod vrgenter comprobatur, quia aliter, secundum communem opinio. datur occasio fraudibus: emptor enim extra premium obligatur ad aliud, securus reiretiendæ, non curabit implere conuenta, circa præstationem rei facti: cuius contemplatione fortasse vedoris principaliter motus fuit, licet id probare nequeat: quod iuuatur ex glo. in l. fundi partem, ibi, quod semper præsumitur: ff. de contrah. empt. maxime vbi res ipsa velfactum iuxta declarationem vedoris non præstatur: quo inuitio, non debet in re diuersa solui (eo magis volēte rem, quam tradidit) iuxta reg. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Nec obstant, quæ ibi notantur de satisfactione in pecunia, de quibus sup. in 3. cap. 1. part. procedunt enim, nisi extet species alienata, quæ restitui possit ei, cui fides non seruatur. Suadetur hæc opinio ex boni & æqui abundantia, quæ iure ineſt huic contractui, l. 2. in fin. ff. de action. & obligatio.

Ex prædictis infertur aliud ad d. l. 2. \$ cum te, variant enim glo. & Dd. ibi, que actio detur eo casu ad repetendam rem traditam: glo. intelligunt de conditione ob causam: & hanc cum Bar. dicit cōmunem opinio. Alex. in l. fi. numer. 8. ff. de cond. ob cau. & ibi Iaf. col. fin. Idem Iaf. Alc. & plures suprā citati ad d. l. & Exea de pact. num. 516. Fulg. autem d. l. cum te, & in l. 2. ad fin. C. de cond. ob cau. sequitur opin. glo. vt detur tunc actio ex eo cōtractu.

Quod tangit nihil resoluens Bereng. in l. part. conuenta, ad finem num. 97. ff. de contrah. empt. Ego aduerto (contra eos omnes) prius explicandum fuisse, quae conuentio ibi fuerit, ut inde nomen actionis deduceretur. Aduerto magis Dd. sibi non constare, ipsi enim crebrius intelligunt in casu d.l. cum te, fuisse contractum innominatum, eo quod contemplatio alterius rei, dederit causam contractui, eo etiam quod res vel factum prestandum pluris erat, quam precium, ut sup. num. 14. & num. 19. Non potest igitur tractari de actione ex vendito, ubi venditio non fuit, secundum eosdem, quod si venditio fuisset iuxta resolutionem sup. num. 17. Ego cum gloss. & Fulgo. contra communem verius putarem, ad rem repetendam & conuentionem rescindendam, competere actionem ex vendito, quam ipsa conuentio inducit: ut docet IC. in l. 6. §. 1. versi. nec conturbari debemus. ff. de contrah. emp. & in l. 6. ff. de rescind. vend. tex. in l. ex empto xj. §. 1. & melior in §. si quis virginem. ff. de actio. empt. notat Bar. in l. eleganter numer. 7. ff. de dolo. Bar. in l. si id quod aurum, ff. de verb. obliga.

29 Ex ijsdem infertur ad d.l. fundi partem, 79. ff. de contrah. empt. cum similibus. in quibus constat veram venditionem, cum aliquod precium exprimitur, licet addatur aliud diuersum à pecunia, & illud censeri partem precij, ut venditio dicatur, & ex vendito & empto actio detur, quae ll. similes intelligi debent secundum Alb. & alios, quando ex verbis vel signis constabat partes agere de emptione & ventione, alias adhibenda esset & obseruanda distinctio, de qua sup. num. 16. Iaf. in d.l. si. col. si. ff. de cond. ob cau. & in praelud. feud. num. 66. Ad q. I. ante alia notabis quod sup. num. 11. noue ex ea & similibus deduxi. Nec omitto aliud quod admonere soleo. Dd. enim in materia l. iurisgentium. §. quinim off. de pact. de informatione contractus, & actionis per pactum incontinenti adiectum, adducunt d.l. & similes, de quibus num. sequ. & inde ampliant materiam informationis, argumentanturque plures contra magis communem opinio, ut pactum adiectum contra naturam contractus, eum eiusque actionem informet: ut post Petr. tradit Iaf. in l. lecta. num. 26. & num. 28 in 3. & 8. limit. ff. si cert.

pet. Ex ea de pact. num. 572. vers. 2. lit. num primo. Decius in l. bona fidei, numer. 4. C. de pac. post Alex. à quibus omnibus cauenendum censeo: quia d.l. & similes loquuntur de vnico contractu, ex te & precio simul promissis ab emptore, non de pacto post contractum adiecto, imo procedunt illa l. & similes, siue emptor incipiat à re, siue à precio, ex vtroque enim simul ibi perficitur contractus: quapropter ad pacta incontinenti vel ex interuallo nullatenus ille ll. adduci debent: quicquid scribent. de informatione commisificantur, & Steph. Forcat. dialog. 90.

Ad d.l. fundi partem, aduerte quod 30 communiter habetur corruptè sub nomine Labonis, cum in iram reprobetur eiusdem opinio, ex libris vero emendatis constat l. esse laboleni: verba autem l. sic habent. Fundi partem diuidiam ea lege vendidisti, ut emptor alteram partem, quam retinebas, annis decem certa pecunia in annos singulos conductam habeat: Labeo & Trebatius negant posse ex vendito agi, ut id quod conuenerit fiat. Ego contrapoно, si modo ideo vilius fundum vendidisti, ut hac tibi conuentio praestaretur: nam hoc ipsum precium fundi videtur, quod ex pacto venditus fuerat, eoque iure utimur. Significat IC. Labonem negare solitum actionem ex vendito ad rem diuersam à precio, quasi alia res non congrueret illi contractui & actioni, secundum reg. quam in 3. cap. 1. par. & in hac 2. par. rub. plenissimè exornamus. Sed alij ICti sententiam Labonis reiecerunt, ut labolenus in eal. Hermoge. in l. qui fundum 75. ff. eo. Pomp. in l. tenetur, 6. §. 1. Paulus in l. si sterilis. 22. §. si tibi ff. de actio. empt. Papi. in l. 6. ad fin. ff. de ser. expor. Si Labeo in alia specie in hac materia negabat actionem ex vendito, quam tribuit Vlpian. in l. Labeo. 50. ff. de contrah. empt. quam declaro per Fortun. & alios sup. citatos n. 9.

Nec est credendum ex d.l. fundi partem, 31 Labeonem vel Trebatium negasse ius agendi ad conuenta, sed tantum actionem ex vendito, non aliam: conuenta enim implenda erant, nec dicendum est cum audacia Fulgos. in d.l. ICtum male alios reprehendisse, quos Fulgos. saluat, quasi intellexerim quæstionem, cum nullum precium expressum fuerit: in quibus terminis non est emptio. Sed repugnat verbum l. ibi, vendidi-

*difi:* quod necessario præsupponit pre-  
cium, & alia sine quibus venditio non  
potest stare. Repugnat etiam alia iura  
proximè citata, repugnat ratio: nō enim  
de actione ex vendito dubitari poterat,  
nisi præsupposita venditione, quæ sine  
aliquo precio ex presso datur, & ita euin-  
citur *ex d. libi, vilius vendere*: & alijs legi-  
bus similibus tunc precij partem appellan-  
tibus. Vnde magis caudum est à  
glo. *in fin. d.* quæ in hoc misere labitur,  
vt ibi aduertit Salic.

32. Aduerto etiam quod *in d. l. fundi par-*  
*tem, & similibus agitur de accessorio aspi-*  
*ciente precium: & ideo ad idem accessori-*  
*um actio datur, nō ad rem repetendā,*  
*vendor enim non ob illud mouebatur*  
*ad vendendum, sed iustum precium pre-*  
*tendebat, quo integro sibi dato, non cu-*  
*rasset forsitan de illo pacto: secus vbia lia-*  
*res à precio diuersa causam dat vendi-*  
*tioni vel alienationi: vt *supr. deduximus**  
*ad l. cum te, num. 23. & 24.* Ex quo elegan-  
ter collige differentiam inter contem-  
plationem alterius rei qdantis causam  
contractui, & pactum rei vel facti ad  
supplementum precij, etiam sine quové-  
ditor non alienaret: aliud enim est volé-  
ti vendere, ad perficiendum precium,  
aliud extra pecuniam offere: aliud no-  
lenti etiam ingenti precio vendere, of-  
ferre aliud, quo ad vendendum moue-  
tur. Alterum contractui causam dat, al-  
terum in eo incidit, vt melius cæteris  
sensissevidetur Fulg. *in l. I. ad fin. C. de con-*  
*dic. ob caus. quod pauci aduertunt.*

## SECUND A PARS

R V B.

C. de rescind. vend.

## CAPUT III.

SUMMARIUM.

- 1 Resumitur quod de substantia emptionis sit precium: in quo ostenditur errasse plures scriben.
- 2 Agitur an efficax venditio resultet, fa-  
ctarelatione ad id, quod res value-  
rit, certo loco vel tempore.
- 3 Probatur nō dari emptionem non expre-  
so precio: etiam p̄ res ex consuetudi-

veloci certum premium habeat, &  
num. 4.

- 4 Probatur contra plures non dari veram locationem, si de certa mercede non conueniatur, etiam si ex consuetudine colligi possit.
- 5 Agitur de intellectu excepto. C. locat. usque ad num. 8.
- 6 Exactissimè agitur de intellectu l. fin. ff.  
de condic. ob cau. & l. 5. §. 1. ff. de pre-  
scrip. ver. traduntur plurima scitu  
digna circa naturam emptionis, usque  
ad n. 27.
- 7 Plenissimè tractatur, an de substantiali lo-  
cationis sit merces in pecunia numerata,  
& probatur noua opinio, ut  
qualibet merces sufficiat, & expli-  
cantur multa iura: usque ad fin.

**V**isum est superius non dari em-  
ptionem sine precio conuen-  
to in pecunia numerata, l. 2. l.  
pacta conuenta, ff. de contrah. emp. cum alijs.  
Solutionem vero postea sequi posse in  
alia re loco pecuniæ vel precij, vt pro-  
bat l. precij, C. de rescind. vendi. secundum  
verum, clarum & receptum intelle-  
ctum, licet non pauci in eo hallucinati  
sint, credentes emptionem esse, si à  
principio aliqua restaxata in quantita-  
te certa, detur pro precio alterius rei,  
vt Rip. *in l. 2. numer. 26. ff. si cert. pet.* &  
eodem errore Tiraquel. *de retract.* & alijs,  
ligna. §. 1. glo. 14. numer. 19 & Molin. *in con-*  
*sue. Paris. §. 13. glo. 5. numer. 57.* & Bologni.  
*cons. 25. col. 3.* & Chaf. *in consu. fol. 333. n.*  
*3. quos retuli suprà in 1. cap. huius 2. part.*  
*num. 16.*

Visum etiam est sufficere, quod pre-  
cium conuentum reddatur certum, per  
relationem ad locum, in quo pecunia  
extat, l. *hac venditio, §. 1. ff. de contrah. emp.*  
vel per relationem ad alium actum, in  
quo certa pecunia interuenerit, l. *si quis*  
*fundum, 37 ff. de contr. emp.*

Sed quætionis est, an premium cen-  
featur certum facta relatione ad id,  
quod res valuerit certo loco vel tem-  
pore. Et ex mente scriben. *in l. exceptio.*  
C. loca. dicendum videretur resultare  
emptionem, quasi tunc vigeat funda-  
mentum relationis, quæ etiam in fu-  
turu adaptatur, l. *Stichum 7. ff. de leg.*  
l. videreturque tunc emptio condicio-  
nalis, vt alias inquit IC. *in l. 19. §. vlt. ff. de*  
*pig.* Quod tamen conuerti potest ex re-

E iiiij cepta

cepta sententia, quæ habet: non resultare efficacem emptionem ex conuentione vendendi pro iusto precio. ut latè deduximus in l.c. huius par. n.19. & seq.

- 3 Illud tamen verissimum puto, non consistere emptionem, non expresso precio, vel non facta idonea relatione, etiam si res, quæ emitur, ex consuetudine loci vel temporis conuentonis certum premium habeat: prout si in loco sint publici aestimatores, & certæ rebus aestimationes. Id enim non supplet formam iuris exigentis declarationem precij in hòc contractu pro eius substantia, d.l. pacta conuenta. Deficientibus autem substantialibus, etiam consuetis, actus omnino corruit, vt tāquam receptum tradit Dec. in l.vi liberis, n.18. C. de collat. Felin. in t. ex literis, n.13. versi. sed ad hoc, de fide instrum.

- 4 Hinc resultat egregia differentia, inter emptionem & locationem: in hac enim receptum videtur, vt valeat non expresso certo precio, quando illud est certum in loco conuentonis, vt securè tradit Hisp. Gome. in l. de contract. e.2. num. 9. in fin. & ca. 3. numer. 4. per tex. quem dicit sing. in l. excepto, C. loca. & ita no. Paul. Cast. in l. i. §. si quis seruum, nume. 4. ff. de poss. vbi etiam citat tex. & gloss. in l. domini, C. de agri. & censi. Sed hoc maiori eget examine, puto enim scribè. variaſſe, & lapsos in hoc fuisse, licet nemo, quem viderim, aduertat, vtque veritas melius percipiatur, referto verba d.l. quæ sic habent. Excepto tempore quo ſerilitas intercessit, ſequentis temporis fructus, quos tibi iuxta præteritam conſuetudinem debere coſſiterit, reddere tibi praeses provincia iubebit. Gloss. ibi intelligit quando certa merces non exprimitur, id dādum fore, quod ex conſuetudine dari ſolet, & ita Bar. id extollens ibidem, & ita Alb. Bal. Ang. Salic. Fulg. & cum his Pau. & Hisp. vbi sup. idemque colligitur ex Iaf. in l. certi cond. §. si nummos, n.11. ff. si cert. pet. & in l. vi liberis, col. 3. n. 8. C. de collat. Alex. conf. 206. n. 1. lib. 2.

- 5 Ego autem contra Paul. & Hisp. ſpecifico vbi sup. contra Dd. in d.l. excepto, contra alios proxime citatos, verius puto, si contrahentes nullam mercedem expreſſerint, nec ſe ad certum locum vel tempus retulerint, non resultare veream locationem deficiente substantiali, quod est certa merces: vt in l. si mer-

ces, 28. ff. loca. iuncta æquaratione, que in hoc eft de venditione & locatione, ſ. premium. Inst. de empt. iuncta doctrina ſup. relata, n.3 in fin. quam etiam tradit Dec. in l. ſemper in ſtipationibꝫ, num. 16. ff. ac reg. iur.

Nec obſtat d.l. excepto, cuius ſubſtantialia verba ſup. retuli, numer. 4. non enim loquitur de conuentione à ſuā principio iudicanda, quia tunc non diſcret Imperator non expreſſa mercede locationem, eſſe, repugnantibus iuriſ reg. Magis vero ex litera d.l. colligitur, locationem ibi à neutra parte negari, vt variando agnoscunt Alb. Sal. & Fulgoſ. vere enim partes ibi de locatione & conductione non dubitant, ideoque reſpondet Imper. excepto tempore ſterilitatis ſoluendum fore, iuxta præteritam conſuetudinem; quæ optimam probationem pensionis inducit, vt in l. circa C. loc. Nec tunc offenditur decif. l. ſi certis annis, C. de pact. cuius obiectione laborat omnes in d.l. excepto. magis inuoluentes, quam explicantes.

Aduerto igitur nullam eſſe repugnatiam inter eas ll. quia in d.l. excepto, non oneratur aliquis in futurum, ex præteritis ſolutionibus: in d. vero l. ſi certis annis (vt interim alia omittam) agebatur de aliquo onerando ad ſoluendum ex præteritis in futurum, cauſa non probata, cum alterius re non fruebatur: at in l. excepto. diuersum eſt. Quod manifeſtè oſtenditur, cum ibi conductor & locator non negabant contractum, vtens autem re alterius nullo onere afficitur præſtando mercedem: imo iniquiſiſimum eſſet aliena re frui ſine cauſa, dominoque inuito. Comprobatur hoc magis, quia nulla etiam præcedente conuentione iuriſ erat, vt vtens re alterius mercedem exoluat, vt ſup. ca. 1. huius part. num. 24. Ideoque diuersa ratio eft inter locationem & emptionem, vt ibi deduxi. Et ita ſanius intelligi potest Bar. in l. i. §. ludi. ff. de var. & extra ord. cog. & in l. nemo. ff. de duobus reis, Panor. in c. l. de præcar. quando enim certa merces nō exprimitur, licet vera & propria locatio cefſet, actio tamen ad iuftam mercedem datur, quaſi ex contractu in-nominato. l. ſi tibi 24. ff. de præscr. verb. Notat Socin. in l. ſi quis arbitratu. colum. 5. versi. 2. modo, ff. de verb. oblig.

Siergo intelligas in d.l. excepto, integrę pro-

probata locationem, cum mercede conuenta & præteritis solutionibus secundum eam, nulla restat dubitatio: Si autem intelligas partes invicem locationem fateri, sed de quantitate mercedis discordare, tūc sit sensus, ut partibus à contractu non recendentibus, solutio mercedis fiat secundum præcedentem consuetudinem, vt in l. legem. C. cod. & quod ex Bal. (corruptè citato) tradit Cremen. notab. 13. Et ita d.l. excepto. non bene à Dd. adducitur ad id quod sup. improbaui. Minusque obstat tex. cum gloss. in dict. l. domini. C. de agri. & censi. quam male adduxit Paul. Cast. in d.l. i. §. si quis seruum, num. 4. ff. depos. Non enim loquitur Imperia. de pensione conuentionali, vel personali obligatione, sed de tributo reali extra villam conuentionem præstanto, ut bene sentit Ioan. Plate. ibi col. 1. tunc autem iubet ea l. vt de prædijs in quibus coloni laborant, domini pecunias non exigant, sed fructus, quos terra præstat, nisi aliud consuetum fuerit, quia tunc consuetudo seruabitur, ut ibi, & in l. i. C. de pascu. Boer. dec. 263.

Sed in proposito silendum non fuit, difficile Celsi responsum in l. fin. ff. de condi. ob can. quod interpretum omnium ingenia exercuit, ut autem quæ circa eam l. dicuntur, magis percipientur & prosint, oportet literam referre, quæ ita habet, *Dedi tibi pecuniam, ut mihi Stichum dares, utrum id contractus genus proportione emptionis & venditionis est? an nulla hic alia obligatio est, quam obrem datire non sequuta?* in quo proclivior sum. Anxie torquentur glo. Bar. & omnes, cur ibi emptio non fuerit, cum pecunia data sit ex una parte, & Stichus ex altera, & sic concurrebant substantialia emptionis? Augetur autem difficultas ex Paul. (qui Celso aduersari videtur): n. leg. 5. §. 1. ff. præscript. verb. qui ita habet, *Et siquidem pecuniam dem, utrem accipiam, emptio & venditio est:* Gloss. utroque opponit & dupliciter soluit. Sed ante conciliationem earum ll. aduerte quod Celsus ex eo, quod inquit in ea specie contractum esse innominatum, non venditionem, aliquos effectus infeicit, ex ver. & ideo usque ad finem! vere enim effectus & illationes sunt, non rationes, ut bene aduertunt Bar. Alb. Bal. Paul. Sali. contra glo. verbo proclivior, ibi, quod probat:

Ad conciliationem vero a Celsi & 10 Pauli, primo intel-  
la Merito hanc docendi methodum ac loquendi  
ph. asim carpit Duaren. in l. si certos nummos  
37. de verb. oblig. ubi utrem certam pecuniam  
certo loco inclusam ob certa. i. alia quantitate  
iuris communis, non sub nomine speciei distin-  
guere solitos ait.

ligerat glo. ut Celsus in d. leg. fin. loqua-  
tur de pecunia data in specie, sentiens  
in specie dari, quando ut species certo  
loco inclusa datur, quasi tunc non dica-  
tur genus nec pecunia: per tex. quem  
cit: sed adde meliorem in l. talis scri-  
ptura. 30. in si. princip. ff. de legat. 1. ibi. pecu-  
nia quæ in arca est, & ibi: quoniam species le-  
gatur: Et ultra omnes, adde quod ean-  
dem interpretationem sensit Azo. in  
summa. C. de contrahen. empio. & Hoft. in  
summa de empt. & vend. dum citat dict. leg.  
fin. ut mirer gloss. ad sequentem solutionem  
citare Azo. qui præcedentem  
probauit: quam etiam sequitur Bald. ibi  
col. 1. in 1. oppo. Eandemque dicit pulchrā  
& veram Fulgos. in d. leg. 5. §. 1. ff. de præ-  
scrip. ver. & ex recentioribus eadem pro-  
bat Dec. in l. 2. ad fin. 2. leg. ff. si cert. pet.  
& ibi Rip. num. 31. versi. ex hoc. Et maior  
contentione eam defendit, & necessariū  
dicit Butigel. ibi. n. 43. & sequenti. Et ean-  
dem secure (quasi recepta esset) refert &  
sequitur Bald. Inst. de empt. & vend. pag.  
mihi. 56. dicitque Butigel. vbi supra, ni-  
hil huic interpretationi obstat, nisi  
quod diuinatoria videtur.

Ego autem rectius puto primam il. i.  
lam interpretationem glofs. omni-  
no reijciendam, non solum ut diuinato-  
riam & vim literæ afferentem, ut  
Bartol. & omnes agnoscent. Sed magis  
contra eos omnes eam in se falsam af-  
fiero: emptio enim valet, cum pecunia  
promittitur, etiam relatione facta ad  
eam, quæ in arca vel loculis est: quo ca-  
su glofs. & Dd. appellant pecuniam in  
specie, & male asserunt venditionem  
non valere: Quod etiam male tradunt  
alij relati in I. cap. huius par. & male cum  
eis Iaf. in d. l. talis scriptura, numer. 8.  
& Ioan. Imol. in cap. ad questiones, prop  
fin. de rer. permu. referens Ioan. And. &  
Ant. Butri. quorum error conuincitur  
ex IC. in l. hac venditio. 7. § 1. ff. de contrah.  
empt. ibi, quantum precij in arca ha-  
beo: ut probauit in d. loco damnando dif-  
ferentiam, quam glofs. & Dd. incept e co-  
stitue-

stituebant, inter relatiuum substantiae & quantitatis. Manebit autem ille tex. omni solutione maior, si attendas cum loqui in terminis aliorum iurium, quae pecuniam tunc pro specie censem, planè tamen vult, venditionem tunc valere, quod stare non posset, si verū esset, quod gl. & Dd. incepè & indistinctè præsupponunt non esse emptionem, cum pecunia ut species promittitur.

**12.** Nec obstant iura in contrarium adducta, quae tunc pecuniam pro specie censem, ut d.l. talis scriptura, & l. plane 34. b §. 1. & l. si seruus 111. §. qui quinque, ff. de lega. 1. & l. si certos

b *Contra hec iura loqui videtur Theop. in §. fin. instit. de oblig. quæ ex qu. contract. existimans legatum incertum esse, si pecunia, quæ in arca sit, legetur.*

37. ff. de verb. oblig. loquuntur enim ad nonnullos particulares effectus: maxime vero id in iure consideratur, ut in causis lucrativiis, non extante alia pecunia vel ea perempta liberetur hæres vel debitor, non autem ut pecunia, quae tunc reperitur in loco definat ut pecunia censi: ut manifestè probatur ex eisdem iuribus, quod etiam nō colliges ex leg. à Diuo Pio. §. si. ff. de re indic. & magis ex d. leg. hæc venditio. §. 1. constatque sensu cōmuni ne iuris probatione egeat, quod videtur sensisse Fulg. nullibi relatus in d. leg. fin. ff. de cond. ob cauf. nu. 3. qui tamen (si hoc vult) contrarius sibi erit, attento eo, quod scribit in d. l. §. §. 1. probans illam solutionem gl. de pecunia data in specie.

**13.** Secunda solutio & interpretatio glo. est, ut d. l. fin. procedat ex verbo dare, quod ibi æque ponebatur tam ex parte dantis Stichum, quam ex parte dantis pecuniam. Et fundamentum est ex eo, quod verbum dare, significat dominij translationem: In venditione autem, de tradendo, non de dando agitur, ideoque adiecto verbo dare, non fuisse emptionem, quasi repugnet natura illius verbi, l. si ita, 25. ff. de contra.emp. l. exemptio. II. ff. de actio. emptio. Hæc autem interpretatio gloss. receptior est, camque probant Bar. Sali. Ang. Paul. Fulg. camque dicit communem Alb. ibi nu. 2. & ab omnibus probari dicit Alex. ibi, nu. 3. eandemque ut receptissimam refert Iaf. ibi, col. 1. & Costalius in annota. (quas Aduersaria inscripsit:) & ita Bar. & communiter scri-

ben. in l. 2. ff. si cert. petat. vbi Curt. nu. 30. communem dicit, & ex nouioribus probat Emil. Ferret. in l. Iuris gentium, nu. 39. & 46. ff. de pact. Lor. de pact. axi. 113. videaturque probasse Alc. in comme. de eo quod interest, n. 25. & ad hoc est text sing. secundum Pau. ibi, & Ferr. vbi sup. & Iaf. in §. actio. n. 145. Institut. de actio.

Habes igitur communem interpretationem, ut d. l. fin. specialiter procedat ob verbum dare, & ita concilietur Celsus cum Paulo: in responso enim Pauli, id verbum expressum non fuit, plures tamen communem hanc conciliatione improbant, ut scrupulosam & verbis nō rebus innitentem, inter quos Alcia. sibi contrarius in d. l. 2. num. 25. ff. sic cert. pet. & Iaf. ibidem ad fin. exigens verba geminata ut infra. Eandemque verborum differentiam magis improbat Hieron. Butigel. in d. l. 2. num. 43. & ibidem Dec. ad fin. 2. lectu. vers. non obstat. & Corraf. lib. 2. Miscellan. cap. 9. num. 5. & Steph. Forcat. dial. 49. num. 4. multaque contra cā verbalem differentiam adducunt Butig. & Curt. num. 34. & Dec. in l. certi condicō, num. 12. eod. 111. Sæpe enim ICti in venditione vtuntur verbo dare, & ipsi scriben. saepius, ut dixi in cap. preced. n. 7.

Nec est tolerabile quod dixit gloss. in d. l. fin. quam omnes sequuntur, secundum Alex. ibi numer. 1. & Iaf. numer. 3. ad fundamentum communis interpretationis, translationem dominij esse contra naturam venditionis: quod etiam scripsit Soc. in l. certi condicō: col. 4. nu. 22. ff. si cert. pet. Salic. in l. 1. ad si. C. de rer. perm. quod merito reprobat Rip. in d. leg. 2. nu. 30. & plenius Dec. in d. leg. certi condicō. num. 12. Ego autem id puto delendum & damnandum quid enim absurdius & hominum sensui magis contrarium, quam asserere translationem dominij esse cōtra naturam venditionis, cum ex eo cōtractu id principaliter prætendatur? l. clauibus 74. ff. de contrah. empt. §. vendit. Inst. de rer. diuis. Ideoque secuta eniçione, actio ad precium & interesse datur, ut per totum, C. & ff. de eniçio. etiam si in conuentione omittatur, ut in l. vendendo, 66. ff. de contrah. empt. Nec aliud patitur bona fides huius contractus, l. emptorem, 12. §. fin. versi. nec enim. ff. de aet. empti. Ad quod contra communem recte adducitur, l. cum manu fata. 80. §. f. ff. ac contra. emp. quicquid enim Soc. & alij cauillen-

illentur, tex. ille à fortiori hoc probat, cùm habet pactum, ne dominium transferatur, magis emptioni repugnare: quod latius alibi trado: & contra Dd. (non tamen à se allegatos) securè scribit Zasius lib. I. resþ. cap. 12.

resultet titulus & ius vsucapiendi, d. l. clauibus, & l. 2. cum seq. ff. de vsucap. pro emp. Quod nota ad ea, quæ tradi solent de titulo ad vsucapiendum: de quibus multa noue scripti in Auct. nisi triennale, C. de bon. mater.

Vides igitur primam interpretationē gl. ad d. l. fin. ff. de condic. ob cau. magis communiter, ut diuinatoriam reijci: à me autem ut falsam: vides etiam secundam interpretationem receptā periculosam nec magis tenendam eis. Vnde Phil. Dec. in d. l. 2. ad fin. 2. lectu. & in d. l. certi condicō, num. 12. ff. si cert. pet. aliter respondebat, intelligens eam l. quando partes simpliciter conuenerunt, ut verba tex. sonant, prout, dabo pecuniam, ut des stichum: tunc enim verba non videntur apta ad venditionem, quod videtur sensisse Paul. Cast. in d. l. fi. num. 3. in fi. & non relato Decio, idem comprobavit Corras. d. lib. 2. Miscl. c. 9. colorem afferens, quod in ea forma conueniendi desunt aliqua, quæ in vendendo interuenire solent: vñu enim constat hunc contractum cōmuniter non fieri sine tractatu & conventione ex vtraque parte, quia alter carius vendere, alter vilius emere studet, in l. si voluntate, C. de rescind. vend. & ideo cum IC. in d. l. fi. referat verba conventionis, recte intelligi potest, ita nude conuentum fuisse: ac proinde ex tali modo conuentioonis, non resultauerit venditio, eo quod deficerent consueta, & quodammodo naturalia illius contractus. Sed nec ista interpretatio omnino virat difficultatem d. l. 5. §. 1. ff. de prescrip. verb. cum nec ibi constet de maiori tractatione, ut venditio esset, nisi noue respondeas ibi tradi doctrinam, in d. l. fin. principaliter factum referri.

Aliter Ripa in dict. leg. 2. num. 31. vers. 4. bitatur, ff. si certum petat, intelligens dict. leg. fin. quando pecunia, quæ datur, non æquiuale rei acceptæ, ut in tex. in d. l. 1. l. quinta, intelligatur, quando pecunia & res paris valoris sunt: quod ibidem videtur sensisse Ias. ad fin. ibi, quando pre- cium est condignum: & tam Ripa, quæ Iason adducunt in arg. gl. in l. 1. §. 1. ff. de superfi. Sed haec interpretatio prorsus reijcienda videtur, tum quia multū diuinat subaudit que ad vtramque! tum quianon magis in una, quam altera aliquid exprimitur de æquivalentia precij: nec aliquid obstant verba d. l. fin. ibi, proportione. non enim

16 Vides omnino exterminandum esse fundamentum communis interpretationis, veriusque dicendum translationem dominij non esse contra naturam emptionis: contra glo. & Dd. supr. relat. Minus absurde dicebant alij, translationem dominij non esse de natura emptionis: hoc enim à superiori differt, & ita Bar. in l. exempto, n. 6. ff. de aet. empt. Bal. in l. 1. C. de rer. per. plures, quos refert Dec. in d. l. certi condicō, nu. 11. Alex. nu. 12. Alc. n. 26. versi. adeo tamen: & Dd. cōmuni- ter, ut asserit Curt. in l. 2. n. 33 ff. si cert. pet. quicquid dicat Alc. in l. habere, nu. 8. ff. de verb. sig. Adhuc tamen verius puto cum Dec. & Rip. translationem dominij non solum non esse contra naturam emptionis, sed magis de natura eiusdem, ex iuriis & fundamentis proxime adductis num. præced. quod melius sensisse videatur Bar. (& ita ibi contrarius) in l. in conventionalibus, §. 1. ff. de verb. oblig. & sic translatio dominij, simpliciter de natura huius contractus dici debet, nō tahtum, vbi venditor dominus est: quo casu id concedit Bart. & plures, ut per Alex. in d. l. certi condicō. nu. 13. Butigl. in §. Cato. n. 74. & seq.

17 Verius tamen puto contra Dec. in d. l. certi condicō, col. 7. versi. imo videtur: & contra Arct. ibi num. 9. ut translatio dominij non dicatur de substantia emptionis, ut manifeste probat d. l. si ita, 25. & l. rem alienam, 28. ff. de contr. empt. vbi vera venditio dicitur rei alienæ, & sine translatione dominij, quod dici non posset, si dominium esset de substantia, ut de precio, inquit IC. in d. l. pacta conuenta, 72. ff. de contrah. emp. Ex his vero intelliguntur iura à glo. & Dd. adducta, non enim negant, quod alijs multo pluribus probatur, naturale esse emptionis dominium transferre, si tamen id non contingat, non definit venditio appellari, prouideturque idoneis remedij contra venditorem: & ita declaranda est d. l. rem alienam, cum glo. ibi, & Aftiſt. dec. 369. nu. 2. Rebuff. in Reper. l. vni. C. de sen- ten. quæ pro eo. nu. 426. Possunt etiam illa iura intelligi, & tunc emptio dicitur, ut inde

enim sunt verba conuentionis, nec ad rem vel precium rescruntur, vt Rip. male accepit, sed verba sunt IC. dubitantis, quod contractus genus inde resultet, vt ex litera facile constabit. maxime, quod paruitas precij non tolleret nomen emptionis, vt in l. si quis donationis, 38. ff. de cont. emp.

20 Aliam interpretationem, vt suam, & à cæteris diuersam tradit Corras. in d. loco, intelligens differētiam esse inter verbum *pecunia*, & verbum, *precium*. vt d. l. fin. procedat, quando nomine pecuniae datur: vt d. § 1. l. 5. quando datur nomine precij: & ita scripsit Alcia. in d. l. 2. n. 27. vers. idcirco. ff. si cert. pet. Sed ea declaratio cōtinere poterit veram limitationem ad d. l. fin. non verò directam interpretationem, nec veram conciliationem ad ea iura: Nec sicut Celsus in d. l. fin. loquitur per verbum, *pecuniam*, ita Pau. in d. §. 1. l. 5. Quapropter talis interpretatio afferti non debuit contra literam, quam explicare intendit. Color tamen, quem Corras. affert, contemnendus non est ad interpretationem Decij, vt sup.

21 Nec omitto aliam interpretationem Steph. Forcat. dial. 49 qui singit, in d. l. fin. alterum obtulisse pecuniam pro re, quam emere volebat: alterum vero, scil. reidominū, se excusare, & vendere nolle: tandemque ob preces volentis emere, pecuniam accepisse, & rem dedisse: vt tunc non venditio, sed mutua donatio resultet, quæ ob easam vocatur. Sed ea interpretatio multa subaudit ad literam vtriusque tex. quo nomine rejicienda est, maxime quod etiam concurrentibus ijs, quæ Forcat. singit, nihil impidebat venditionem resultare. Nec preces alterius id impedirent, cum tandem vendor roganti morem gereret: id enim cōsentire est, imo & maior coactio non tollit nomen actus, nec ipsam voluntatem, si credendum est IC. in l. si mulier, §. ye. ff. quod me. cau.

22 Patet igitur magnam esse difficultatem in intellectu d. l. fin. & conciliacione eiusd. cum d. §. 1. l. 5. ff. de prascr. verb. vt non immerito Budæus inter Celsum & Pau. antinomiam dicere potuisset, cù eadem scire sint vtriusque verba, contrariæ vero decisiones. Cuidifficultati nulla ex tot interpretationibus satisfacit. Ex quo mihi sit verisimile Celsum in d. l. fin. triam iuris subtilitatem respexit-

se, vt alias inquit IC. in l. si tibi pecuniam, ff. si cert. pet. in l. si fundu, §. si pluris, ff. de pignor. in l. si tibi, ff. de dona. in l. 4. § fin. ff. de manumis. & alibi saepe: vt curiosus obseruat Tiraq. de retract. ligia. §. 35. & loff. 1. n. 18. Vnde ex communivl loquendi, raro vel nunquam procedit d. l. fin. & cōmunis interpretatio: agentes enim de emptione & venditione, eo verbo *dandi*, inuicem vtuntur, nec ideo emptio esse definit: Verba enim testatorum & cōtrahentium: (qui sèpius imperiti sunt) ad iuris definitiones trahi non debent, vt prudenter admonet IC. in l. non aliter, §. 1. ff. de leg. 3.

Ex scriptis autem declarationibus cli- 23 genda videtur ea, quam ex Dec. & Cas. retulimus, iuncta consideratione Corras. Quæ tamen vltra eos ex quadam recepta limitatione, maiori autoritate iuuabitur, considero enim ex mēte scriben. eam confirmari, dum communiter intelligūt d. l. fin. in casu dubio, vt litera sonat: secus vbi coniceretur, cōtrahentes agere de emptione: vel vbi verbum *emendi*, seu *vendendi* ab eis prolatū fuiſſet, tunc n. nō procedet d. l. fin. sed vera emptio resultabit, vt sentit Alber. ibi: & apertius Salic. numer. 5. & ibidem Fulgo. numer. 5. dicens itatenere Dd. Et ita ex Bar. & alijs, vt receptissimum refert Iaf. ibi, col. 1 & nouiss. Costal. & nemine relato secure tradit Rip. in d. l. 2. n. 30. in fin. ff. si cert. pet. & ibidem Curt. num. 34. in fin. dicens id esse de mēte Dd. & ibidem loa. Prat. in fin. & Bal. Nouel. in rub. ff. de verb. oblig. num. 39. Ferret. in l. iuris gentium, nu. 38. ff. de pact. Et sic vides hanc limitationem receptissimam esse.

Cauebis ergo ab Alcia. contradicente in comment. de eo, quod inter. numer. 27. Sed magis cauebis ab Hier. Butigc. in d. l. 2. num. 45. ff. si cert. petat. vbi incautecontrarium pro recepto scribit, assérēs communē opin. procedere, & Dd. cōmuniter intelligere d. l. fin. etiā si in conuentione partes vtantur verbo, emere vel vēdere. Sed ex prædictis vides contrariū receptissimum esse, quod ipse agnoscere debuisse: cū referat de hoc se a discipulis admonitum fuisse. Nec obstat argument. Alcia. d. loco, dum. arguit non esse standū nominis à contrahentibus expresso. Respondeo enim id tantum procedere, quado conuentio nomini repugnat, secus autem, vbi conuentio & nomen se

se compatiūtur, vt diximus *inc. præc. n. 2.* Hic vero verbum *dandi*, non adeò repugnat venditioni, vt probauimus *supr. hoc cap. nu. 14. & seq.* Nec erat, cur verbum *dare* (quod ambiguum est) präponderebet specifico verbo *vēdendi* vel *emēdi*, cum in toto iure generi per speciem de-rogetur.

**25** Sic enim rigor & subtilitas *d. l.* communiter limitatur, ne procedat, quando in conuentione exprimitur nomen *precium*, etiam cum verbo *dare*, ex vtraque parte: tunc enim emptio erit, & ita pro limitatione, saluabitur quod Corras. dixit, vbi *sup.* & ita limitat Paul. in *ead. l. fin. num. 4. & ibi Ias. in 3. limitat. col. 1.* & alij, quos sequitur Alex. in *d. l. 2. num. 6. versic. hoc sing.* & ibi Rip. *n. 31. in prin. Alc. n. 24. Parpal. nu. 15.* & si maxime contradicat Butigel. in *d. l. 2. nu. 47.* aliqualiter variet Ias. ibi ad *fin.* vt statim referam. Et pro hac communi limitatione vltra Dd. adduco tex. ita loquentem de venditione, per verba illa *dare & precium in l. conuenit 65. ff. de cont. emp.* vbi melius probatur, quam in *l. 4 ff. de vſur.* quæ adduci solet. Nec recedendum videtur ab hac recepta declaratione, concurrunt enim tūc omnia emptioni apta, & cōgruit, quod de precio inquit tex. in *l. fin. C. de præd. Decu.*

**26** Nec teneri potest, quod Ias. tentauit in *d. l. 2. ad fin. ff. si cert. pet. intelligens hāc limitationem*, quando verba sunt geminata, *pro precio & nomine precij*, quod merito damnat Alc. ibi. illa enim verborum geminatio nihil substantiæ tunc inducit, vt alibi inquit IC. in *l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argent. lega.* Sic etiam *d. l. fi.* limitatur, nisi res esset venalis, quia tunc in terminis *d. l.* resultaret venditio, ex præsumpta mente contrahentium, arg. *l. l. C. de rer. per. cū ijs*, quæ ad eam *l. diximus in l. ca. huius par.* Et colligitur ab Exea de *pact. n. 517.* & tradit Bald. non relatus, in *d. l. fi. col. 2. in l. opos. eiusd. col.* quos libenter sequor, vt restringatur scrupu-losa subtilitas Celsi in *d. l. fin.*

**27** Ex prædictis vero (si cum iudicio ad- uertas) satis liquet, magis esse de mente scribent. vt in prædictis limitationibus prout expresso verbo *emere vel precio*, venditio resultet, etiam adiecta clausula vt dominium transferatur, quia secundum Dd. idem effectus resultabat ex verbo *dare*, & tamen eo non obstante, ita limitant *d. l. vi supra n. præced.* Nec ob-

ligatio transferendi dominium venditioni repugnat, vt *superius* probauimus: quod memoro, vt caueas ab Ias. malè cōtra sentiente in *d. l. naturalis 5. §. 1. num. 4. versi. imò si venditor, ff. de præscrip. verb. & à Rubeo in *l. non solum, §. morte, nu. 365. ff. de nou. oper. nunc.* dum citat *d. l. fin. quasib[us] expressum fuerit verbum *emo**, quod est contra veram & receptam limitationē.*

Materiæ utilitas p̄t̄ermittere nō sinit articulum Præcedentibus consequēte, an quod dictum est de precio, venditione, & que procedat in locatione: in qua idē juris esse receptissimum hucusq; est, cum gl. *l. 5. §. at cum do. verb. si res ff. de præs. verb. per tex.* ibi gl. etiam in *l. si olei, C. loc. gl. in prin. Insti. de loca. gl. in l. 1. §. si quis seruum, ff. de poss. gloss. in *l. 2. verb. merced. ff. de locat.* Bart. & Dd. communiter in *d. locis.* Paul. in *d. §. si quis seruum.* Nouiores Bald. c. Bar. Steph. in *d. prin. Insti. locat.* Anton. c. Adde & Theoph. institutionum paraphrastē ibidem, eiusdem fuisse sententia.*

Gom. de contract. c. 3. nu. 3. Et sic vides receptissimam opinionem, vt merces in pecunia numerata, sit de substantialia locationis, nec aliter locatio dici possit, sicut sine precio in eadem pecunia non dicitur venditio. Pro qua communi opinione principaliter citatur tex. in *d. §. si quis seruum.* Et in *dict. §. at cum do.* qui verē vrgent: à glos. etiam in *dict. §. si quis seruum.* citatur *l. si vir. ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. si conuenerit ff. commun. dinid.* quam etiam ad id citat Balduin. vbi *sup.* & pro eadem opinione ego noue expēdam tex. in *l. 6 ff. de præscripti. verbor. ut infra.*

Quibus non obstantibus verior mihi videtur noua opinio, quam tentauit Ioan. Corras. libr. 2. Miscel. cap. 11. quot autē & qualia nos addamus, peritorum sit iudicium. Probandum est igitur veram locationem dari interueniētē mercēde in quacunque re, non tantum in pecunia numerata: quod necessario euincitur ex *d. l. si olei.* cuius litera stare nequit, si communis opinio tencatur, vt infra addo etiam tex. in *l. & haec distinctio 38. vel secundum Florent. 35. §. fin. ff. locat.* vbi IC. securē inquit, locationem esse in ea conuentione, *Si proponatur inter duos conuenisse, ut alter alterius fundum ita conductum haberet, ut fructus mercedis nomine pensarentur.* Vides ibi mercēde in fructibus nō in pecunia, resul-

tare tamen veram locationem, nec potest cum Glozel ibi præcessisse conuentionem de mercede in pecunia: litera enim planè repugnat, cum refert primā locandi conuentione, non aliam de modo soluendi. Pro hac parte facit text. (qui aliter malè restringetur) in *I. licet, C. de locat.* ibi, *certis annuis quantitatibus*: quæ verba non magis ad mercedem in pecunia, quam in fructibus applicari possunt. Imò si de pecunia tantum ageretur, apertius in singulari starent verba, *annua quantitate*, vt iura solent: id etiam colligitur ex quæstione & decisione text. ibi agentis de sterilitate fructuum. Et ita in mercede fructuum loquitur tex. in *I. excepto, C. eodem*, licet gloss. & Dd. violent. Contra communem etiam vrget tex. in *I. si merces, 25.* secundum Florent. vel 28 *si vis maior.* ff. locati. vbi IC. locationem appellat, tam in conducente ad pecuniam, quam ad quotam fructuum, licet gloss. & Dd. cauillentur: ad idem etiam induci potest text. in *§. adeo Institu locati.* ibi, *quandiu pensio siue redditus præsentur.* Vbi de emphyteusi dubitatur, an ex pensione in pecunia diceretur venditio, an ex mercede in fructibus diceretur locatio: & sic presupponit text. non esse substantiale, nec necessarium ad locacionem, vt merces sit in pecunia numerata. Pro eadem parte contra communem retorquo d. l. si vir 52. ff. de donat. int. vir. & uxor. ibi enim IC. in locatione mercedem requirit, non pecuniam, idq; magis significat, cum distinguit inter depositum & locationem, differentiam enim tantum constituit, an gratis, an cum mercede fiat.

- Pro eadem parte similiter retorquentur alia iura à glof. & Dd. malè citata. IC. enim in d. l. 2. ff. locati. & Imper. d. princ. Inst. 10. dum ponunt similitudinem locationis & venditionis, diuersis vocabulis vtuntur, dicentes, quod sicut veditio sine precio stare non potest, ita locatio sine mercede: & sicut in venditione certum precium, ita in locatione certa merces requiritur. Ex qua traditione iudicio meo satis euincitur contra glof. & omnes similitudinem horum contratu non in eo stare, vt in vtroq; necessario requiratur precium in pecunia numerata, sed potius locationem non dari si gratis fiat, necessariamq; in ea mercedem esse, sicut in venditione preciū ne-

cessariū est: & sic in locatione iura tantum requirunt, ne gratis fiat, non vero certā mercedis qualitatem. Si autem in locatione precium in pecunia numerata necessariū foret, repeterent quidem iura illa idem verbum *precium*, quo in venditione vtuntur, iuxta vulga. si idem, C. de condit. quæ inductio magis vrgebit ex verbis *I. fin. C. de præd. decur.* vbi dicitur verbum, *precium*, tantum ad venditionem referri, non ita necessariò ad alias conuentiones, quod falso dictum maneret, si vera esset communis opinio, in locatione pecunia numerata requirens.

Quo sensu similiter accipiendus est Vlpia. in d. l. si conuenerit, 23 ff. communis diuid. vbi agit de socero & genero, inter quos conuenerat, vt alternis annis fructus perciperent: & eodem modo de sociis ita inter se conuenientibus, quæ actio tunc detur, si alter alterum impedit, vel faciat, vt fructus sequentis anni corrumpantur, & respondet IC. *puto magis communem diuidendo iudicium, quam ex conducto locum habere, quæ enim locatio est, cum merces non intercessit?* Putant gloss. & Dd. IC. illis verbis respexisse axioma *supr. reiectum*, quod locatio sine mercede in pecunia non detur. At IC. verius respexit in tali conuentione deficere mercedem in locatione necessariam: ibi enim neuter ex contrahentibus pro suo tempore aliquid alteris soluebat, nec alter alterum magis dominum recognoscerebat, ideoque agi non potuit ex conducto vel locato: non autem quia merces non esset in pecunia, iuxta *supr. probata*.

Mihi etiam pro hac parte contra communem nimis vrget, quod iura in materia locationis, nunquam requirunt mercedem in pecunia numerata, sed tantum mercedem: quia gratis non dicetur locatio: imo in eodem tractatu locationis iura aperte & securè agunt de mercede in fructibus, & ita non est credendum, si pecunia numerata in locatione necessaria esset, iuris conditores id in tractatu locationis omissuros fuisse: satisque omissum censeri debet, cum speciatim non exprimitur, & consequenter præcipuum fundamentum communis opinionis tantum sumitur ex iuribus ex tractatu locati & conducti, in quibus principaliter de alia re agitur, non de explicanda natura, & substantia locationis.

locationis, quod doctos & prudentes non parum mouere debet.

<sup>32</sup> Tandem redeundo ad d.l. si olei, C. locati. necessario ex ea deducitur haec opinio: verba autem l. ita habent: *Si olei certa ponderatione fructus anni locasti, de contractu bona fidei habito propter hoc solum, quod alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet.* Vides ibi locationem non in pecunia, sed pro quantitate olei: vides contractum bonae fidei, & plane locationem dici, & ab ea recedi non posse: quæ omnia veram locationem necessario exprimunt. Gl. enim & Dd. retinentes opinionem suam *sup.* reiecam, respondent text. impropriæ loqui, qua responsione facile erit omnia iura negare. Imo licet ea impropriatio, quo ad verba, admittatur, nunquam Dd. effugient, cum tandem ea l. conventionem illam appellat bonæ fidei, quod non diceret de cōtractu innominato, vt gl. & Dd. male accipiebant, quæ induc̄tio adeo Dd. pressit, vt Bart. & alij confugiant ad miseram diuinationem, quod res ibi exposita fuerit locationi, atque ideo contractus locationi similis maneat, sicut de re venali habetur in l. 1. C. de rer. perm. quæ id nullatenus probat, nec ita extēdi debet, vt deduxi in 1. cap. huius par. nec patitur litera d. l. subauditionem illam de re locationi exposita, vt agnoscit Fulgos. ibi respondens ex diuersa litera, quæ hodie reperitur in libris emendationibus, bona fide, nō bonæ fidei. Sed Dd. cauillationes magis tolluntur ex eo, quod d.l. principaliter decidit, non posse ab eo contractu recedi, quod indicat locationem esse, si enim fuisset contractus innominatus, liceret pœnitere, & ab eo recedere, iuxta reg. leg. si pecuniam ff. de condit. ob caus. Nec toleranda est misera alia diuinatio, ad quam confugiunt Bar. Angel. Bal. Salic. Fulg. respondentes, ibi rem non fuisse integrum, sed oleum ex parte conducentis solutum: quam cauillationem sequitur etiam Alex. in d. leg. si pecuniam, numer. 8. Ias. col. 3. num. 4. quod planè est destruere literā, non interpretari. Item tex. loquitur de locatione vnius anni, & mercede in ponderatione olei, quasi oleum esset de fructibus rei locatae: & ideo non est vero simile, quod solutio iam facta esset, sed potius re integra quærebat an à cō-

uentione recedi posset, quod lex negat: necessario præsupponens locationem esse, quæ consensu perficitur, quo fundamento tex. ibi vtitur, non autem quod res integra non esset, vt Dd. malè diuinabant, in quas angustias se immersos fatentur ex eo, quod impossibile putabant veram locationem dari, sine mercede in pecunia numerata, & ita magnus Bar. ibi fatetur se aliter l. illam defendere non posse, libenter vero contrarium probaret, si asseditus esset, sine pecunia ex alia mercede locationē consistere, vt fatis *sup.* probauimus Sali. aut ē (cuius lectura in Bal. transcripta fuit) in d.l. si olei, respondebat locationem dici etiam sine pecunia, quando merces constituitur ex fructibus colligēdis ex relocata. Et ita Loriot. neminem referens de palt. Axio. 129. Sed haec traditio iure non probatur, maximè cum d.l. si olei. indistinctè loquatur, & tex. in d. §. vis maior. l. si merces, vt non liceat restringere ad fructus rei locatae.

Vides igitur hanc nouam sententiam <sup>33</sup> multis iuribus & fundamentis probabiliorē, vt ira ferenda sit qualis qualis responsio, ad fundamenta communis opinionis, fateor, amen pro communi vngere verba d. §. si quis seruum l. 1. ff. de pos. & l. 5. §. at cum do. ff. de præf. ver. licet Corras. vbi *sup.* nullam difficultatem ex illis iuribus resultare putet, facilè uno verbo respondens pecuniam ibi accipi pro quacunque re, non vero stricte pro pecunia numerata, ex Vlp. & Pau. in L. pecunia, 178. & 222. ff. de verb. signi. vbi id traditur non tantum referendo ad antiquitatem, sed etiam ad intellectum legum, conventionumque & testamentorum. sed duriuscula videtur ea interpretatione, cum ICti simpliciter pecunia non minantes, de pecunia numerata intelligere soleat, l. singularia (cum aliis) ff. si cer. pet. Bar. in l. talis scriptura. ff. de l. 1. aliud autem fit per extensionē le. 1. §. fin. ff. de const. pecu.

Ego separandum puto d. §. si quis seruum à d. §. at cum do. & l. add. §. si quis seruum, aduerto IC. in §. præced. tractasse, si Balneatori vestimenta seruanda dentur absq; mercede, actionem depositi competere: si cum mercede, ex conducto agi. Deinde in d. §. tradit, si dominus seruum in pistrinum custodiendū coniecerit, mercesque interuenierit, ex parte domini &

pistrinarij, ex locato & cōducto agi posse: & sic cum declarat principaliter, quid locatio sit, non loquitur per verbum, pecunia, sed per verbū *merces*. Deinde subdit, quod si opera serui cum custodia compensabantur, quasi genus locati & conducti interuenit, sed quia pecunia non datur, prescriptis verbis actio competit. Inde igitur colligunt glo. & Dd. axioma *supr. reprobatum*, sed cum tot iura obstant, magis tolerari debet responsio Corrasij, ut verbum *pecunia*, non maiorem vim habeat, quam verbū *merces*, in eodē tex. prolatum. Aduerto enim IC. proximè de mercede locutū, dum principaliter *contractum* nominabat: ideoque non est diuersa doctrina colligenda, ex verbis postea minus principaliter ad eam rem prolati, tandemque dicendum est in 2. casu cōtractum esse innominatū, nō locationis, quia serui opera mercede propriè nō inducebāt. Custodia enim serui eius operis æquivalere censebatur, & sic ex neutra parte merces accedebat: ideoque deficiente mercede, nō potuit vera locatio resultare, secundum iuris regulas, non vero ex eo, quod merces non esset in pecunia numerata, vt gl. & Dd. intelligebant: quæ interpretatio alibi non tradita, magis è mente IC. videtur, nec viris emunctæ naris fortasse displicebit.

34 Magis obstat tex. in d. §. at cum do. cuius verba habent, At cum do ut facias, si tale sit factum, quod locari soleat, pura, ut tabulas pingas pecunia data, locatio erit, sicut superiori causa emptio: si res sit, non erit locatio, sed pascetur vel civilis actio, in hoc, quod mea interest, vel ad repetendum, condicō. Quæ verba ingenue fateor nimis pro cōmuni opin. vrgere, cum IC non solum in locatione pecunia requirat, sed addat: vt superiori casu in venditione, in qua certissimum est pecuniam numeratam requiri, & ita videtur reiici solutio Corras. intelligentis *pecuniam* pro quacunque re. Sed pro sustinenda veritate, oporet similitudinem. illam accipi non per omnia, vt alias accipitur in l. 1. cum ibi notatis. ff. de l. 1. & sit sensus, quod sicut ex re & pecunia resultat venditio, ita ex pecunia pro facto quod locari folet, resultat locatio, non quod de substantia, pecunia numerata ad locationē requiratur. Id enim principaliter non tractat IC. ibi, petendumq; est ex tract. de locato.

Sed replicari poterit pro communi, ex alia inductione, cui non satisfacit Corr. Gl. enim & Dd. arguere videtur ex alijs verbis tex. ibi, Si res sit, nō erit locatio, quæ accipiunt ad differentiam pecunie, vt sit sensus, data pecunia numerata, esse locationem: data alia re, contractum esse innominatum. Ego vero nec ob id recedendum puto à veritate semel probata, consideroque ea verba accipienda non pro differentia mercedis in pecunia vel in alia re. *Pecunia* enim præcedebat in ablativo casu, quo etiam repetitio fieri debebat, quo ad aliam rem, si id thēma retineretur. Ita enim docet ratio recti sermonis, & ita bene sentientes agnoscunt, vt scilicet secundum sensum gl. & Dd. ductus orationis ita concipi deberet, *pecunia data locatio erit, re alia data non locatio*, &c. Cum autem IC. subdat in nominatio easu, si res sit, intelligo magis ea verba referri ad differentiā facti vel rei in locationē deductæ, quam ad mercede ipsius, vt sic IC. differentiam constituant inter factū & rem, vt locatio sit, data mercede profacto, quod locari soleat, non ita si pro re merces detur. Quæ traditio IC. obscurissima est, nec à me plana reddi potest, satisq; est, vt ad rem, de qua agimus, aliqualiter ostendatur, verba illa IC. non ex primere, quod Dd. colligunt, maxime cum insignis Paul. Castr. ibidem afferat literam esse difficillimam & tenebrosam, adeo quod putet, si IC. reuinisceret, non posset literam sustinere, & ita nouiores ibi agnoscunt.

Quibus in angustiis putabant ea verba intelligenda, vt differentiam constituant inter factum locari solitum, & aliam rem, quæ non tam aptè locari dicatur: Quamuis etiam gratis fieri non soleat, vt scilicet priori casu facti sit propria locatio, in secundo rei, non ita, sed contractus innominatus: Exemplumque sumi potest ex l. solent 16. ff. de præscr. verb. vbi IC. agit de iis, qui dominis seruos fugitiuos indicant, eosque dicit indicationis mercedem accipere solitos, & tamen non resultare tunc locationem, sed contractum innominatum. quod nemo in tanta difficultate hucusque aduertit. Sed hæc alias latius, ad rem enim nostram sufficiat ostendere non probari ex d. §. pecuniam numeratam esse de substantia locationis. Illud tamen non omitto, difficilia verba

d. §. non esse accipienda, quasi in facto solito locari, data mercede, at locatio, nō ita in re locari solita, vt verba sonare videntur. Contrarium enim verius est, prout in vestibus, prout in scāenicis, vel alijs rebus ad hominum lusus locari solitis: In his enim mercede data locatio est, vt probat tex. in §. fr. Inst. de locato. & in l. sed & si quid 19. ver. sed an locare. ff. de rufusfruct.

36 Retenta autem hac sententia contra communem, ne pecunia numerata sit de substantia locationis, restat respondere ad tex. à me noue adductum in l. insulam 6. ff. de prescrip. verb. in quo pro communi subtilis inductio latet. Habet n. IC. ibi, Insulam hoc modo vendidi, ut alia reficeres: Respondi non esse venditionem, sed ciuii actione incerti agendum. Vides ibi insulam datam, ut alia reficeretur, locationem tamen non resultare, sed contractum innominatum: vnde videretur induci posse pro communi, locationem non fuisse, eo quod merces in pecunia numerata non fuerit: maxime attenta recepta reg. quae ex ea l. colligitur, ut nomen à partibus expressum non attendatur, sed qualitas conuentionis. Sed pro veritate suppositionis supra probata responderi posset, quod IC. ibi principaliter intendit, non esse attendendum nomen conuentionis à partibus expressum. Quod si instes, non debuisse IC. tunc dicere, ex ea conuentione resultare contractum innominatum: Respondebitur forsitan ex nomine venditionis à contrahentibus expresso colligi, eos de locatione non agere, & ideo in dubio censemur cōtractus innominatus, iuxta l. 1. versic. quoties, ff. de estimat. action. cum supradictis ad l. fi. ff. de cond. obcausam. vel noue dici poterit in ea l. non resultasse locationem, quia non constabat artificem esse eum, qui ad refectionem insulae obligatur. Si autem hoc diuinatorium dicas, replicabo, non minus diuinatorium esse intelligere, quod artifex esset: replicabo item multo maiorem esse numerum non artificum. Si etiam instes, ad quid ergo obligabatur, si artifex non erat? Respondebo eum obligari ad reficiendum per artifices, cura & expensis propriis, vt in multis experientia docet, & alibi sentit IC. si bene intelligatur, in l. II. quae incipit, fideicommissa. §. ult. in

fin. ff. de lega. 3. Apud Lusitanos vero tutior erit noua illa sententia, vt locatio dicatur, etiamsi merces non sit in pecunia, ex clara Ordinatione lib. 4. tit. co. §. pen.

Vides igitur in ea re multa iura noue explicata, plures difficultates enodatas. Cuius investigationis effectus non leuis est: nam si locatio fuerit, actio bonae fidei erit: si contractus innominatus, stricti iuris, iuxta §. actionum, cum materia Inst. de actio. Sic etiam si locatio fuerit, non licebit poenitere, sed consensu perficitur: in contractu autem innominato ante implementum poenitere licet, d.l. si pecuniam l. iuris gentium in princip. ff. de pacē. Sic etiam ad remissionem pensionis, quae ob sterilitatem in locatione conceditur: in contractu innominato non ita in iure reperitur, secundum Cur. in l. 2. num. 21. ff. sicut pet.

Sed pro utili Rub. ornamento circa venditionem superius tractata sufficient: quo ad eam verò rescindendam, iam add. ipsam 2. (Deo auspice) progrediamur.

L. 2. Imp. Diocle. & Maxi. AA. &  
CC. Lupo.

Rem maioris precij si tu vel pater tuus minoris a diltraxit, b humanum est, vt vel premium te restituente emporibus, fundum venundatum c recipias, autoritate iudicis intercedente: vel si emptor elegerit, quod deest iusto precio, recipias. Minus autem premium esse videtur, si nec dimidia pars d(veri) precij soluta sit.

a Al. minoris precij diltraxisti. b Al. distracterit. c Al. venditum. d Deest in quibusdam. Al. Insti.

## PRIMA PARS L. II.

C. derescind.vend.

## CAPUT I.

## S V M M A R I V M .

- 1 Referuntur quam plures materiam huius l. tractantes.
- 2 None contra omnes probatur hanc l. nouū ius induxisse, & inde multa iura expli- cantur, usque ad n. 7.
- 3 Contra gloss. & omnes explicatur l. si quis cum aliter, 2. par. ff. de verb. obl.
- 4 Agitur de intellectu iex. in l. res bona fide, ff. de contrah. empt.
- 5 Explicatur s. fin. l. iure succursum, ff. de iur. do. & n. 11.
- 6 Viciter tractatur, an coniugi læso in estimatione rerum dotalium succurratur, etiam si læsio modica sit, usque ad numer. 14.
- 7 Agitur de ratione specialitatis, cur in estimatione rerum dotalium etiam minor læsio emendari debeat, & n. 16.
- 8 Explicatur, quo remedio læsio tunc emen- dari debeat, & n. 18.
- 9 Infertur ad alia iura in q. hæredis ven- dentis ex iussu testatoris.
- 10 Explicatur l. Lucius, ff. famil. ercif.
- 11 Explicatur l. si ea pactio, C. de usuris.
- 12 Traduntur aliqua in terminis huius l. sci- tu digna, contra Molin. usque ad n. 24.
- 13 Agitur de intellectu l. scio, ff. de in integ. restit. & traduntur multa utilia usque ad n. 27.
- 14 Declaratur, quæ læsio indigna sit restitu- tione.
- 15 Agitur de intellectu tex. in l. 3. C. ex quib. cau. maior. usque ad n. 31.
- 16 Exactissimè tractatur de intellectu §. idem Pomponius, l. in cause, ff. de minor. & traduntur plurima scitu dignissima usque in fin.

**D**ecisionem huius l. celeberrimā, & usu forensi frequentissimā vere asserunt scriben. omnes eāque honesta dote ornarunt gl. Cyn. Bar. Bal. Sali. Fulg. Pau. hic: non minus etiam Rom. Alex. Aret. Ias. Claud. post Bar. in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. De materia etiam non pauca tra- dunt Anton. Burg. & Aug. Bero. post

Imol. & Panormitan. in cap. cum dilecti. & cap. cum causa de empt. & vend. plenius autem cæteris duo repetentes hic Pan- tal. Ciem. & Hieron. Cagncl. nonnulla etiam transcripferunt Fabian. & Ant. Gom. ille in tracta. de empt. & vend. quæst. 8. hic in lib. de contra. ca. 2. Aliqua etiam in materia tradit Matth. Afflict. in cap. 1. de feud. dat. in vim, l. commis. non pauca etiam tradit Molin. de commer. q. 14. à nu. 170. ad n. 184 & in aliis locis eiusd. lib. Multi- ta etiam non vulgaria tradit celeberrimus Doctor veneradus preceptor meus M. Azpilcueta Nauarrus, in cap. nouit. 6. notab. à nu. & 6. usque ad si. de iud. docte & utilitate D. Couat. à Leiuia lib. 2. resol. c. 3. & seq. Aliqua etiam tradit Steph. For- dial. 1: 10. Rebuff. in 2. tom. ad II. gall. pag. 179. cum seq. & M. Mant. lib. 1. locor. cap. 6. Alios etiam minutula & particularia ad hanc l. tradentes, in eius discursu refe- ram. Post tot autem viros doctissimos non deerunt, qui putent, non tam scri- bendi iā, quam transcribendi locū re- licitum: qua nota etsi plures ijdemque non incelestes authores teneantur, res ipsa (Deo duce) ostendet, quam à natu- ra mea transcribendi vitium abhor- reat.

Ante alia ad fundamente cog- nitionem & intellectum plurimarum legū, offert se inuestigatio alibi fortasse numquam audita neque scripta: quæ li- cet in fronte Scholasticis tantum theo- ricam, subtilitatemque promittere vi- deatur, in recessu tamen & practicis uti- litatem afferet. Ea igitur est, an hæc l. nouum ius introduxit, & an tempore ICtor. quorum responsa extant in pan- dectis, notum fuerit remedium huius l. succurrentis contrahenti læso vltra di- midiam iusti precij? Ex mente autem omnium scribent. aperte colligitur eos sine dubio intelligere, hanc l. nouum ius non attulisse, sed ICtis antea cog- nitum. Vnde saepissime omnes scriben- tes tanquam concordantem principali- ter citare solent, l. si quis cum aliter 36. ff. de verb. oblig. alij etiam citant. l. res bona fide. ff. de contra. empt. alij l. iure succursum. ff. de iure do. De quibus & aliis inferius ordinatim agemus, ostendendo nihil minus ea iura respexisse, quam decisio- nem huius legis.

Ego contra gloss. & omnes hucus- que scribe. verissimum credo, Dioclet. & Ma-

& Maxim. Imperatores, nouè hoc ius induisse, ac proinde ICtis (quorum responsa in libris digestorum habemus) nullatenus hoc remedium cognitum fuisse: ut hinc multarum ll. verus sensus appareat. Id autem mihi verisimile fieri incepit: quia diligētius aduertēs adiura, quae Dd. citant, comperi nihil in eis de remedio huius l. sanctum. Aduerteā etiam in responsis ICtor. nullum extare verbum, quo certa lēfionis quantitas distinguitur, ut hæc l. noue constituit. Sic etiam expendebā, in titul. seu tracta. proprio. ff. de rescin. vend. nullum huius rei vestigium reperiri. Considerabam item tam infligēnem iuris decisionem, si eo tempore extitisset, perspicue exprimēdam fuisse: cum ICti ipsi ita admoneant in ijs, quæ notabilia sunt, ut supr. ad alia dixi in rub. per tex. in l. itē apud Labeonem, §. ait prætor. ff. de iniur. vers. ea enim. Ad hæc ponderabam, nec in constitutione aliqua alterius principis mentionem haberi huius remedij & electionis, nisi in cōstitutionibus eiusdem Diocletian. huius l. authoris, vt diligens lector comperiet ex l. si voluntate, infr. eo. in fin. & id etiam probari putabam ex verbis huius l. dum ad hoc sola æquitatem & humanitate fundatur, non obscurè significans diuersum ius antea fuisse: & iuxta ea, quæ scripta erant, nullum remedium lēfis in precio cōpetere: quæ inductio fortius vrgebit, attenta recepta traditione Dd. circa æquitatem & ius scriptum in l. placuit, C. de iud. in l. I. C. de leg. & alibi sāpe.

Ad eandem suppositionem, vltra præcedentes considerationes, contra glof. & omnes scribē. iam videbam manifesta verba IC. Vlpian. in l. in causæ. la. 2. (quæ est 17.) §. idem Pomponius, ff. de minor. qui ab omnibus in hac materia vbiique adduci solet: Vlpian. enim cum Pompo. indistincte ait, in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire. Quæ verba non admittunt commenticias subauditiones, extrariasque restrictiones Dd. ea limitantium ex decisione huius l. quod magis constabit dum infr. verum sensum d. § explicabo. Idem non obscure confirmat IC. Pau. in l. item si precio, 25. alias 22. §. vlt. ff. locat. vbi eadem verba extensus ponuntur, vt licet indistincte, quod pluris est minoris emere, vel è cōtra, quod minoris sit pluris vendere. ita in locationibus

& conductionibus. Quæ verba (si verum amamus) non admittunt violentam Dd. limitationem: imò si cum iudicio aduertas, non videntur ICti tam indistincte & geminatè id circa precium tradidisse, nisi ad significandum quod eo tempore ex lēfione quantumcunque maxima, nullum remedium praestabatur ad contractum rescindendum: de minore enim lēfione non tanta erat dubitatio, nec opus erat tot verba effundere, arg. l. scio, (de qua infra) ff. de in integr. resti. Idem colligitur ex IC. Hermogen. in l. & idem 26. alias 23. ff. locat. cum habet, prætextu minoris pensionis si nullus dolus aduersarij probari posset, rescindi locatio non potest. Expendo verba illa minoris precij: quæ huic lēfioni congruunt secundum verba huius l. ibi, maioris & ibi minori. Expendo etiam in ea l. negatiuam ante verbum potest, vt glo. & Dd. vtriusque iur. sāpe arguunt. Expendo magis naturam vniuersalis negatiuæ iuxta l. si is qui ducenta, §. vtrum ff. de reb. dub. fulcitur inductio earum ll. ex alia eodem tit. ff. loca. l. si decem: vbi agitur de errore in dimidia, per eadem verba pluris & minoris, vt liqueat ICtos sensisse de qua cuncte etiam maxima lēfione: & tantum excipitur conductio uno numero facta, quia hæc magis donationis iure censetur: l. si quis conduixerit 49. vel secundum Florent. 46. ff. locat. l. si quis ante ff. de acquir. poss.

Idem colligi potest ex Vlp. in l. à diuo 5  
Pio, §. si pignor. ff. de rā ind. vbi IC. indistincte & verbis magis dilucidè tradit non posse quem rescindere conuentionem vel acceptationem alicuius rei vel summae, pro re vel quantitate sibi debita, etiam si longe minus acceperit. Circa quem tex. Dd. anxie torquentur quo ad alia, speciatim vero quo ad materiam huius l. agnoscentes ex verbis IC. ibi, lēfionem etiam maximam contineri: ideoque mirantur, quomodo ibi secure & indistincte recursus lēso negetur: quod putant aduersari decisioni huius l. adeo, vt Rom. & aliqui ad id confugerint, vt dicatur ibi speciale ius esse ob authoritatem iudicis in eo actu interuenientis, vt per Ias. ibi, nu. 3. Non enim assecuti sunt IC. ibi loqui secundum sua tempora, quibus remedium huius l. incognitum erat. Sed de illo tex. alia inferius trademus in q. transactionis.

6 Tandem hæc inaudita sententia mihi satis probatur ex Cic.lib.3.offic. dum refert vafram calliditatem Pythij venditoris, qui Caninium Equitem Romanū circumuenit, steriles & nullius ferè precij hortos, fertilissimos & magni precij esse persuadens, & illos ita ei vendens, quo nomine nullam actionem nullumque remedium emptori læso fuisse apertere sentit Cicero: subdens, quia nondum Gallus Aquilium de dolo formulæ pertulerat: & ita euidenter probat ex læsione quantumcumque maxima, cessante dolo, etiam suo tempore ius ad rescindendum non dari. Ex verbis autem Ciceronis satis colligitur, in casu quem refert, emptorem læsum fuisse longè ultra dimidiā iusti precij, tantumque ex dolo & machinatione succurri posse, quod etiā colligi potest ex l.quaro 40 ff. de acti.emp. & l. si vina. ff. de pericul. & commo. rei vend.

7 Nemo igitur iuris vel rationis peritus, inauditam nostram sententiam reiciendam putabit, cum tot iuribus, totque fundamentis probetur, ut sic contra gloss. & omnes hucusque scribent. maneat, ex constitutione hac Diocletiani nouum ius inductum fuisse, quo læsus ultra dimidiā iusti precij auditatur, electione aduersario data, ad supplendum quod iusto precio deest, vel ad rescindendam conuentionem, & repetenda ea, quæ utrinque data sunt. Id autē ius incognitum fuisse IC. quorum responsa in pandectis extant, quæ indistinctè omnem læsionem in precio absque rescisionis remedio relinquebant: ut aperte significant ll. sup. adductæ, dum indistinctè habent, ex circumuentione in precio, recursum læso non dari. Vnde apparet ratio, cur in tractatu vel titulo, ff. de rescind. vend. nulla mentio, nullumque vestigium huius rei habeatur. Inde etiam eleganter colligitur, cur tantum interueniente dolo ICti distinxerint circa quantitatem, ut in l. si oleum 10. §. fin. & l. sequ. vel secundum Florenti. l. si quis affirmauerit. 9. §. fin. ff. de dolo: quasi cessante dolo non esset differentia inter magnā vel paruam læsionem. a Vereor tamē ne a Sepe sapius id tum in hac iuris disciplina, tum in aliis omnibus scientiis, magna cum Rep. pernicie contingit, quod etiam mirè expressit Horatius in hunc modum, alibi canens.

Recte nec necrum fl. resq. perambulet Attæ Fabula si dubitem, clament periisse pudorem Cuncti penè patres: ea cū reprehendere conerunt Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit: Vel quia nil rectū, nsi quod placuit sibi, dicunt: Vel quia turpe putant parere minor b. & quæ Imberbes didicere, senes perdenda fateri. ex tenebris inueterati erroris, plures fortasse nouam veritatis lucem agre sustineant.

Qua veriori sententia retenta, nihil obstatunt iura, quæ à gloss. & Dd. in contrarium citari solent: & primo d. l. si quis cū alter 36. ff. de verb. oblig. quæ duas partes habet. In prima agit IC. de dolo proprium, qui tempore contractus interuenit, cui dolilexceptione succurritur In secunda parte subdit IC. Id ē iuris esse, & si nullus dolus stipulatis intercesserit, sed res ipsa in se dolū habeat: cū enim quis petat ea stipulatione, hoc ipso dolo facit. Putarunt hucusque glo. & omnes Vlpianum in d. 2. par. respexisse ius huius l. & inde apud omnes inualuit frequenter allegatio d. l. qua læsionem ultra dimidiā, appellant *dolum res ipsa*, ad differentiam doli ex machinatione. Ego verius puto Dd. cum gloss. ad verb. ICti hallucinatos fuisse, nihilque minus ICtum in l. ea sensisse, quā de remedio huius l. quod euincitur ex eodem Vlpian. & alijs ICtis in locis *sup. citatis*, dum aperte & indistinctè tradūt, læsis in precio nullatenus succurri, nec dolum ex sola læsione cēseri. Sed magis id ostenditur ex eadem l. in d. 2. par. dum habet dolum tempore conuentionis non fuisse, solumq; versari, cum postea ex ea stipulatione agitur: quod manifestè indicat, verba IC. ad decisionem & remedium huius l. nullatenus applicari posse: hic enim fraus & læsio non dicitur, nec attenditur, nisi ex tempore contractus, non ex eo, quod postea succedit, l. si voluntate, infra eodem, cum alijs. Verus ergo sensus d. l. est, quod in utraque eius parte, agens dolo erat: in prima vero, fuerat dolus à principio conuentionis: in secunda tempore iudicij. Ideoque pariter doli exceptio aduersus agentem datur. Exemplum autem secundæ partis facile colligitur ex l. 1. ff. de condic. sine can. melius vero ex l. 2. §. circa ff. de dol. exceptio prout quando aliquid promissum vel conuētum fuit ob certam causam postea deficientem: tunc enim in contractu nulla fraus interuenit: dolose autem ex eo

ex eo ageretur, causa non secuta. Et ita vides IC. in d. l. nihil sensisse de remedio huius l. nec ullum tradere vlla ex parte huic simile. Et consequenter corruit frequentissima allegatio dictae legis, patetque eam non intellectam à gl. & omnibus ibi: à glo. & omnibus hic: à glo. & omnibus in c. cum dilecti, de empt. & vendi ab Azo. in summ. huius tit. In quo speciatim reprehendi possent quotquot huc usque in iure scripscrunt: nemo enim agit de materia huius l. nemo ex facto consultus respondet, qui statim non citet d. l. si quis cum aliter. quasi concordantem huic l. 2. cum nihil minus IC. ibi senserit, nec sentire potuerit. Et ultra iam citatos in eo errore ex nouioribus sunt, Costal. in annot. ad d. l. in cause. §. pen. ff. de minor. & l. iure, ff. de iur. dot. & Hicro. Verius in Rubr. ff. de verb. oblig. num. 361, Loriot. de pac. Axiom. 91.

9 Ex eadem probatione infertur ad tex. ad l. res bona fide, § 4. ff. de contrah. empt. vbi IC. Paulus habet in haec verba. Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet. Gl. ibi retinens opinio. illam sup. à me reiectam intelligebat eam l. secundum hanc, vt scilicet IC. senserit distinguendum fore inter modicā & magnam laesione in precio; & ita cū glo. Dd. ibi: & Connan. d. l. 7. ca. 9. Sed ea interpretatio necessariò corruit ex iuribus sup. deductis, quę eo tempore ostendunt remedium huius l. cognitum non fuisse: nec à contrario sensu id colligendum erat ex d. l. obstantibus alijs. Verba etiā eiusdem l. non congruunt venditori laeso in precio, vt gloff. & Dd. accipiebant: illud enim verbum causam, precio applicari non solet, maximè stāte l. si quis donationis, 38. ff. de contrah. empt. Nec ibi vllamentio habetur certae quantitatis, nec electionis, de quibus principaliter, & speciatim loquitur haec l.

Verus igitur sensus d. l. videtur, quod ibi nullus fuerat dolus ex parte vendoris: emptor autem volebat, vt emptio irritaretur ob leuem causam, id vero ei negatur: quia cessante dolo vendoris, si vlla imminutio reperiatur in re, non rescinditur contractus, sed tantum datur actio, quanto minoris, l. quotiens, 61. ff. de edil. edict. l. Julianus, 14. ff. de actio. empt. in specie autem exemplū assignabitur ex l. quod ad seruitutes, 75. ff. de euict. quādo res patitur aliquā seruitutem: cum gl. & Dd,

in l. stipulatio ista, §. si quis fortè, verb. habuit. ff. de verbis. obliga. Cagnol. hic. nu. 173. Sic etiam sumitur exemplum ex l. domū, 57. ff. de contrah. empt. vbi ob magnam rei imminutionem, receditur à vēditione, non aliter tamen, quam cum declaratio- ne de qua ibi.

Infertur similiter ad l. iure succursum. 10 7. in fin. ff. de iur. do. cum qua adducitur l. si res, 13. §. l. eod. titul. que iura ad ampliat. huius leg. quasi similem decisionem habentia citat Fulg. hic col. 2. num. 4. Rom. in leg. si quis cum aliter, numer. 20. ff. de verbis. oblig. & ante eos glof. in l. 2. verb. dolo, C. de actio. empt. & sic intelligunt in d. iurib. agi de laesione hac ultra dimidiā, & laeso succurri simili remedio huius l. In quo circa illa iura mira repe- ritur scribentium varietas, vt statim re- feram. Sed interim ad articulum sup. tractatum prius aduerto in d. l. iure suc- cursum, §. fin. id tantum haberi, si in dote danda circumuentus sit alteruter, etiam ma- iori annis 25. succurrendum est. Vides ergo verba IC. ibi nec in expressione laesio- nis, nec in qualitate remedij rescissoriū exprimere decisionem huius l. Congruētius autem aliqua similitudo consi- derari posset in d. l. si res, vers. enimue- ro, dum ait. Si in aestimationis modo circum- uenta est, erit in arbitrio mariti, utrum iu- stam estimationem, an potius rem præstet. Sed nec ibi exprimitur quantitas lae- sionis, nec regula constituitur, cum de dote alias species extensio iuridica non sit. Item verba d. §. de circumuen- tione, à nonnullis pro dolo accipiuntur, vt sic nullo modo ex illis iuribus elici possit remedium huius l. eo tempore fuisse.

Circa intellectum vero dd. §§. ad ca- 11 sum dotis, variat l. glo. ibi, modo intelli- gens coniugem circumuentum dolo al- terius coniugis, modo re tantum laesum absque dolo alterius. Variat etiam ali- ter, modo intelligens laesione fuisse in danda maiori quantitate dotis, modo in aestimatione rerum dotalium: Aliter etiam variat circa quantitatē lae- sionis, modo intelligens de excedente di- midiam iusti precij, modo de minori laesione: Nec minus variant Dd. vt col- liges ex relatis à Cagnol. hic nu. 62. usque ad num. 64. qui rem parum explicat. Ego aduerto eam varietatem aliquo colore excusari posse: ad d. §. fin. l. iure succursum, cuius

cuius verba ambigua sunt, ut *supr.* retuli: non ita *in d. §. I. si res*, cuius verba plane de aestimatione rerum agunt.

Aduerito etiam quod Fulg. *hic num. 2.* *in fin. cum seq. secure citat d. §. fin. l. iur. succursum*, quasi loquatur de uxore laesa in danda ampliori dote: ita plures relati à Cagnol. *d. loco.* idem è conuerso intelligentes, si vir laesus fuit ex minori dotis quantitate: sed tunc requirunt laesionem ultra dimidiam condigne dotis, iuxta terminos huius leg. quod inferius magis explicabitur. Interim verò contra Fulgos & alios aduertere violentum & diuinatorium esse, intelligere iura illa in hac laesione ultra dimidiam iustæ dotis, cum IC. ibi nihil de certa quantitate distinguat, nec alibi unquam, ut *supr.* probauit. Nec videtur vera horum traditio generaliter loquentium, quia in iure specia-liter minoribus 25. annis ex laesione in quantitate dotis succurritur, non maiori-bus: ut probat tex. & ibi sentiunt scriben. *in l. vni. C. si aduers. dot. & magis in l. si ex causa. 10. §. 1. ff. de minor.* De quibus iutribus circa minorem annis in ea laesio-ne dotis plene agimus *in comment. restit.*

*12* Fateor tamen ambigua verba *d. §. fi. l. iure succursum*, ibi, in dote danda, potuisse à Fulg. & alijs adduci in cū sensum de laesione in ampliore dote, nisi alia iura proxime citata id impediret. In aestimatione autē rerū dotaliū, planè loquitur tex. *in d. §. 1. l. si res: & variando ita intelligit gl. in d. §. fi.* videturq; receptior interpreta-tio ex scriben. *ibi*, maximè Iacobi à S. Georg. *ibi: & ita glo. in d. l. si ex causa, §. 1. ff. de minor.* Sed tunc succedit alia varie-tas gloff. & Dd. in ijsdem locis circa quā-titatem laesonis, in qua plures tenent etiam modicam laesionem tunc emen-dandam fore, quasi speciale sit in causa dotis: quod variando inquit glo. *in dictis locis.* Et sentire videtur Bal. *in d. §. fi. l. iure succursum*, dum summat nullam lesionem in dote ferendam esse: & ita Alb. *in l. si circumscripta. C. solu. matrim.* idemque no-tauit Imo. *in ca. cum dilecti. nu. 16. de empti & vend.* & tanquam receptum tradit Anton. Burge. *in cap. cum causam. num. 48. eod tit. & Nouell. de dote 7. par. priuileg. 35. & Baptif. à S. Bla. priuileg. 18.* & tanquam receptum tradit Hisp. Ant. Gom. *in l. 50. Tauri. num. 44.* adducens legem partitæ, quæ vero similiter manasse videtur *ex Azo. in summa. C. de iur. dot.* quem ad hoc

refert Afflīct. *decis. 207. nu. 3.* & Pantal. *hic, num. 166.* & nemine relato, hoc sequitur nouissimus Costal. *in annota. ad pandect. d. §. fin. l. iur. succursum.* Quæ tamen opin. plures habet ei aduersantes, nam & in causa dotis, & aestimatione rerum dotalium, aperte contrarium sentit Fulg. *hic, nu. 2. & 4. & in d. §. fin. l. iur. succursum:* quæ legit sub *fin. l. preced.* & *in d. §. 1. l. si res: & ibidem Salic.* aperte tradentes solam laesionem ultra dimidiam, tunc esse emen-dandam, non minorem: & ijs non cito-tis ita concludit Cagnol. *hic, ante num. 64. versi. considerat amēn.* Idemque sentit Ro-ma. *in l. si quis cum aliter. num. 20. ff. de ver-bor. oblig.* Salic. & Angel. *in d. l. si circum-scripta.* dum in hoc articulo nostram hāc l. applicant: & aperte Rebuff. *in d. 2. tom. pag. 181. num. 13.* & variando ita conclu-dit glo. *in d. l. si ex causa, §. 1. ff. de minor.* quæ semper in hoc vacillavit, licet eam non bene referat Baptif. *vbi sup. vacillauit etiam Alb.* *in d. §. 1. l. si res.* Et ita vi-des non satis liquere, quæ in hoc sit re-ceptior opin.

Articulus hic scitu dignissimus est, & <sup>13</sup> særissime occurret in omnibus prouinciis circa aestimationem rerum dotalium: ideoque diligenter resoluendus fuit: Mihi vero (reiecta varietate gloff. & Dd) verior videtur prima opin. vt in aestima-tionem rerum dotalium lesio maior vel minor emendari debeat, tam pro viro quam pro uxore, & speciale sit in causa dotis, vt tunc non requiratur tanta laesio. Quod mihi aperte videtur probare IC. *in d. l. si res, §. 1. ff. de iur. & d. l. iure suc-cursum, §. fin.* tum quia simpliciter ibi emendatur lesio, nec distinguitur an in magna sit an modica: tū quia apud ICtos adhuc non erat distinctio & declaratio huius l. vt *supra* plane probauimus. Vnde non est, cur diuinatoriæ & violenter verba IC. *in dd. iuribus* accipientur tantū de laesione ultra dimidiam: contra vul-garem reg. *l. de precio. ff. de publ. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præ.* Confirmo magis hanc sententiam ex IC. dum *in d. §§. l. 7. & 13. ff. de iur. dot.* utiliter vult causam dotis in hoc æquari beneficio minoris ætatis. Non scemel enim IC. ibi, agens de laesione aestimationis emendanda in causa dotis, subdit tunc non tantum minori, sed & maiori succurri: licet in aliquibus dicat magis succurri minoribus 25. annis. Non obscure igitur sentit, in aesti-matione

matione rerum dotalium, emendandam esse, non solum maximam læsionē, sed & modicam: sicut minoribus 25. annis succurritur in minori læsione non spectata hac vltra dimidiā, vt omnes agnoscunt cum gloss. d.l. in causa: §. idem Pomponius. ff. de minor. Bald. & Salic. hic, col. I. circa oppos. l. scio. ff. de integr. restit. de qua infra & Matth. Afflict. in cap. I. nu. 92. de feud. dat. in vic. l. commis. Sic igitur noue & utiliter colligo ex IC. in d. §§. idem iuris esse in dote ob æquitatem causæ, quod est in minoribus 25. annis, ob fauorem ætatis: & consequenter coniugi læso in æstimatione rerum dotalium semper succurrendum est, non solum vbi læsio excedit dimidiā iustæ æstimationis, contra Fulg. Rom. Cagnol. vbi supr. Quod satis probatur ex d. l. 6. C. solu. matr. ibi, iniqua æstimatione. & ibi, æstimatione grauatum, quæ verba geminata indistinctè scripta, necessario ad minorem etiam læsionem referuntur.

**14** Nec obstat argu. Cagnol. hic nu. 6. ad fin. ex verb. circumuenta, d. §. I. l. si res: quasi intelligatur concurrente dolo, vt glo. variando & alij acceperint: facile enim respondetur, verbum illud aliquando exprimere læsionem re ipsa absque dolo, vt probat IC. in d. l. in causa: §. gen. ff. de minor. & d. l. item si precio. §. fina ff. locat. vbi glo aduertit. Sic etiam verbū deceptus aliquando accipitur pro lapsō sua facilitate, absq; dolo alterius. l. nō omnia 45. ff. de minor. Nec omitto quod ex IC. in ad. §§. confirmari potest suppositio, quam supr. plenè probauit: Ante hanc l. ex læsione in precio non dari recursum, cum IC. specialiter succurrendum dicat in causa dotis, sicut ob minorem ætatem. Et ita resoluo articulum læsionis in æstimatione rerum dotalium, cui (vltra sequentia) addendum est, quod infr. tradid. num. 27. & sequen.

**15** Si vero inquiratur, quæ fuerit ratio specialitatis in æstimatione rerum dotalium, vt minor læsio tunc emendari debeat? Nemo putet id procedere ex priuilegijs dotis, quæ plurima sunt, vt male respondebant Nouel. Afflict. Imol. Baptif. & alij, de quibus supr. numer. 12. Si enim cum iudicio aduertas, compieries id specialiter procedere in causa dotali, sed non solo fauore dotis: quod patet, cum non vxori tantum contra virum,

sed & viro contra vxorem tunc si c. uratur, d. l. si res, §. I. ff. de iur. do. d. l. 6. C. solut. matr. quod non aduertit Imol. in d. cap. cum dilecti, numer. 16. post princ. dum scribit id specialiter inductum in dote fauore vxoris: imò & in ipsa uxore non est solus fauor dotis, cum ei succurratur ex læsione, vt res in totum, vel pro parte desinat esse dotalis: ex IC. vbi supr. quod aduertisse videtur Cagno, ante nu. 64.

Verior igitur ratio colligitur ex IC. 16 in d. §. fin. l. iure succursum, dum maxime innititur æquo & bono: quæ consideratio ad coniuges tantum, & causam dotalium aptari debet, quasi in his respectus boni & æqui potentior sit, quam in alijs. Certum namque est æquitatem illā quo ad alias personas vel causas non sufficeret, etiam hodie, nisi læsio sit vltra dimidiā, eo autem tempore, nec si maior esset. Et in specie hanc rationem tradit Alb. in d. l. sicum scripta, C. solut. matr. dicēs ea, quæ inter coniuges aguntur, non pro negotiatione habenda fore: & ita inter coniuges, & in causa doli, bene sentit gl. (quæ citari nō solet) in authē. de æqualitat. dot. post princip. verbo, negotiatione. Sic no. tabiliter limitans reg. d. §. idem Pöponiu. l. in causa. ff. de minor.

Sic enim ex sinceritate & bona fide, quæ inter coniuges & in causa dotali requiritur, aliqua contra iur. regu. introducta sunt: vt inquit IC. in l. eas obligaciones, ad fin. ff. de ca. dimin. notat Fortun. de vli. fin. iur. num. 417. quod in dolo & metu specialiter in causa dotis, probat Bartol. in l. eleganter, nu. 6. ff. de dol. Alexan. in l. si cum dotem, §. si mulier. n. I. ff. de solut. matr. probatur etiam ex vero intellectu. l. quā 45. ff. de solut. vt explicaui supr. in l. cap. 2. par. rub. nu. 28.

Alia etiam varietas reperitur inter 17 scriben. circa remedium, quo ea iniquitas & læsio in æstimatione rerum dotalium emendari debeat. Bal. enim in d. §. I. l. si res. ff. de iur. dot. refert Odof. quem sequitur, vt tunc ad rescindendam eam legiōnem detur restitutio ex clausula generali: & ita Iacobin. ibi: Baptif. à S. Bla. de dot. priuileg. 18. & Pantal. hic nu. 166. At Fulg. hic col. I. inquit tunc cōpetere officium iudicis perpetuum, quia iure ciuili datur. Inter quas opin. hæc Fulg. tutior videtur, quæ etiā utilior est, cum remedium illud restitutionis breui finiatur,

*l.fin.C.de temp.in integ.refti.pet.* Nec aliorum opin.admittenda videtur, quia in hac læsione non concurrit absentia vel impedimentum, maxime attenta doctrina Bart. & aliorum in *l.ea quæ, C.de restit.milit.* eam restitutionem non dari ad facta vel conuenta, sed ad neglecta:& ita Paul. Castr. in *l.3.C.ex quibus caus.maior.*

**18** Sed vltra Dd.circa remedium emendandæ læsionis in æstimatione rerum dotalium, aduertendum est, quod æstimatio in eo negocio diuersimode fieri potest:nec semper fit ad effectum, vt res æstimatae quasi venditæ, viro maneant. In dubio tamen æstimatio facit emptiōnem, secundum glo.notab. & receptam in *l.si inter virum,C.de iur.dot.* quam Dd. extollunt in variis locis, & Cremen. sing. 18. Aretin. in *princip.Instit.* qui alie. lic. & alij statim citandi: quod satis probat textus in *l.plerunque ex princip.* usque in *fin.ff.de iure dot.* De materia verò utiliter agit Ias. in *l.ex conuentione,C.de pact.* melius Socinus *confi.* 56. & seq. libr. 1. Alex.& Molin. *conf.* 79.lib.5. Aret. *confi.* 84. Neuizan. in *sylva nup.fo.michi.* 72. ex *nu.* 20. Vbi autem ex æstimatione resul-taret emptio, videretur iuridice dicendū vxori læsæ competere actionem ex vendito, viro autem læso actionem ex empto. per text. in *d.l.plerunque,* magis verò per tex. in *l.quoties* 16. *ff.de iur.dot.* ibi, ex *emproto contra uxorem agere,* & Dd. in *dictis locis.* maxime cum actio ex empto & vendito non solum detur ad premium & interesse, sed etiam ad rescindendum: vt concludit gloss. recepta hic, & probauit sup. in *z.cap.z.par.rub.num.28.* Quæ omnia utilissima sunt ad dicta iura, & articulum læsionis in æstimatione rerum dotalium.

**19** Ex prædictis infertur ad aliqua responsa ICtor. quæ scriben. omnes male applicant, ad limitandam vel amplian-dam hanc l. prout in quæstione hæredis rem vendentis ex iussu testatoris, in qua bene distinguunt, an testator simpliciter vendere iubeat, & tunc hæres læsus ut possit remedio huius l. an statim testator premium taxauerit, & tunc non possit hæres ex circumuentione agere, per *l.Imperator.* 70. §. *si centum ff.de leg.z.l.si fidei-inffor.* 52. §. *meminisse, alias l.si cui legator* 49. *ff.fin ff.de leg.l. & utrobique.* Bar. Bal. & alij, & per ea iura Roman. in *d.leg.* si quis

cum aliter, num. §. & ibi Aretin. & Claud. col. fin. Cremen. hic, 28. ampl. & 6. limit. Ti-raqu. de retract. ligna. in *fin.nu.5.* & 9. Ad uerto enim contra Dd. ICtos in dictis locis nihil sentire de remedio huius l. quæ illis incognita fuit. Et ita videbis in illis iuribus nihil tractari de hærede læso post venditionem, sed qualiter vendere teneatur. Et inde similiter inferes ad tex. cum glo. in *Letiam.5. ff.de pet.hered.*

Ex eadem suppositione infertur ad in- 20 tellectum text. in *l.Luctus 39. ff.famil. ercisc.* cuius litera possit aliquos decipere, dum in fine inquit, non vltra partem dimidiā: quæ verba referri non possunt ad decisionem huius l. facilisque erit ex-plicatio, si ad præcedentia ibi respicias, loquitur enim IC. de fratre & sorore communia bona habentibus, frater au-tem ad alimenta aliiquid plus acceperat: respondetque IC. non ideo actionem dari aduersus fratrem, si is non vltra di-midiā partem accepit, id est, non vla-tria redditus suę partis, quæ dimidia erat. Ad quæ enim certa bonorum pars spe-ctabat, & fructus ex ea consecutive per-tinent l. non est ambiguum, C. fami. ercisc. l. non tantum, 21. §. item non solum, versi. fru-ctus autem, ff. de petit. hæred.

Inde similiter infertur *ad l. si ea pactio-* 21 ne, (quæ Alex and. Imperatoris est) *C.de wsur.dum in fine,* inquit, locationem ob-viliorem mercedem rescindi non posse: glo. autem & Dd. ibi, eam l. limitant per hanc, nisi daretur læsio vltra dimidiā iustæ mercedis. Ego autem verius puto eam l. indistincte, vt sonat fuisse intelli-gendam, cum tempore Alexandri Imp. (sub quo floruit Vlpianus, vt in *l.4.C.de contra. & commit. stipu.*) incognitum esset remedium huius l. vt sup. probauit in spe-cie ex d. leg. item si *precio.* §. *si. cum l. sequen. ff. loc.* Alexander enim 25. Imperator fuit: Diocletianus autem author huius l. fuit 38. secundum historias & catalo-gos Romanorum Cæsarum: ideoque l. illa non poterat per hanc intelligi, vt constat ad sensum, & suadetur ex ver-bis, *l.iubemus, in fin.C.de testament.* ibi, an-tiquitas praesentis. *l.inscia.*

Ex prædictis infertur contra Molin. 22 *de commer.nu.172.* qui hanc legem duram, & à tyrannis conditam exclamat, ar-guens, quod maximam iniquitatem per-mittat non succurrendo læsis, nisi vltra dimidiā iusti precij. Sed miror virum doctum

doctum & ingeniosum inique & incaute in hanc l. inuectum, debuit enim potius ex humanitate & æquitate eam lavare, cum antea nullum remedium læsis dabatur, cessante dolo, vel metu, vel etatis privilegio, ut supr. probauimus: vel debuit saltē cum omnibus agnoscere, ante hanc l. nō fuisse aliā, quę læsis magis succurreret, ut sic non magis in hanc, quam in alias exclamaret.

<sup>23</sup> Imo secum pugnare videtur idem Molin. cum postea nu. 176. immodeste Theologos & iuris interpretes omnes reprehendit, quasi non perceperint, quid sit læsio ultra dimidiam, de qua hæc l. agit: afferens omnes hallucinatos in huius rei explicatione, alibi autem in consuetu. Par. sequitur communem declarationem, similiter afferens errasse contradicentes: atque ita, quæ in alios torquet, in ipsum recidunt, ut seq ca. trademus.

<sup>24</sup> Sic etiam labitur idem Molin. d. lib. n. 397 incaute restringens hanc l. & multa iura, quasi non procedant, dum in minori lēctione non succurrunt, nisi quando alter ex contrahentibus alterū læsum esse ignorat: ut sic aduersus scientē semper recursus detur, etiam ob modicam læsionem: quod plane fallum est, & contra scriben. omnes, & contra IC. in d. l. in casē, §. idem Pompon. ff. de minor. & l. item si prēcio, §. fin. ff. loc. Ea enim nunquā procederent, si restrictio Mol. vera esset: quæ tantum in foro conscientiæ locum habet, ut inferius deducemus: & tradit Dec. in l. semper in contractib. ff. de reg. iur. nec aliud vult Panor. in cas. in ciuitate, n. 6. de usur.

<sup>25</sup> Ex eisdem infertur ad tex. in l. scio, ff. de in inte. restit. quam hic adducunt Bal. & Salic. in oppo. col. 1. respondentes, ibi agi de remedio restitutionis specialiter ob fauorem ætatis, ut tunc ad minorēm læsionem detur restitutio, dum tam minima non sit. Et ita resoluit glo. in d. §. idem Pomponius. Tu autem aduerte contra Salic. & plures eam l. non in minoribus tantum procedere, sed etiam in maiorib. quibus aliqua ex causa restitutio competit: non enim l. magis de minore, quam de maiore loquitur, idque patet ex l. 1. cod. tit.

<sup>26</sup> Sed magis aduertendum est, quod ea l. deterius fæpissime citatur, quasi in minimis indistincte negetur restitutio tam

minoribus, quam maioribus, vt tradunt relati à Gom. in §. pñales, col. 2. Inst. de actio. Corset. in tract. de minimis, in princ. n. 3. Hippol. in l. furem. num. 9. ff. ad leg. Cor. de sica. Alc. in lib. 4. de verb signif. pag. 109. Mauric. de rest. cap. 328. Sed in minoribus 25. annis contrarium verius & receptius esse colligitur ex Couar. lib. 1. resol. cap. 3. num. 11. quod latius probo in commen. restitu. Nec obstat d. l. scio, quæ vulgo male citatur, ibi enim IC. no simpliciter in modicis restitutionē negat, sed in satis minimis, nec etiam in his, nisi quando ex restitutione actus magnę quantitatis rescinderetur: ita enim verba l. habent. Net propter satis minimam rē vel summam, si maiori rei, vel summe præiudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat. Et ita euidenter ostendit IC. in modicis per se consideratis restitutio dari, cum eā tantū neget, quando maiori rei præiudicaretur: ut in simili dixit IC. in l. res bona fide, ff. de contra. emp. de qua sup. hoc ca. n. 9. Quæ interpretatio ad d. l. scio, non solm verior est, sed etiā receptioni contra id, quod vulgus putat: ita enim aperte intellexit glo. in d. l. & ibidem Bart. Angel. & magis Alb. post antiquiores: & eis non relatis, ita nouissimus Bar. ibi. Et ita Ioan. Andr. & clarè Panor. in c. 1. num. 8. de in integ. restit. Alex. conf. 67. lib. 5. Corn. conf. 179. lib. 4. quos cum aliis sequitur Couarr. d. lib. 1. resol. cap. 3. num. 11. & inter alios latius explicavit Dec. in cap. de appellationibus, n. 7. de appell. & in cap. maioribus, col. 1. de præbend. & eo tacito Gom. in §. pñales, col. 2. Inst. de actio. & cum Dec. Ioan. Hannibal in rep. l. post contractum, num. 88. ff. de donat. & cum Alb. Ioan. Corraf. in prefat. l. qui liberos, nu. 60 ff. de ritu nup.

<sup>27</sup> Ex hoc autem confirmatur, quod su. diximus num. 13 circa læsionem in estimatione rerum dotalium, in qua iurisconsulti non tantum minoribus, sed etiam maioribus coniugibus succurrunt: ut ex proxime dictis intelligamus id ius procedere in minori læsione, cum ibi causa dotis æquetur fauori minoris ætatis, in qua (vt vides per d. l. scio, & receptas sentētias) etiam non tantæ læsioni succurritur: Nec in estimatione rerum dotalium obstat illud, quod lex timuit, nemaiori rei præiudicetur: non enim actus principalis matrimonij, vel con-

tractus dotalis ob id rescindi potest: ac proinde totum negotium aestimationis ad iustum premium securè reduci potest. Et ita procedet l. 6. Cod. solut. mair.

28 Similiter ex d.l. scio, & proxime ad eā dictis, infertur vtiliter, tunc læsionem restitutione indignam censendam in causa dotis, quando minima fuerit respectu magnæ quantitatis. Arguedo fortissimā à minore, 25. annis ad causam dotis, cum IC. in d.l. 7. §. fin. & l. 13. §. ff. de iur. dot. Aliudque exemplum in eadē causa ad negandam rescissionem læsionis considerari potest, quando in examine læsionis plus expenderetur, quam ipsa importet. arg. tex. & eorum, quę ibi notant scriben. in Auth. nisi breuiores, C. de sent. experi. recit. Bar. in l. 2. nu. 5. ff. de rei iud. per tex. celebrem & notab. in l. mediterranea, C. de anno. & tribut. ibi, plus dispendij haberet, quem tex. ad multa applicat Platea ibi. Iaf. in l. pactum curatoris, num. 3. de pactis. extollit Zafius in d. leg. 2. col. 3. Corset. in notab. verbo expensa: & in id conducunt, quae refert Tiraqu. in l. si unquam, verb. donatione, numer. 107.

29 Ex prædictis infertur ad text. qui in hac materia tanquam huic concordans, à multis citatur in l. 3. Cod. ex quibus caus. maior. cuius verba habent: In contractibus, qui bona fidei sunt, etiam maioribus, officio iudicis, causa cognita, publica iura subueniunt. Gloss. Bart. & alij ibi variantes circa intellectum illius l. applicant huius l. remedium: Sed repugnant verba d.l. ibi, officio iudicis, quae exprimere solent restitutionem, & ita suadet rub. In casu autem huius l. gloss. & Dd. communiter resoluunt actionem ex contrahendari, inter quę remedia longa est differentia, ut infra tradimus. Item verba d. libi, causa cognita, propria sunt restitutionis iuxta l. 1. ff. ex quib. caus. maior. Cum autem gl. Bart. Fulgo. & alij mirè vacillent, nec sibi constent circa intellectum d.l. Ego aduerto eiusdem l. doctrinam generaliter scriptam particularia exempla habere posse: sicut in eadem re, similia verba generalia scripsit IC. in l. 1. ff. de in integ. restit. & alibi sape.

30 Si autem quis curiosè exemplum vel speciem inquirat ad traditionem d. l. considerari potest ex eo, quod alibi iura & Dd. sè probant, attenta qualitate

personarum facilitis posse læsis succurriri prout si læsus sit ignarus, aduersarius autem callidus & fallax: quod suadetur ex tex. notab. in l. cum de indebito, versi. si autem, ff. de probat. ibi, si minor sit, vel mulier, vel forte vir quidam perfecta etatis, seu miles vel agricultor & forensium rerum expers, vel alia simplicitate gaudens. Quem tex. in simili extollit Alex. in l. 2. n. 5. ff. si quis in ius voc. & aliqua in id tradit Hippo. sing. 18. & Soc. conf. 263. lib. 2. Iaf. consil. 133. col. 6. versi. tamen ista, lib. 4. Curt. Iun. conf. 141. n. 12. & n. 17. Moli. & Alex. consil. 146. li. 7. facit bo. tex. in l. 2. §. ff. de iure fisc. & in nostra materia speciatim no. Bal. hic quæst. 9.

Ad eandem l. 3. C. ex quib. caus. maior. 31 potest exemplum considerati ex gloss. in l. 1. verb. extorta. C. ne fil. pro pat. dum vult succurrendum fore læso ex persuasionibus aduersarij, etiam circa metum vel dolum: & ita Bal. ibi in fin. num. 1. notans simplicibus hominibus circumuenitis omnino subueniri debere, & ita Afflict. deci. 80. n. 6. Et de eadē glo. notabiliter Iaf. in l. 1. col. 1. ff. de condi. indeb. Boer. decis. 101. ad fi. facit in eodem proposito, quod ex Bar. & aliis tradit Iaf. in l. error. nu. 19. C. de iur. & fact. ignor. Quocunque autem modo accipias d. l. vel ei exemplum fingas, etiamsi trahatur ad terminos huius l. non obstat suppositioni superiorius probare, qua asserimus l. hanc nouum ius induxisse: nam & l. illa eosdē authores habuit Dioclet. & Maxi. sic etiam tex. in l. si superstitie. C. de dot.

Tandem ex prædictis infertur ad tex. celebrem in l. in causa, 17. §. idem Pomponius, ff. de minor. quem omnes scriben. vbique in hac materia citant, sed forsan nemo exipsis metem IC. satis percepit. Aduertas igitur Vlpius. in prin. l. dicere, non esse locum restitutioni, ubi alia actio competere potest: & eius rci exemplum tradit, si conuentio ipso iure nulla sit; quia tunc minor iure communi munitus est, nec eget prætoris auxilio: ad quod refert Labeo Officium Pompon. speciesque ab eis traditas, deinde subdit ex eodem Pompo. in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire: quae verba accipiunt gloss. & omnes ibi, gloss. & omnes hic, gloss. & omnes in cap. cum dilecti: & nouiores infra citandi, ut tantum referantur ad læsionem citra dimidiam. Ego

Ego autem verissimum Puto IC. in illis verb. indistincte de omni laesione sentire, nec aliquid referre ad mentem IC. an laesio modica, an maxima sit: tum ex generalitate verborum, quae non admittunt communem restrictionem, tum quia eo tempore incognita erat differentia magna, vel modice laesione, de qua agit hæc lex, ut sup. late probauimus.

33 Sed magis ostenditur, hunc esse sensum IC. in d. §. attenta eius serie & continuatione, & considerato scopo, ad quem tendit. Dix erat enim *superius* restitutio nem minori competere, quando contractus valet, cessare autem, quādō cōuentio nulla est: quo præhabito affert verba illa Pompo. ut scilicet ostendat minorem restituendum esse, ubiunque in precio tantum laesus reperitur, significans tunc contractum valere, nec aliud remedium iure communi competere: ideoque tunc restitutioni locum fore, secundum proxime tradita: quod sensisse videtur solus Fulg. ibi, licet se non explicet: & sic cum ibi restitutio minori conceditur ob laesione in precio, aper te significatur, quod eo tempore ob laesione in precio, nullū remedium competebat. Vides igitur, quod dixi contra omnes, quo ad mentem IC. ibi, dum principaliter agit de concedenda vel neganda restitutione, nullam esse dif ferentiam inter magnam vel modicam laesione: imo contra glof. & omnes planius procedet text. ille in maiori laesione, tunc enim magis locus est resti tutioni, iuxta l. scio, ff. de in integ. resti. de qua sup.

Ex qua verissima declaratione & mente IC. in d. §. idem Pompon. satis colligi videtur, quod etiam si apud ICTos. & tempore Vlpiani cognita fuisset decisio huius l. non poterat tamē traditio illa d. §. eiusque principalis decisio per hanc l. limitari: cum etiam hodie stante hac l. non negetur restitutio minori, ita grauiter laeso, ut infra cum glo. in quest. minoris: in quo circa d. §. lapsi sunt omnes hucusque scriben gl. & omnes hic, & ibi, & in d. cap. cum dilecti, glo Bar. & omnes in l. 3. C. ex quibus eau. maio. Azo in summa, C. de dol. n. 9. cons. 157. num. 5. & quam plures relati à Tiraq. de retrah. lign. §. 1. gl. 18. n. 64.

34 Imo si subtilius mens IC. expendatur, colliges contra gl. & omnes (quod for-

tasse mirabile videbitur) verba illa, licere contrahētibus in precio se circumuenire, principaliter ibi prolata fuisse in fauorem & beneficium laesi, nempe minoris, vt sci licet restitutionem habere posset, quia is est scopus IC. ibi.

Non enim pertinebat ad Rub. nec ad ea, quae IC. ibi tractabat, tradere regulā, vel rigorē illum juris, vt liceat contrahētibus, in precio se circumuenire. Planē igitur mens IC. eiusq; præcipua decisio id petit, vt non obstante qualibet laesione in precio, contractus valeat, & inde sequatur, minorem restituendum fore. Et sic considerata mente IC. & attento scopo, ad quem tendit: necessario agnoscendum est, verba illa in fauorem & beneficium minoris laesi prolata fuisse, contra glof. & omnes hic & ibi, & in locis supr. citatis, & contra scriben. vbi que.

Verba autem d. §. idem Pompon. quæ 35 repetuntur in d. l. item si precio, §. si. ff. loc. naturaliter licere contrahētibus in precio se circumuenire, variè à Dd. explicantur. Bald. & Alber. ibi post antiquiores intelligunt verbum licere, non quia id honestum & iustum sit, sed quia humano iure non punitur, magisque eodem iure permittitur. Sic enim ICTi sæpe tradunt, non omnia quæ licent honesta esse: & ita glof. & Dec. in l. semper in contracti bus 158. ff. de reg. iur. Iux quo scribunt iidem Bald. & Alb. in d. §. cum Theologis, diuersum esse in foro conscientiæ, vt numquam liceat in precio scienter circumuenire: & ita inter scriben. egredi explicat D. Nauarr. in cap. nouit. 6. no tat. num. 58. de iud. & in cap. qualitas. num. 27. de pœn. distinct. 5. Fortun. de vlt. fin. iur. num. 275. Couarruu. lib. 2. resol. cap. 4. num. 11. D. Soto de iust. & iur. libr. 6. q. 2. art. 3. & quæst. 3. art. 1. Omphal. de vſur. l. lib. 2. cap. 9. & plures, quos refert Tiraq. de iur. ma. l. 9. ex numer. sequ. Quæ receptior & magis pia traditio satis comprobatur ex IC. in d. l. iure succursum, 7. §. final. ff. de iure dot. iuncta declaratione superius tradita: Vbi enim exactissimè bona fides & æquitas requiritur, prout ibi in causa dotis etiā minor laesio emē dari iubetur, quod magis viget in foro conscientiæ. Et ita cauendum est à Dec. & Crot. contradictibus, vt refert Tiraq. vbi sup. sed non tam contradicere, quam inuolucre videtur Dec. in c. l. n. 18.

de constit. & in l. pen. n. 9. Co. de pactis, & Gom. in princ. Instit. de actio. nu. 55. quod melius aduertit idem Gome. (sequens Thelogos & communem) in c. 2. n. 32. de constitut. & Molin. de commer. n. 171. ad si. Matth. Afflict. in cap. 1. num. 94. de feud. da. in vim. l. commiss. Alijs modis limitantur verba dicti §. circa laſionem in pre-  
cio per Afflict. in d. c. ex. nu. 89. per Anto. Burg. in d. c. cum dilecti, & late Cremen.  
hic in repet.

36 Sed vltra scriben. omnes ad d. §. idem Pompo. aduerto eius verbis nihil obstare l. hanc ut supra explicaui: minus autem obstare d. §. si. l. iure succursum, & sic idem Vlpian. secum pugnare videtur: quod enim naturaliter licere uno loco dixit, in alio æquitati & naturæ contrarium dixit. Vnde ad vitandam repugnantiam IC. succurrendum est cum præced. declaratione Theol. & nostrorū, ut licere, accipiatur regulariter ad forum exteriū, præterquam vbi exactissima æquitas, & bona fides abundare debet, quod iuuabitur ex proximis dicendis num. 39.

37 - Praedicta ad verbum, licere: nunc agendum restat de dictione, naturaliter, reperita etiam in d. §. fin. latem si precio. Varie autem ea verba à Dd. explicantur. Hosten. quem sequitur Fortun. de iur. fin. iur. 17. illat. num. 277. interpretatur, ut licere dicatur contrahentibus se in precio circumuenire naturaliter, id est, bona fide, non dolose, nec scienter, quam interpretationem, ut scrupulosam & extram bene reiicit D. Nauarr. in d. cap. qualitas, num. 42. prorsusque reiicenda est, quia repugnat litera & mens IC. at- tento eo, quod ibi tractat: in quo nulla differentia est inter modicam vel maiorem laſionem: nec interscientem vel ignorantem, ut supr. exacte deduximus.

Aliam interpretationem ex auditori- bus refert idem insignis D. Nauarr. vbi supra: num. 44. dicentibus dictiōnem, na- turaliter ibi accipi pro impulsu naturæ ex sensualitate: quasi ea homines inclinet ad decipiendos secum contrahentes. Sed eam interpretationem non obscure confutat idem præceptor: quia consuetudo & sensualitas non iustificant, quod natura improbum est, quo nomine reiicenda videtur similis explicatio D. So- to d. lib. 6. de iustit. q. 2. art. 3. dum ea ver- ba refert ad hominum affectum com- muniter lucri audum: licet enim ita se

res habeat, non ideo IC. dixisset id natu- raliter licere.

Aliter ea verba explicat Molin. d. lib. de commerc. n. 171. & 182. quem sequitur Couarr. d. lib. 2. resol. c. 3. num. 2. vt dicatur naturaliter licere, quia homines in contractibus suis inuicem id sibi condonare solent, & mutuo eam laſionem remit- tere: quo sensu eadem verba accepit Bald. in prefat. Inst. de rer. diuis. quæ in- terpretatio corruere videtur ex arg. D. Nauarr. contra præcedentem ab eo co- futataint. Sed magis contra eam vrget, quod re hac mature pensata, nemo alte- ri vere condonat propriam laſionem, nec est verosimile, aliquem carius sciē- ter emere, vel vilius scienter vendere, iuxta vulgarē reg. l. cum de indebito, ff. de probat. ignorans autem non donat, nec consentit.

Ego aliter ea verba explicanda puta- bam: post rem vero satis consideratam, ita credo sensisse gl. in d. §. idem Pompon. ad quam nemo aduertit. Exponit enim gl. naturaliter, id est, iure gentium. Intelligo autem, ut secundum exactissimam illam priorem æquitatem naturalem, non dicatur licere contrahentibus inuicem se in precio, nec in alia re circumuenire: nam secundum eam naturæ normam, omnes homines cognati, & mutua dilectionis lege contineri dicuntur, l. ut vim. ff. de iust. & iur. Cicero & alij in lo- eis supra citatis in 2. cap. 1. par. Ribr. char. 14. cū seq. & ita noue & eleganter intelli- gitur tex. in d. §. fin. l. iure succursum. Ex- ponitur ergo, naturaliter, id est, iure gen- tium, quia humana ratione gentiumque & populorum iudicio compertum est, permittendam suisse eam laſionem in precio, ne ex nimia æqualitatis obserua- tione commercia turbarentur: nulla enim conuentio securitatem præstaret, nun- quam litium finis esset, si ob laſionem in precio conuenta reuocarentur. Quam rationem ex diuo Thom. & aliis tradunt D. Soto, Couarru. Afflict. For- tun. & alij vbi sup. ut etiam iure Cano- nico in foro exteriori permittatur laſio citra dimidiam, secundum decisionem huius l. facit ratio IC. in l. 6. ff. de except. rei iud. Ideoque in propōsito aliter na- turam vel naturæ appellationem con- siderant Philosophi, aliter iuris condi- tores, vt tradit Hotomanus in §. actio- num.

40 Naturaliter igitur licere dixerunt IC. ex permissione humani iuris seu gentium: secundum quod ad quietem Reip. magis consentaneum visum est, eam laesionem in precio remittere, & ideo ea non obstante, semper contractus valet, & consequenter restitutio tunc specialiter minoribus necessaria fuit, ad id enim tendit IC. in d. §. ut sup. Nec quis hanc interpretationem damnet, quasi impropriet literam: non semel enim naturale ius pro iure gentium ponitur à IC. & Imperatorib. vt late sup. deduximus in 1. c. Rub. & probat l. cum amplius 85. §. 1. ff. de reg. iur. b conducunt elegatissima verba Cic. 1. Tus.

b Cicero, nec philosophi vere in hanc rem adduci possunt, cum naturale ius à iure gentium haud se reuerint.

Omni in re consensio hominum, lex naturae putanda est. Vnde quo ad vniuersos & pro tranquillitate Reip. potest fauorable censi, quod singulis separatum durum videbitur, vt de vsu capione & aliis probauit plene in Authen, nisi tricennale. num. 39. C. de bon. mat. c & ultra ibi tradita facit l. p. ff. de iust. & iur. ibi, omnibus aut.

c Addit eleganter Sene. de divina prouid. c. 3. ubi inquit: Deinde pro vniuersis, quorum maior dii cura est, quam singulorum. pluribus utile, & eleganter in usu capione notat Duaren. in l. i. in princ. ff. de pact. & Felin. in cap. ex parte 2. num. 2. de offic. deleg. & Fortun. in l. i. num. 43. & ibi Zafius num. 7. ff. de iust. & iur. facit ratio textus in Auth. res quæ, in fine, C. commun. de leg. & illud Cic. de leg. Salus populi Suprema lex esto.

## PRIMA PARS L. II.

C. derescind. vend.

CAP. V T II.

S V M M A R I V M .

- 1 Traditur communis ampliatio ad hanc l. ut ita in emptore, sicut in venditore procedat, eademq. equiparatio declaratur n. 2.
- 3 Agitur de intellectu l. veteres, ff. de act. empt. & sustinetur communis interpretatio contra Alc.
- 4 Explicatur qualiter intelligi debeat in

- hac materia lesio ultradimidiam: ex parte venditoris communi: ex parte emptoris longe aliter contracommunem: in quo multa magni momenti explicantur, usque ad n. 9.
- 10 Traditur receptissima opin. que habet, cessare remedium huius l. si probetur, quod venditor vel emptor scribat verum rei premium.
- 11 Impugnat eadē communis opin. probatur q. non obstante scientia lesi competere remedium huius l. laudatur q. in id Ord. Lusitanæ. & respondetur ad argumenta communis opin. usque ad n. 14.
- 15 Inferuntur plura utilia contra quamplures scrib. ex veriori conclusione, qua probamus scientiam lesi non impedire remedium huius l. & ostenditur inique in hoc consuluisse Alex. Soc. Deci. & alios, usque ad n. 18.
- 19 Reprobatur aliquorum traditio, qui remedium huius l. homini sagaci negabant.
- 20 Agitur de q. quando in conuentione additur clausula, quando donatur, quod pluris est in re, vel in precio, & n. 21.
- 22 Improbatur opin. quedam Bal. recepta, & explicantur aliqua pro Roma, contra Aret. & Clau.
- 23 Improbatur alia opin. Bal. recepta, ex qua Dd. inique hanc l. limitabant.
- 24 Tractatur an quantitas lesionis tacite vel expresse remissa censeatur iure donationis: & traditur aliqua scitu digna, & num. 25.
- 26 Probatur utiliter contra Alberic. lesum ultra dimidiati iusti precij libere agere posse, nec teneri ad paenam conuentum contra eum qui aduersus contractum veniret.
- 27 Agitur de intellectu l. si quis donationis, ff. de contrah. emp.
- 28 Agitur de intellectu tex. in l. imaginaria, ff. de reg. iur. contra nonnullos ex recentioribus, & n. 29.
- 30 Vere contra Dd. explicatur text. in l. quisquis, in fin. eod. & obiter declaratur tex. in l. leges sacratissimæ, C. de leg. & num. 31.
- 32 Resolutur circa eam l. difficultas, quæ gl. & Dd. torquentur, & agitur contra Bart. & plures de intellectu §. in fraudem, Insti. quibus excau. manum. non li. & n. 33.

**E**x proxime dictis liquet, non da-  
ri remedium huius l. ob mino-  
rem laesionem, sed tantum cum  
laesio est ultra dimidiam. Constat item  
literam de venditore laeso agere: gloss.  
autem, Bar. num. 3. Bal. num. 20. Alber.  
nu. 4. Sal. nu. 20. Pau. & omnes, idem in  
emptore probant, ut ei laeso non minus  
succurratur, quam venditori: nec in eo  
ullus ex scriben. discordat, licet in ex-  
emplo & explicatione varient plures,  
ut statim deducam. Ea autem æquiparatio  
emotoris & venditoris secundum  
Bal. Sali. & alios, comprobatur ex leg. 1.  
*C. de cupres.* iuuatur etiam ex ijs, quæ de  
correlatiis tradit Ias. in l. fin. *C. de indic.*  
vid. tol. & in proposito satis probatur ex  
l. 7. §. fin. & l. 13. §. 1. ff. de iur. dot. ex. l. 6 C. sol.  
mat. loqueritib. de aestimatione: facit l. 5.  
cum Bar. ff. de rescind. vend. & l. emptorem  
12. §. fin. ver. neque enim, ff. de act. emp. cum  
iis, quæ tradit Fabian. de emp. & vend. q.  
2. ad fin. Nec enim ferenda esset tanta in-  
æqualitas, ut vni tantum, non alteri suc-  
curreretur, contraiur. regul.

**E**a tamen æquiparatio emotoris &  
venditoris, tutius procedit quo ad ea,  
quæ iure ipso statuta sunt, non ita in con-  
ventionalibus: quod enim de uno spe-  
ciatim conuentum fuerit, non facile ad  
alterum trahetur, ex reg. l. quicquid astrin-  
genda, & l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff.  
de verbis. obligat. & in l. interest, *C. de solutio.*  
Ideoque si alter ex ipsis tantum renun-  
ciet remedio huius l. non ideo alter ex-  
cluditur, secundum Balduin. & Afflict. n.  
19 in c. l. qualit. dom. propr. priu. & Are. in l.  
figuis cum aliter, n. 8. ff. de verb. obli. Pantha.  
hic nu. 72. in 21. amplia.

**E**x eadem æquiparatione apte infer-  
tur ad intellectum tex. in l. veteres, 20. ff.  
de actio. emp. quæ ita habet, veteres emptionis  
num venditionumque appellationibus pro-  
missive vtebantur. Gloss. & Dd. ibi intelli-  
gere videntur ea verba significare, quod  
apud veteres appellatione *emptionis*, cō-  
prehendebatur venditio, & è contra: &  
ita Azo. in summa. Co. locat. num. 1. in fin.  
Bald. in rub. Instit. de empt. & vend. Con-  
nan. lib. 7. cap. 11. post princ. Quæ communi-  
nis interpretatio vera & tenenda est, re-  
iecta alia, quam tradebat Alcia. lib. 3. pa-  
rerg. cap. 22. intelligens IC. illis verbis  
sensisse id, ad quod sèpe citatur l. statu  
liberi, ff. de statu lib. de qua infra cap. 3.  
huius par. antiquitus appellatione vendi-

tionis, omnes contractus significari.  
Quæ interpretatio teneri nequit, tum  
quia IC. de nomine emptionis & vendi-  
tionis tantum agit: tum & fortius per l. ibi  
seq. quæ habet, id est in locatione & con-  
ductione. In locatione autem reperitur,  
ut eius appellatione aliæ conuentiones  
significarentur. Vult igitur IC. apud ve-  
teres *emotoris* & *venditoris* nomina non  
tam distincta fuisse, facit l. 1. ff. de rer. per-  
mut. quod etiam reperitur apud Cicero.  
3. officior. qui aperte vendere pro emere,  
dixit. & IC. in leg. eleganter, & ibi in ter-  
minis not. glo. verb. exemplo ff. de dolo: &  
ita idem Alciat. li. 5. parerg. c. 15. sensim  
recedens à priori sua interpretatione.

Sed quod principalius est in eadem  
æquiparatione discutiamus qualiter ex-  
emplificetur laesio ultra dimidiam, tam  
in venditore, quam in emtore. In ven-  
ditore autem concordant omnes secun-  
dum Alb. hic. num. 6. Couarr. d. lib. 2. re-  
solu. cap. 3. exemplificantes vbiunque  
constituto iusto precio, minus accipit  
venditor, quam dimidiam partem talis  
precij: prout si res valet decem & pre-  
cium conuentum minus est, quam quin-  
que, vel si res valet viginti, & pre-  
cium conuentum non ascendit ad de-  
cem: & ita plene euincitur ex verbis  
huius l. ibi, si nec dimidia pars veri precij  
soluta est: & ita gloss. & omnes hic, & in  
cap. cum causam, de empt. & vendit. & le-  
ges Regiae in tota Hispania & Gallia &  
vbiq.

Controversum est in laesione ex par-  
te emotoris: Azo tamen in summa & gl.  
hic, & in d. c. cum causam, Bar. Bal. Pau. Ful.  
Panorm. Imol. & Dd. communiter re-  
soluit idem esse in emtore, ut retinatur  
exemplum iusti precij in venditore,  
computata in utroque eadem quantita-  
te: in venditore *infra*, in emtore *supra*:  
Prout si pro re valente decem, dedit  
emtotor plus, quam quindecim: vel si  
valebat viginti, dedit plusquam triginta,  
& ita manet omnimoda æqualitas in  
utroque. sicut enim venditor ex va-  
lore rei dicitur laesus, si dimidium eiusdem  
non accepit, ita emtotor, si plusquam  
dimidium precij eiusdem rei dedit.  
Quæ opin. cōmuniis est secundum Ca-  
gnol. hic. nu. 55. Couarruu. in d. cap. Soc.  
Neapol. consil. 73. lib. 2. D. Soto de iust. &  
iure lib. 6. question. 3. Rebuff. 2. tom. ad l.  
Gall. tit. de rescin. contract. gloss. 15. num. 1.

Molin.

Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. 22. num. 46. char. 210 col. 4. Vnde in tam recepta opin. mirum videtur, quod scilicet Duaren. in d. l. si quis cum aliter, ff. de verbo. oblig. ad fin. esse quosdam ita tenentes.

6 Sed quamvis ea sit receptissima opin. & in Lusitania alijsque prouincijs ita patrijs constitutionibus exemplum in emptore tradatur, alia tamen computatio placuit nonnullis rem hanc diligenter pensantibus, aliquos enim generice retulit glo. & ita Spe. & Refr. quos refert Alberi. hic num. 6. ita etiam Pet. & Cinc. exemplificantes in emptore, si res valebat decem, ipse autem dedit plusquam viginti, non tantum sexdecim, ut glo. & alij volunt, quod forsitan sensit Panor. in ea. cum dilecti, nu. 2. de empt. & vend. nisi litera sit corrupta. Idem enim Panor. in d. c. cum causa, sequitur glo. & communem. Sic etiam sensit Connan. d. lib. 7. ca. 9. pag. penul. dum ponit duodecim pro iusto pre-  
cio, & laesioem emptoris, si dat plusquam vigintiquatuor: Idem etiam probat Forcat. d. dialog. 100. & Duar. in d. l. si quis cum aliter ad fin. & plenius Molin. d. lib. de commer. num. 175. vbi multis verbis repetit errasse omnes in computatione laesiois ex parte emptoris. Idem tamen Molin. in alio lib. de quo nū praecep. scilicet quens communem opin. similiter dicebat, hal-  
lucinatos fuisse contradicentes. Quae va-  
rietas excusari potest, argu. l. din. ff. de in-  
pat. ibi, plenius tractarimus: quod aliquando contigit magno Papiniano, ut ipse refert in l. 6. ad fin ff. de seru. expor. ibi, no-  
bis aliquando placet, & ibi, sed in contra-  
rium. Inter eos vero, qui à glo. & cōmu-  
ni opin. recesserūt, neruosis & plenius ibi egit Moli. cuius argumenta non dis-  
soluit Couar. d. loco, magisque ea probare  
videtur, sed tandem communis adhæret,  
ratione seruanda: æqualitatis.

7 In hac Dd. varietate vides opinionem contra glof. & magis communem, non paucos habere eam tuentes. fatetur autem Molin. nec ego negarim communem opinionem æquitate iuuari, cō-  
trariam autem veriorem videri. Scopus enim veræ computationis in emptore & venditore est, si quilibet eorum non accipit dimidium eius quod dedit, secundum quam computandi rationem, si iustum precium rei sint centum, ven-  
ditor, qui eam tradit, laesus dicetur ul-  
tra dimidiā, si accipit minus quinqua-

ginta; emptor autem si dedit plus quam ducenta: quia in venditore quinquaginta sunt dimidium rei, in emptore au-  
tem valor rei, quam accipit, non æquat tunc dimidium precij quod dat: lex enim voluit, ut venditor emptor acci-  
piat saltem dimidium eius quod dat: Et ita mature considerando non videtur referre, an computatio incipiat à re, an à precio, contra Molin. quem sequeba-  
tur Couarr. qui totam vim negotij in ea differentia ponebat. Solum ergo inspici debet, au quilibet eorum accipiat dimidium eius quod dat. in venditore fiet computatio ex valore seu iusto precio rei, quā tradit, in emptore ex quantitate quam dat.

8 Secundum quam computationem non obstat hæc l. nec æquiparatio & æqualitas venditoris, & emptoris: respondeo enim æqualitatem dari respe-  
ctive secundum laesioem, quam quilibet eorum patitur. Sieut enim vendor laesus dicitur, accipiendo rem minus va-  
lentem dimidio precij, quod dat. Et ita si res, quæ emptori traditur, non valet minus dimidio precij, quod dat, iam nō potest dici laesus ultra dimidiā. Et ex diuersis relationibus, in venditore ap-  
pellanda est hæc laesio, ultra dimidiā iusti precij rei à se traditæ: in emptore dicetur laesio, ultra dimidium precij à se dati, non autem semper in utroque ultra dimidiā iusti valoris rei, ut gloss. & Dd. confundunt: debuerunt enim ad-  
uertere aliud esse rem, aliud precium, aliud emptorem, aliud venditorem. l. I. ff. de rer. perm. in quolibet autem eorum, computatio separatim fieri debet: prius ex eo, quod dedit, deinde ex eo, quod accipit: ut sic in emptore non appelles laesioem ultra dimidiū valoris rei, quam accipit, sed ultra dimidiū pre-  
cij, quod dat. Et per hoc cessat funda-  
mentum Azo. Alberi. & communis opi-  
nionis ab æqualitate seruanda inter emp-  
torē & venditorē. Seruatur enim, ve-  
rius terminos ita aptando, & congruam relationem utrinque adhibendo.

9 Hæc autem opin. & computatio pro-  
bari videtur, eo quod gloss. & Dd. non  
mutant terminos emptoris & vendito-  
ris, ad eos semper unicum exemplum  
retinendo; res valet centum, dimidium  
quinquaginta; venditor, qui minus quin-  
quaginta accipit, laeditur ultra dimidiā

iusti valoris: emptor etiam dans ipsa cētum, & simul plus, quam quinquaginta, lēditur vltra dimidiam: in quo confundunt diuersas personas, nec apte faciunt relationes in hac re necessarias, cum vera computatio fieri debeat, considerando, an quilibet accipiat solum dimidium eius quod dat. Quæ opinio & computatio vrgentissime deducetur ex hac l. arguendo aliter & verius, quam hucusque scriben. fccerint. Debet enim inter doctos agnoscī, & equiparationem emptoris ita sumendam fore, ac si lex hæc de emptore loquens, dixisset eum læsum, si nec dimidium accepit eius, quod dedit: vt sic non tam arguatur à verbis prolatis in venditore, relatis ad emptorem, sed quasi eadem verba separatim in emptore ipso prolatâ fuissent: quod si lex de emptore locuta fuisset, vt de venditore loqui contingit, agnoscerent omnes verissimam esse computationem, quam hic tradimus. Non potuit fortasse magis perspicue tractari, quod in se obscurum est, & à Dd. obscurissime traditur.

- 10 Aliud substantiale in hac materia est, non differendum, sed statim mature examinandum: omnes enim resoluūt, non esse locum remedio huius l. quando vēditor vel emptor sciebat verum rei valorem: Bart. hic nu. 14. & nu. 16. Bald. nu. 7. qu. 4. Sali. nu. 11. qu. 7. Paul. nu. 7. Fulgo. nu. 11. Paul. in l. majoribus, C. commu. utri. iudi. & ex multis, vt indubitatum tradit Rom. in d. l. si quis cum aliter, num. 15. & ibi Aret. col. pen. nu. 8. ad fin. Pantal. Cremens. hic. nu. 6. Cagno. nu. 124. Azo. in summa huius tit. nu. 1. in fin. Panorm. & Ant. Burgen. in d. ca. cum causa. Fabia. d. tract. de emp. qu. 8. nu. 19. & 20. & receptissimum afferit Co- uarr. d. lib. 2. resolu. ca. 4. nu. 2. Mantua lib. 1. loco. ca. 6. Balduin. Institut. de emp. & vend. pag. 560. Afflict. lib. 3. feud. fol. 42. col. 3. nu. 27. tit. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. Boer. decis. 142. numer. 3. consuluit Rom. consil. 475. num. 4. Alex. conf. 42. num. 5. libr. 1. & consil. 127. libr. 2. Soc. consil. 48. num. 4. lib. 4. Dec. conf. 583. col. 1. Soc. nep. consil. 73. in fin. libr. 2. Cardin. Paris. consil. 128. num. 38. libr. 1. Sigismund. Lofred. consil. feud. 23. Hieron. consil. feud. 127. col. pen. in prin. Barba. consil. 21. col. 3. libr. 4. August. Berous in cap. cum dilecti, num. 23. de emp. & vendit. & alij, quos refert Tiraq. de retract. ligna. §. I. glo. 18. num. 14.

Sed ea scribentium turba nos non de- 11 terruit, quin contrarium verius, & Christianis hominibus decentius putemus: a in primis enim ea receptissima opin. difficultatem

a Hac noua Pineli sententia mirum in modis placet, eis illius fundamenta facile dilui ac refelli possint. Nam quod ad religionem attinet, eadem religio, quæ tibi res tuas donatione in aliud transferre non interdit, & minoris consulto eidem illas addicere haud vetabit, fluctuatio ac varietas Dd. nec tantum est, vt sibi ipsi constare non videantur, nec si tāta esset, rerum veritas idcirco natura forez, si quidem, l. quisquis, vere ac germane intellecta neutrām opinionem promouet: præsumptio enim, qua quis rerum suarum valorem nosse intelligit, tanti est, vt ignorantia nomine, quod semel legit, rescindere ac retractare nequeat, non vero, vt etiam remedia humaniter indulta, omnino intercludantur, at expressa scientia iustis probationibus monstrata, & donationis speciem habet, & eam humanitatem, qua tue aliquoquin fragilitati succurrebat, in contrarium vertit, ne astuta ac vafra inconstatiae auxiliū expeditetur. Deniq. nec legū generalitas particulari speciei particulari ratione innitēti solet officere, nec par est aquitas, vt deceptore vera rei ipsius preciū callēti opitulemur, atque ignorāti, licet iusta ignorāti, causam nō habeat, opē feramus. Nec rursus probabile cuiquam argumentum erit, idcirco cordatis hominibus perfecte quid agat intelligentibus manum esse dandam, quia insani, vel luxuriosis sua bona prodigentibus auxilium iustissime feratur: nec demum villa versabitur absurditas, si legitima probatio- num ratio ineatur, & vanæ atque incerte coniecturæ conticescant. Sed tamen, vt dixi, quamvis Pineli argumenta faciliter eleuentur, eius opinio ob utilitatem publicam recipienda humaniter videtur, ac mihi imprimis placet.

patitur ex eorundem authorum repugnantia: ipsi enim non sibi constant, vt colligitur ex Fabian. d. loco, num. 18. & ex alijs hic arguentibus à præsumptione scientiæ in re propria, per l. quisquis, infra eod. cui nullatenus satisfaciunt: concedunt enim & agnoscent omnes, quando læsio est citra dimidiam, præsumi quod læsus sciebat valorem, & ideo ei non succurri: tunc autem respondent, stante læsione vltra dimidiam, cessare eam præsumptionem, & potius errorem præsumi. Ego autem contra eos omnes adverto, præsumptionem scientiæ magis vigere,

vigere, quando læsio enormis est: facilius enim errabit quis in modico excessu, ut communis sensu & rerum experimento satis constat: facit *l. fin. ver. nec enim, C. arbit. tute.* quod enim etvidentius est & maius, non tam facile ignoratur, ut ex Bald. consulente tradit *Anto. Cap. decis. 69. num. 15.*

aperte corrigit, quod apud scriben. receptius est: omnes enim hic, & in d. l. si quis cum aliter, & alibi saepe resoluunt ex speciali renunciatione huius remedij, illud omnino cessare, ut tradit *Caro. Rui. consil. 16. lib. 4. latius Couar. d. cap. 4. libr. 2. rej.*

Retenta haec opin. non obstant, quæ pro communis adducuntur: & primo illud vulgare, quod scienti non sit iniuria: respondetur enim quod lex ex aequitate tam grauter læsis succurrere voluit, eo quod iniquitas lædentis, præponderat culpæ læsi, utrait gloss. *ind. l. quisquis, infra eod. Alber. hic, Panor. in d.c. cum causa, num. 4.* Ideoque scientia læsi tollere non debet hoc remedium: quod probat glo. (ad quam non solet aduerti) dum limitat tex. *ibi, in l. venditor, infra eod.* Nec obstat tex. *in l. domum, ver. similis quoque modo, ff. de contrah. empt.* quem ad communem conclusionem extollit Roman. *in d. l. si quis cum aliter, nu. 15. & consil. 475. Pantha. hic nu. 88.* omisssis enim alijs, quæ dici possent, respondeo ex deducuntis *in precedent. ca.* quod hæc lex nouum remedium induxit, ICtis incognitum: atque ideo ea l. non potest adduci ad limitandam hanc.

Ex hac sententia plura utilia deduci, possunt: & in primis cessat varietas Dd. quorum traditionibus & coniecturis probandæ scientiæ læsi, fere inanis reddebat decisio huius l. Cessant etiam fraudes & cauillationes, quæ facile incurrerent. Inde patet contra fere omnes hic: contra Panor. & Burg. *in d. ca. cū causa,* læsis citra dimidiam non ideo hoc remedium negari, quia præsumantur nouisse verum rei precium, & donare voluntate quod excedit: non enim id probat *l. quisquis, infra eo. ab omnibus male citari.* solita: nec vero simile id est, ex reg. *l. cum de indebito, ff. de probat.* sed ita iuris conditoris visum fuit ex rationibus ad ductis *cap. preced. circa §. idem Pompon. l. in causa, ff. de minor.* cum alijs iuribus, quæ etiam in læso ignoranter loquuntur: ut sic in dubio de animo donandi in hac re prorsus silendum sit.

Infertur similiter necessario, ad proxim & libellum in materia huius l. non esse necessarium articulos vel positiones formare, quod læsio per ignorantiam contigerit: contra Bar. & omnes hic, Panthal. *num. 204. Panorm. & latius Burgen.*

**12** Pro hac parte cōtra cōmunem aliter induco *d. l. quisquis ibi, scire debuerat: iuxta reg. iuri, paria esse scire, vel scire debere, l. quod te. ff. si cert. peta.* Vnde si per eā l. principaliter excluderetur venditor læsus, eo quod verum premium scire debuit, semper utique excludendus esset, etiam læsus ultra dimidiam: quia & in hoc viget eadem ratio vel culpa, quod scire debuerit. Sed l. hæc, eo non obstante, succurrit læso ultra dimidiam, ergo scientia læsionis non tollit remedium huius l. Quod etiam suadetur ex generalitate huius l. & l. si voluntate, *infra eod.* quæ non distinguunt, an læsus sciat vel ignoret læsionem. Suadetur etiam ex aequitate, qua lex hæc principaliter ntititur: quæ militat etiam in eo, qui sciebat verum premium, potuitq; ex necessitate, vel alia causa moueri. Iuuatur etiam, quia iura saepe succurrunt hominibus dissipatis bona sua. Facit etiam argumentum à vitando absurdo, nam ex communis opinione, facillime tolleretur remedium huius l. probando coniecturas urgentes, quæ sepius probari possunt, ad colligendam scientiam valoris in emptore & venditore: ut fatetur Bal. *hic n. 9. qu. 6. Cagnol. nu. 125. Soc. consil. 48. lib. 4. Dec. consil. 5. n. 4.* qui non aduertit, secundum id fere nunquam locum manere remedio huius l. vt videtur aduertisse Alber *hic n. 12.* faciunt plura, quæ ad probandum scientiam tradit Bar. *in l. is potest, nu. 18. ff. de acquir. hered.*

**13** Hæc opin. contra communem placuisse videtur Alb. *hic nu. 12.* nec prorsus reiicitur à Specul. *de rescind. vend. num. 12.* Apud Lusitanos autem non tantum obseruabitur, sed indubitabilis erit, ex saluberrima prudentissimaque Ordinatione *lib. 4. tit. 30. §. 7* quæ aperte decidit, remedium hoc non negari læsis ultra dimidiam, etiam proabetur eos comprehendunt habuisse verum rei premium, licet etiam speciatim huic remedio renuncient: in quo ea ordinatio probat, quod iudicio meo de iure verius videtur, sed

Burgen in d.ca.cum causa contra pract. Pap. in forma libelli huius l. & ita saepissime in praxi obseruatum vidimus. Ex quo etia resultat non solum in processu non oportere probare ignorantiam, ut colligitur ex Bar. & alijs; sed nec eam allegare, contra eosdem, maximè Burg. d.cap. num. 20. quos non percepit Forcat. d.dialog. 100. putans Dd. exigere probationem ignorantiae, cum illi solam allegationem requirant.

- 17 Ex eisdem infertur, iam sustineri non posse, quod dicebat Bal. hic num. 9. qu. 6. negans remedium huius l. laesio qui circa rem versabatur eiusque notitiam habebat: quod tanquam receptum inique respondebant ex facto consulti, Soc. cōf. 48. li. 4. & Dec. cōf. 5. 83. & ibi. Mol. alios citans, & Cagno. hic nu. 145. quorum traditione, nunquam locus dareatur remedio huius l. Quis enim secundum communiter contingentia, circa res suas non versatur? Sic etiam rei cīdūm est, quod inique consulebat Alex. cōf. 127. libr. 2. excludens venditorem laesum ultra dimidiam, eo quod paucis ante diebus eadem rem carius emerat: inde colligens probationem scientiae, ad laesum exclūendum: quod etiam stante communione opinione, tenēdūm non erat: Dd. enim communiter contra sentiunt concurrete hac grandi laesione, ut colligitur ex Paul. hic nu. 7. Panor. in d.ca.cum causa, nu. 4. & contra Bald. tradit speciatim Aret. in d.l. si quis cum aliter, nu. 9. & Panthal. hic num. 9 & iuxta hanc veriorem sententiam tutius consulere potuisset Hieron. Grat. qui dubitauit cōf. 61. num. 1. & 23. libr. 1.

- 18 Consequitur etiam non esse speciale in rustico vel feminina, vel alia simplici persona, ut ex scientia valoris rei non excludatur à remedio huius l. vt non bene putabat Bald. hic nu. 7. cum idem sit in omnibus. Ex quo magis damnandum est, quod iniquius tradebat Salic. hic nu. 12. qui etia rusticis & mulieribus remedium huius l. negabat, si probaretur eos nouisse verum precium. Sed Bald. traditio receptionis erat secundum tradita à Cagno. hic num. 125. Bero. in cap. cum dilecti, nu. 25. de empt. & vend. Boer. decis. 142. nu. 4. Vnde etiam comperies cum Salic. perperam consuluisse Alex. cōf. 127. nu. 1. in fin. libr. 3.

- 19 Inde etiam deducitur, caudum esse

ab alijs, qui male respondebant, remedium huius l. non dari laesio sagaci, & experto, ob presumptionem scientiae: in quo errore est Panthal. hic nu. 124. alios referens: M. Mantuan. d.libr. 1. locor. cap. 6. Quod falsum esse, omisis alijs argumentis, satis conuincit ex generalitate huius l. quæ non tantum violenter, sed in epte & verecunde, ad solos ignaros & simplices restringeretur. Inde etiam superflua redduntur multa, quæ scriberi inculcant de probanda ignorantia laesi: per Panthal. hic, ex num. 206.

Ex ijsdem infertur ad quest. Bar. hic 20 & in d. l. si quis cum alter, quando in conventione additur clausula, qua inuicem sibi donant vel remittunt quod pluris res valet, vel quod plus pro ea datur: resolutum enim Bart. non ideo cessare remedium huius l. nisi laesus tunc sciret verum premium & ita communiter Dd. hic & ibi, secundum Ale. Iaf. Claud ibi, Panthal. hic num. 57. Cagnol. num. 124. Boer. decis. 142. quorum præcipuum fundatum est ex doctrina IC. in l. hac adiectio, 192. ff. de verbo sign. quod ea verba modicum referri debent: & ita Curtius Brugen lib. 3. coniectu. ad fratr. cap. 2. & lib. 1. ad viuid. colleg. ca. 7. quicquid controuerstant Imol. Roman. Ferret. in d. l. si quis cum alter. Qua in re ex coiectutis vel presumptionibus scientiae, etiam adiecta ea clausula, non est negandum remedium huius leg. iuxta supr. tradita, maxime apud Lusitanos ex d. Ordinatione.

In eadem q. Bar. aduerto quod Salic. hic num. 13. Panthal. num. 58. Cagn. nu. 129. Alex. in d. l. si quis cum alter, num. 3. in fin. Iaf. ibi. num. 17. in fin. aperte intelligunt ex prædicta clausula aliquid donatum censerri quod ex quantitate laesione deduci debeat, eq; sublato, fieri debere computationem. & sic secundum eos non dicetur laesio ultra dimidiā, nisi prius deducatur illud modicum, quod donatum censetur. Quod dixisse videntur ad vitandam argumentationem, ne verba illa maneant sine effectu.

Ego vero contra eos æquius & tutius puto, Bar. sentire, non esse id modicum deducendum: imo quod si laesio excedat dimidiā, nulla ratio eorum verborum habeatur, quasi conditionaliter prolatæ fuerint, nisi tanta laesio resultet. Quod videtur sentire Alci. in d. l. hac adiectio: nec obstat argu. ne verba superflua maneat: facilis

facilis enim responsio est, cum l. ita restringat, sicut in multis facere solet, l. si conuenerit, ff. profoc. l. quero, §. inter locat. ff. loca. cum ijs, quæ in simili vtiliter tradit Dec. conf. 600.

- 22 Nec omittendum fuit quod in eadem q. addit Bald. hic nu. 10. q. 7. nisi in q. Bar. ultra prædictam clausulam, de qua in d. q. adiicerentur verba geminata, quod alter alteri donat totum, & plus quod est in re vel in precio: & ita Salic. nu. 13. Pau. num. 10. Panth. num. 58. Cagn. nu. 130. & alij relati à Boer. d. decis. 142. numer. 10. Alex. conf. 42. nu. 7. li. 1. Felin in ca. si cautio. num. 39. vers. & hinc, de fide instru. Hipp. in l. i. §. qu. nu. 7. ff. de quest.

Mibi vero futilis, & reiicienda videatur hæc traditio Bal. & aliorum, quæ in praxi coram doctis non seruabitur. Aduersatur enim reg. l. i. C. con. deleg. Fortissime autem contra stat sententia Bar. recepta, ne ex verbis generalibus tollatur benignum remedium huius l. vt etiam in renunciatione generali, copiose refert Tiraq. in l. si unquam, in prin. nu. 123. Suadetur etiā hæc pars ex tex. & ibi notat. in l. fin. §. item quæsum, ff. de cond. znde. quod apud Lusitanos indubitabile erit ex d. Ord. & ita in senatu Parif. iudicari tradit Rebuff. in 2. tom. ad ll. Gall. tit. de rescind. cont. gl. 15. num. 20. Hoc etiam bene sensit Rom. in d. l. si quis cum aliter, num. 5. in fin. dicens in his terminis non dari geminationem, quæ talem effectum inducat, arg. tex. in l. pediculis, §. Labeo, de aur. & arg. leg. quod non satis aduertit Are. ibi, non enim indistincte negabat Rom. effectus geminationis, quos ipse plene addux erat, in l. si vero, §. de viro, ff. solu. matri. Sed in casu Bal. aduertebat non concurrere terminos efficacis geminationis. Facit glo. celebris in l. 4. ff. de pignor. actio. & opin. Roma. diuersa ratione magis sequuntur Arct. & Claud. in d. l. si quis cum aliter.

- 23 Consecutue etiam damnanda videatur alia traditio Bal. hic q. 7. num. 10. ad fin. quem sequuntur Salic. Paul. Panthal. nu. proxime citatis, dum excludunt contrahentem læsum ultra dimidiam, si addat se dare vel facere ex certa scientia, non per errorem, sequuntur plures in d. l. si quis cum aliter. Alex. conf. 42. num. 7. libr. 1. Curt. seni. conf. 49. nu. 75. Boer. decis. 142. nu. 10. Sed melius contradicit Cagn. hic nu. 126. quem vide: & ita suadetur ex IC.

in §. Labeo, & dict. §. item quæsum, de quibus nu. preced. maxime si attendas etiam hæc verba generalia esse, & frequentius adjici, vel ex stylo tabellionum, vel ex calliditate sagacium magis, quæ ex certa & syncera contrahentium voluntate, quod alibi plene & vtiliter probo ad intellectum l. fin. C. de fidei usor. & ita sœpe iudicatum vidisse tradit Rebuff. vbi sup. Procederet autem Bal. opinio, quando apertissime constaret, alterum ex contrahentibus aliquid donare voluisse, vt infra proxime nu. 25.

Ex prædictis infertur ad q. an necessaria sit insinuatio in eo quod empor vel vedi tor sibi remittunt in laesione ultra dimidiam; de quo plura refert Tiraq. de retral. tigna. §. l. glo 18. num. 15. plenius idem Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione, ex nu. 2. usque ad 10. Couarru. d. l. 2. cap. 4. Boer. decis. 143. post Roman. & Alcia. in l. 2. ff. de verb. oblig. quorum relatione receptior opinio videtur necessariam esse insinuationem, quando constat certum aliquid, deliberato donandi animo remitti, quod contineat quantitatem, in qua de iure requiratur insinuatio. In quibus terminis non obstant argumenta, quæ D. Couarr. pro Calderino adduxit. Si autem non constet certa & deliberata intentio donandi, ex ijs verbis adiectis in contractu oneroso, non erit necessaria insinuatio, cum de ea nihil agatur, iuxta reg. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & ita sentit Alber. in l. donari, ff. de donat. resolutio docte Moli. in consue. Parif. §. 13. gloss. §. num. 53.

Vbi autem vere constaret certa mēs 25 donandi, & aliquid remitteretur de vero precio, vt alteri ex contrahentibus gratia fiat, verius putarem necessariam fore insinuationem, in quantitate, quæ de iure insinuari debeat, b et-  
b Procederet etiam hæc eadem in specie l. si unquam, C. de reuoc. donat. quemadmodum & in priori specie processura est, cum venditor rei sua verum premium sciens, etiam non remissione vel donatione eius, quod plurim res valebat facta, minoris eam vendiderit: secundum Rip. notabiliter in d. l. si unquam, quæst. 9. & Molin. de donat. facta vel confirm. in contractu minoris, pag. 48. nu. 52. cum seq.

iamsi non excedat dimidiam iusti pre-  
cij, & etiamsi non plus sit in donatione,  
quam in venditione vel alio contractu,

qui

qui geritur. Viget enim iuris regul. Insinuationem requirens, eaque solennitas de iure omnino adhiberi iubetur ad visitandas fraudes *l. data. C. de donat.* ideoque renunciatio eius solennitatis non valet, ut not. Bar. in *l. Modestinus*, *nu 9. ff. de donat.* Sic enim in proposito iure cauetur, irritam esse donationem, quae in fraudem iuris donare prohibentis, sub specie contractus onerosi fieret, ut probat tex. in *l. 5. 9. circa. ff. de donat. int. vir. & uxo.* quem tex. bene induxit Curt. in *l. 2. §. 1. num. 22. ff. si cert. pet.* Facit doctrina Bar. in *l. 2. ff. si quis à par. fuer. man.* Quod noue aduerto contra Tiraq. in *d. l. si unquam. n. 9.* contra Boer. *d. decis. 143.* Si vero contrahentes non intendant deliberate donare, quamvis alter ex laesione alterius multum lucretur, non erit necessaria insinuatio: nec susceptis postea liberis reuocabitur quantitas, in qua laesio fuit: ut docte tradit Couar. *d. c. 4. nu. 12.* quicquid plures inuoluant, & cum ijs Tiraq. in *d. l. si unquam. verb. donatione. nu. 5. & 6.* facit resolutio Molin. proxime adducta, *num. 24.* & quae diximus *supr.* in *2. cap. 2. par. Rub. post prin.*

- 26 Ex praedictis etiam egregie infertur ad quæstionem, quando in contractu apponitur poena, si alter ex contrahentibus contraueniat, an ea poena teneatur is, qui ex laesione ultra dimidiā, contra conuēta agit ex remedio huius *l. Alber.* enim *hic num. 10.* referens Rosfred. scribit laesum à tali poena conuentionali non excusari. Ego autem contrarium verius puto, & laesum libere tunc audiendum: non obstante poena, quæ cessare debet, cum lege permittente aduersus contractum agatur: ex mente Rebuff. in *d. loco.* *num. 29.* Cum enim principalis conuentio non liget, regulariter nec poena promissa seu adiecta iuxta glo. celebrem in *l. 3. verb. Fabia. ff. si quid in fraud. patro.* cum traditis ab Ias. in *l. 1. §. si vir uxori. nu. c 18. ff. de acquir. pos.* Felin. in *c. significantibus. ad fin. de offic. de leg. Hippol. de fide.* c Pro qua facit tex. in *l. fin. §. item quæsum.* C. de condic. indeb. & in *c. cum omnes inter. ver. quamvis iuncta gloss. verb. donationis. extra. de sententia. & re iud.* iusso. *nu. 350.* Quod iuuatur, ne per obliquum facile tollatur, elusoriumque maneat remediū huius *l. cōtra doctrinam l. si quando.* C. de inoffic. testam. & *l. Seius & Augerius.* & ibi Bar. *ff. ad leg. falcid.*

Infertur ex *supr. dictis* ad intellectum *tex. in l. si quis donationis. 38. ff. de contrah. empt. vbi IC. venditionem appellat etiam,* quæ viliori precio fit donati causa: quæ *l. à multis supr. citatis non bene adducitur:* non enim negat in eo, quod donari intendatur, si ruandas esse iuris regulas de donatione agentes: & consequenter non obstat ea *l. liberis postea suscep-* *tis, si aliud eos non impedit.* Nec ex eadem *l.* negabitur solēnitas insinuationis, si ea concurrant, quæ insinuationem necessariam faciunt, licet fortasse contrarium senserit Bal. saepē cōmendatus in *Rub. C. de contrah. emp. q. 12.*

Infertur etiam ad intellectum textus, *in l. imaginaria. 16. ff. de reg. iur.* quæ habet, non dici *imaginariam venditionem, vbi precium accedit:* gloss. enim & Dd. communiter intelligunt *imaginarium* ibi pro simulato accipi: & ita Bald. in *l. cum pre-* *cibus. C. de probat. glo. in leg. nuda. ff. de contrah. empt. glo. in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manu.* Sed contradicit Alci. *l. 3. par. c II.* eo tantum argumento, quod etiam interueniente precio, aliud agi, aliudque simulari potest. Ego vero à communi interpretatione nō recedo, quia euidēter probatur ex Modestino *in l. cōtractus.* *53. ff. de actio. & oblig.* & nō relato Alc. ita tradit Lorio. *in tract. de reg. iur. axio. 120.* vbi axio. sequēti intelligere videtur, *d. l. imaginaria, vt ibidem exponit Ioan. Fer- rari.* ne qui precium accipit, contractum simulatum arguere possit: quod nec cōgruit verbis illius *l.* nec tutum est *ex l. 1. cum seq. C. plus vale. quod agitur.* Et apud Lusitanos id deciditur, *Ordinat. libr. 4. tit. 15.*

Potest fortasse melius intelligi, *d. l. 29. imaginaria, vt significet posse tunc simula-* *tionem & fraudem, quoad alia inci-* *dere: sed ipsam venditionem, quæ pre-* *ciūm habet, imaginariam vel simulatam* non dici, cum ex suis partibus constet: *iuxta l. nec emptio, & l. paēta. ff. de contrah. empt. & d. l. si quis donationis ff. eod.* Quod apte & utiliter probatur ex ijs, quæ scribo in *l. 1. 3. par. fol. 138. C. de bon. mat. ad Bar.* in *l. 2. ff. si quis à paren. fu. manu.* & ita vita-  
tur argumentatio Alc. Cum nemo ex scribētibus negat quod ipse tradit, preciū quod IC. ait facere, ne vēditio simu-  
lata dicatur, nō intelligi de preciōvnius nūmi, quia id preciū nō cenfetur, iuxta *l. si quis aerte, cum ibi not. ff. de acquir. pos.*

30 Tandem magis ad tractatum propriū huius l. infertur ad verū intellectū l. quisquis, infra eod quā omnes male adducunt in hac materia, dū ex ea falso colligunt, læsum citradimidiā præsumi, quod scierit verum precium, & donare voluerit, probauit enim supr. n. 15. talem scientiam non præsumi, minusq; talem donandi animum, sed longe diuersa ratione, læsis tūc nō succurri. Inde necessario corruit aliud, ad quod ea l. citatur ab omnibus, secundum Paul. ibi, & Dd. hic. & in d. ca. cum causa. & Fabia. de tract. quæst. 8. num. 18. Colligunt enim ex ea l. quemlibet præsumi scire valorem suarum rerum, & vires patrimonij: quæ collectio fecit gl. Bar. & alios in maximas difficultates incidere, vt statim explicabo.

31 Interim vero aduerto l. illam nō probare communem collectionem, non enim ex præsumpta scientia arguit, sed ignorantiam damnat. nec contrahentē ob eam excusat, vt euidenter ex verbis d. l. comperies. Inter ea autem longa differentia est. sic enim scrib. sèpissime tradere solent erroneè, quemlibet præsumi scire iura, per leg. sacratissimæ, Co. de legib. quod communi sensui repugnat, cum etiam qui docti habentur, & longo tempore iuri operam dederunt, vix ea, quæ iuris sunt, assequi possint. Ea autem l. tantum probat, non excusari errantes ex ignorantia iuris, vt bene aduertit Alex. in l. 1. §. si quis ita, n. 9. ff. de verb. oblig. Feli. in cap. de quarta, num 28. de prescrip. Corras. l. 4. Miscel. c. 17. Alc. reg. 3. præsup. 10. n. 10. vers. non obstat, quod alibi latius orno.

32 Ex qua veriori declaracione d. l. quisquis, cessat difficultas, qua torquentur gl. & Dd. de tex. in §. in fraudem. Institut. quibus ex caus. manumitt. non lic. de quo utrobiq; opponit gl. nec soluit. Alber. in d. l. post antiquos mirè fluctuat: Bar. in Auth. sed cum testator. n. 5. C. ad l. Falci. cōfugit ad distinctionē inter actusvuentis & actus moriētis: seu inter cōuentiones, & vltimas voluntates, resoluens, vt sciētia valoris rerum & patrimonij præsumatur in contrahente, & ita procedat d. l. quisquis. In testatore autem non ita præsumatur: & ita intelligatur d. §. in fraudem. Et resolutionem Bar. sequuntur plures, vt per Pau. & Corn. ibi Ang. Are. in §. Gom. in §. item si quis in fraude. n. 25. Inst. de actio. In quas difficultates inci-

derunt Dd. putantes d. l. quisquis, probare reg. affirmatiuam, quemlibet præsumi scire valorem rerum suarum & patrimonij. Cui præsumptioni aduersatur tex. in d. §. cum inquit, Sæpe de facultatibus suis amplius quam in eis est, sperant homines.

Facillime autem vitarent glo. & Dd. 33 eas angustias, si aduertissent in d. l. quisquis. talem præsumptionem non constitui, & ita cessare oppositionem, & difficultatem ex d. §. quem perperam intellegebat Bar. & plures eum sequentes: tex. enim non tantum loquitur de libertate data in testamento, sed etiam inter viuos, iuxta princip. tit. vt melius aduertit Ias. in d. §. item si quis in fraudem, nu. 48. & Aret. conf. 47. & ita eum §. intellexit glo. in l. 1. C. qui manu. non poss. Quod etiam ratione conuincitur, cum sèpissime homines maiori deliberatione testentur, quam contrahant: Vnde regulariter non erat cur magis præsumeretur obliuio in testante, quam in contrahente. Nec cur magis errarent testantes circa patrimonium, quam alia negotia gerentes. Et ita verius intelligentur eadem verba apud IC. in l. in fraudem, ff. qui & a quibus.

## PRIMA PARS L. II.

C. derescind. vend.

## CAPUT III.

## SVMMA RIVM.

- 1 Traditur communis ampliatio huius l. ad contractus bona & fidei, & ultra scribē. exacte trattatur eadem ampliatio, usque ad n. 4.
- 5 Agitur de cōtractibus stricti iuris, an in eis locus sit remedio huius l. & expli- cantur, examinanturque multa à Dd. hucusque non recte tradita, usque ad num. 7.
- 8 Agitur de actione, qua repete posse l. e- sus ultra dimidiam, in cōtractibus stricti iuris: reprobaturque communis opinio, tribuens tunc condicione indebiti: traditurq; circa id noua opin. in omnibus contractibus, & nn. 9.
- 10 Inferuntur aliqua ex præcedentibus.
- 11 Offenditur parui momenti esse, quod Bar. & Dd. prolixè tradunt, quando stipula- tio interponitur in contractu bona & fidei: & dicuntur aliqua ultra Dd. nu- mer. 12.

- 13 Agitur de permutatione, an, & qualiter  
in ea locus sit remedio huius l. & adduc-  
cuntur examinenturq; nonnulla me-  
lius, quam hucusque scriptum sit: reij-  
citurque noua opin. Molin. & susline-  
tur communis, usque ad n. 15.
- 16 Agitur de eadem permutatione in bene-  
ficialibus, ad materiam huius l. & de la-  
sione in pensionibus.
- 17 Agitur etiam de lasione in locatione &  
conduzione, & tradantur aliqua no  
vulgaria, improbateturque consilium  
Dec. usque ad n. 20.
- 21 Exactissime tractatur opin. Bar. circa iu-  
dicandam sterilitatem, causamque re-  
mittende pensionis conductori, tradu-  
turque aliqua in ea re non vulgaria,  
usque ad n. 24.
- 25 Agitur de quadam traditione Pau. Cast.  
ad propositum memorabili.
- 26 Tractatur utiliter de renunciatione ca-  
suum fortitorum, contra gloss. & ali-  
guos Dd. agiturque de intellectu tex.  
in l. sed & si quis, §. quesitum, ff. si  
quis cautio. usque ad n. 28.
- 29 Exactissime tractatur articulus de casu  
insolito, an comprehendatur in renun-  
ciatione casuum fortitorum; agiturq;  
notabiliter de intellectu tex. in l.  
§. frumenta. ff. de contr. empt.  
usque ad n. 31.
- 32 Tractatur aliquiliter, quomodo dicatur  
casus insolitus in ea materia.
- 33 Agitur de quas. renunciationis casum  
non cogitatorum, & improbatetur opin.  
aliquorum.
- 34 Agitur utiliter de q. gl. in l. si merces, §.  
vis maior. ff. loca. an pensio augeatur  
fructibus nimis crescentibus.
- 35 Agitur in eo proposito de intellectu. 2. C.  
de atlui.
- 36 Traditur utilis limitatio in locatione, vt  
ali quando in ea non procedat reme-  
dium huius l.
- 37 Agitur de lasione in emphiteusi, & an in  
ea sit locus remedio huius l.

**H**æc de venditore loquens, re-  
cte à gl. & Dd. intelligitur etiā  
in emptore ita grauiter læso, vt  
deductum fuit in præced. Addit etiam  
gl. quam omnes sequuntur, remedium  
huius l. competere in omnibus contra-  
ctibus bonæ fidei, pro quo Bar. hic, col. 2.  
num. 8. adducit tex. in l. in contractibus, sup.  
ex quib. caus. maior. ybi gl. & Dd. id varia-

do colligunt: & eandem l. vt expressam  
notauit Oldra. vt per Alber. hic col. 2. n. 7.  
& scrib. in l. si quis cum aliter, vbi Roma-  
num. 21. & Anton. Goine. lib. de contract.  
cap. 2. num. 23. in l. qui etiam citant tex. in  
l. maiorib. sup. communia utriusque iudic.  
Argumentantur etiam à paritate ratio-  
nis, vt per Alber. d. num. 7. Bald. d. nu. 5.  
Pau. n. 14. qui ad hoc commendat tex. in  
l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraud.  
patr.

Ego in hac receptissima conclusione 2  
aduerto eam non probari in d. l. in con-  
tractibus, nec in dict. l. maiorib. quia neutra  
carum proponit idem factum, nec con-  
tinet idem ius: vt constat ex litera vtri-  
usque, quamuis ijdem Cæsares huius l.  
& illarū authores fuerint. Aduerto etiā  
hanc communem ampl. ad omnes con-  
tractus bonæ fidei, non leuem difficulta-  
tem inducere ad id, quod etiam magis  
communiter resoluunt scriben. dum in  
effectu ampliant remedium huius l. ad  
contractus stricti iuris, vt inferius. Nec  
ad hanc ampliationem astringit argu-  
mentum Pauli ex d. §. si quis in fraudem,  
cum ibi magis de rigore tractetur, hic  
verò de æquitate. Nec in materia illius  
tex. congruit vlla consideratio contra-  
ctus bonæ fidei, vel stricti iuris, sed tan-  
tum, an in patronum libertus fraudem  
committat: nec etiam concluderet ar-  
gumentum à paritate rationis. Ea enim  
etiā in contractibus stricti iuris viget. ex  
l. bonam fidem, sup. de actio. & oblig. l. nā hoc  
natura, ff. de condic. indeb. Item cum ante  
hanc l. læsis in precio remedium non  
daretur, vt plene probauit supra in 1. cap.  
parum valeret argumentum ab æquitate  
contra apertam & generalem reg. l. in  
causa, §. idem Pomp. ff. de minor. l. item si pre-  
cio, §. fn. ff. locat.

Ex quib. haec ampl. receptissima vide- 3  
retur non difficultate carere, replicari  
que posset ex Iuribus, quæ indistincte  
læsis in precio tantum recursum nega-  
bant: vnde paulatim reduceretur, posse  
hanc l. correctoriam censeri, vt secun-  
dum receptas traditiones non trahere-  
tur extra casum suum. Posset item re-  
plicari ex doctrina IC. in l. prospexit.  
ff. qui & à quib. cum notatus in l. I. C. de legi-  
bus.

Sed his non obstantibus recedendum  
non est à communi sententia, ampliant  
remedium huius l. ad alios contrâ-  
ctus,

Etus, concurrente pari ratione, quæ in iure totum semper facit: quod mihi suadetur ex eo, quod antiqua reg.d. §. idē Pompo. cum simili non magis in venditione, quam in alijs contractibus locum habebat. Vnde sicut hæc l. venditori læso noue succurrit, satis videtur regulam illam abrogare, vbi tanta læsio contigerit, argum. tex. notab. in l. his solis. Co. de reuoc. dona. ad fin. ibi, satis tacite cautum putamus.

4 In l. eadem vero recepta sententia cū iudicio aduertit Molin. l. de commer. num. 182. communem ampliationem ad alios contractus, tam ample stare non posse: necessarioque restringi debere ad conuentiones commutatiwas, in quibus ex utraque parte datur, vel promittitur vnum pro alio, & ita Bar. cons. 90. nn. 2. Vnde agnoscunt scriben. non procedere hanc l. in actu, quo liberalitas exercetur, licet aliis ex causis rescindi possit, vt tradit Lauren. Siluan. cons. 13. num. 4. & Fabian. de empt. q. 8. num. 10. Sic etiam recte sensit Rebuff. in 2. tom. ad const. Gall. in tract. de rescissione contractuum, ar. unico, gloss. 15. num. 6. vt hæc communis opin. necessario restringatur ad contractus, in quibus congruere possit consideratio læsionis, quæ non applicatur ad depositum, nec ad mandatum: nec ad commodatum, in quibus reuocatio facile dabitur, sed citra remedium huius l. eiusque requisita, quia in his cessat commutatio reciproca vnius rei pro alia, quod non percepit Cremen. hic in suare petit. num. 26. ex quo etiam cauebis ab aliis hic, & in d. l. si quis cum aliter, & in cap. cum dilecti: dum indistincte & incaute tradunt, remedium huius leg. competere in omnibus contractibus enumeratis in §. actionum, institut. de actio.

5 Antequam descendamus ad particulaaria contractuum nomina, oportet generice tractare, quid in contractibus stricti iuris, quales communiter censentur omnes, qui non enumerantur in d. §. actionum. An & in iis locus sit remedio huius l. Gl. autem hic vacillat. Dd. antiqui & nouiores variant, nec nullus rem fatis explicat. Iaf. in d. l. si quis cum aliter, num. 18. & in l. de quibus, n. 29. ff. de leg. asserit receptum esse, non competere remedium huius l. in contractibus stricti iuris, quod confirmari posset ex plurimis

scrib. supra citatis, dum ampliant hanc l. ad contractus bonæ fidei, quasi non obscure significant, diuersum esse in contractibus stricti iuris: quod videtur decepisse Iaf. vbi sup.

Aduerto igitur, quod Bar. & alij hic, & in d. l. si quis cum aliter: æquiparant omnes contractus bonæ fidei, & stricti iuris, quo ad excipiendum: quamdiu scilicet res non traditur, vel precium non soluitur, resoluentes communiter, conuentum posse semper excipere ex causa tantæ læsionis, vt etiam tradit Alex. consil. 89. num. II. libr. 2. Controversia autem est, quo ad agendum post rem traditam, vel preciu solutum.

In quo comperies Bar. & reliquos in contractibus stricti iuris etiam post rem traditam, vel precium solutum, non negare ius agendi cuicunque læso ultra dimidiā, sed variant in cognoscendo remedio, quo agendum sit, vt constat ex Bar. Bal. Paul hic, ex Alex. & Aret. in d. l. si quis cum aliter, & late Crem. hic 3. Amp. num. 28. Cagnol. num. 63. Ex quibus colligitur, receptam esse sententiam, vt etiā in contractibus stricti iuris læso ultra dimidiā succurratur, sed non actione eiusdem contractus, vt etiam resoluti Fulg. hic, n. 4. Alex. in d. l. si quis cum aliter. col. 2. num. 6. in fin. & ibi Claudio col. I. vers. ex predictis. Ant. Burg. in d. c. cum causam. nu. 15. Afflict. in cap. 1. nu. 89. de feud. dat. in vicem l. commis. Gregor. Lup. 5. par. tit. 5. l. 56. verb. menos.

Verius igitur & receptius est remediu dui huius l. in effectu in contractibus etiam stricti iuris locum habere, tam ad excipiendum, quam ad repetendum, licet gloss. hic & plures inuoluant, & Panorm. non resoluerit in d. cap. cum causa, num. 8. in fine, nec Corn. cons. 240. n. 2. libr.

4. Probatur autem hæc recepta opinio ab identitate rationis. Nam & in contractibus stricti iuris militat equitas, in qua hæc fundatur: quāuis ad alios effectus sint differentiae inter eos contractus, iuxta notata in d. §. actionum. facit tex. in l. in omnibus negotijs, 16. ff. de act. & obl. ibi, siue bona fidei sint, siue non. Eaque opinio apud Lusitanos indubitabilis erit per Ordinationē lib. 4. tit. 30. §. 3. vbi verbis vniuersalibus & geminatis extēditur hoc remediu ad omnem conuentione cōmutatiā, facit tex. in l. §. cōventionis, ff. de pact.

Sed hæc conclusio necessario restringi debet ad contractus, in quibus in vicem datur & recipitur: prout *supr. diximus* ad contractus bona fidei. Non enim hæc congruit mutuo, quod stricti iuris est, nec in eo quadrat tractatio laesione ultra, vel citra dimidiā, minusq; electio illa conuento data in hac l. quicquid in mutuo, his non consideratis, aliqui inuoluant, & cum ijs Cagnol. hic num. 58.

**8** In eodem articulo resoluunt scriben. magis communiter, laeso in cōtractibus stricti iuris, ad repetendum dari conditionem indebiti, vt tradit Cagno. hic n. 65, & 68. Alex. & Clau. vbi *sup. in d. l. si quis cū aliter*. Sed videtur non cōgruere condicō indebiti, cum hoc casu quicquid soluitur, ex valido contractu debeat, nec indebitum appellari posset, ideoque condicō illa non satis applicatur attenta doctrina, l. 1. ff. de condicō, indeb. & §. item is cui, Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. Nec obstat tex. in l. qui exceptionem, 40. ff. de condicō, indeb. quam Bar. & omnes in proposito adducunt: Puto enim eam l. non bene applicari, quia loquitur de exceptione perpetua, & euideretur competente ab initio contractus, vt patet ex litera illius l. At in nostra materia, à principio omnia suam formam habent, nec datur euidens vitium, imo requiritur postea exacta probatio lesionis per multa extrinseca.

**9** Vnde contra omnes hucusq; scriben. verius putarem in contractu stricti iuris laesie ultra dimidiā, competeare actionem ex eo contractu, si teneatur communis opinio gl. & Dd. quæ habet, in contractibus bona fidei actionem ex cōtractu dari in terminis huius l. No enim est virgens ratio differentiæ, licet aliqui obijcere possint in contractu bona fidei actionem dari extra ea, quæ conuentantur sunt, magis, quam in contractu stricti iuris; quod nihil obstat, cum in effectu secundum receptas sententias l. hæc ad contractus stricti iuris amplietur, nec tunc prouersus extra conuenta actio datur, quū ex hac l. actum censeatur inter contrahentes, vt alter saltem non minus accipiat, quam dimidium eius, quod dat, iuxta deductā *in preced. cap. facit tex. in l. si quis cū, 13. §. si. vers. plerumque ff. commo.* Illud fortasse verius erit contra glo. & Dd. in omnibus contractibus in hac materia, magis competere conditionem ex le-

ge: attento quod hæc lex noue succurrat, cum antea nullum remediu mēsis in pre-  
cio daretur, vt late probani *supra in pri-  
mo ca.* Nec obligatio tunc resultat ex te-  
nore conuentorum, sed principaliter ex æquitate, cui hæc lex vires tribuit:  
& ita videntur concurrere omnia, ex  
quibus condicō ex l. dari debet, iux-  
ta clara verba IC. *in l. unica, ff. de con-  
dit. ex l.*

Retentā ergo recepta ampliatione, 10  
quod hæc l. etiam in contractibus stricti iuris procedat, cauendum est ab Ias. &  
aliis, de quibus *sup.* qui contrarium rece-  
ptum purauerint. Insertur etiam ad con-  
tractus innominatos, quatenus non cō-  
tinentur in §. actionū, Inst. de actio. vt & in  
illis locus sit remedio huius l. Quia in re  
misere lapsus fuit insignis Paul. Cest. hic,  
num. 13. dum ad contractus stricti iuris  
exemplum ponit in permutatione, quæ  
bonæ fidei est, per tex. apertum in dict. §.  
action. Et in hanc rem conductet, quod  
tractauimus in 2. par. Rub. c. 1. n. 10. vbi ex  
Fortun. & Dec. aliisq; recentioribus cō-  
tra antiquiores probauimus permutationem  
dici, non tantum cum species pro  
specie, sed etiam cum genus pro genere  
datur, quod etiam not. Emil. Ferret in l.  
*iuris gentium. ff. de pacē, num. 41*

Ex ijs etiam insertur, non esse magni  
mometi id quod amplissime tractant  
Bar. Rom. Aret. & Ias. in d. l. si quis cum ali-  
ter. An hæc l. locum habeat in stipula-  
tione interposita super contractu bona  
fidei: & locum habere asserit Bart. ex  
glo. ibi, subdens idem esse, quando in fine  
cōtractus adijceretur, quod partes p̄r-  
cedentia per stipulationem confirma-  
bant, inuicem interrogando & promit-  
tendo, quam formulam in instrumentis  
consuetam esse tradit. Bart. ibi, & in leg.  
2. in fin. C. de condicō. ob causam: debuitque  
citare text. apertum in l. iuris gentium, §.  
quod fere ff. de pacē. vbi. IC. ait solitum esse  
in instrumentis pactorum ea verba adij-  
cere, interrogavit Titius, spopondit Meius,  
ex quib. inquit resultare probationem  
stipulationis: Ad rem vero nostram  
communis opinio est cum Barol. vt  
tradit Alexand. in dict. l. si quis cum ali-  
ter, num. 3. Iason. num. 12. Cremen. hic n.  
30. Cagnol. num. 7. Burg. in d. cap. cum  
causa. num. 9. Ias. in Rub. ff. de verb. oblig.  
n. 15. vers. 7. Ias. in l. cum mota, num. 12. C.  
de trans.

12 Quæ communis sententia, non solum vera, sed indubitabilis mihi videatur, quia clementes & vendentes, vel alii contractum bonæ fidei gerentes interrogando & respondendo, formaque stipulationis utendo, nō minus intendunt contractum principalem gerere, eumque suo nomine appellare, vt constat ad sensum, probaturque ex doctrina IC. in l. 3. §. conventionales. ff. de verb. oblig. ibi, ex negocio contracto pendent. probatur etiam ex tex. notab. in l. 3. ff. de rescind. vend. vbi habetur, emptionis & venditionis naturam non mutari, accedente stipulatione: in idque induci potest tex. in l. si stipuler. 35. §. fin. ff. de verb. oblig. dum habet, quod si in vendendo, vel locando, ad interrogata non respondeatur eo modo, qui in stipulatione necessarius est, valebit tamen contractus, si tandem consentiatur in eo, quod responsum est. Vult enim IC. nō mutari naturam venditionis vel locationis, licet contrahatur per modum stipulationis interrogando & respondendo, quasi semper attendidebeat natura contractus principalis, quem partes per stipulationem agere intendunt: de quo tex. vide omnino Duren. ibi merito sugillantem cuiusdam audaciam in mutanda litera tex. is autem (cuius nomen & locum tacet) est Fran. Zoanet. in lib. restitut. ad leg. Digest. cap. 14.

13 Cum autem remedium huius l. extēdatur ad alios contractus bona fidei, & in effectu ad contractus stricti iuris, operæ precium erit speciatim de aliquibus conventionibus tractare. Et primo de permutatione, in qua omnes scriben. hic & in d. l. si quis cum aliter, & in d. c. cum causa, & ubique, in hac materia afferunt omnino locum habere hanc l. tum quia in permutatione apte concurrit qualitas commutationis: tum quia vicina est emptioni, l. 2. ff. de rer. permut. l. scendum, vers. pen. ff. de edil. edit. traditis à Tiraq. de retr. ligna. §. 1. gloss. 14. ex numer. 28.

Sed quamvis ea sit receptissima opinio, maiori tamē declaratione eget: duplex igitur inspectio in permutationem cadit: prima circa quantitatem læsionis, secunda circa modū agendi. Circa quantitatem non aduertunt, nec expli- cant Dd. quanta esse debeat, vt permuat læso succurratur. Ego aduerto, quod

secundum veram computationem, quā probauit in præced. cap. semper inspici debet, an quis accipiat saltem dimidium eius quod datur: & ita computatio læsionis erit certa & clara, si læsus probet rem, quam accipit, non valere dimidium eius quam dedit: prout si læsus dedit rem valentem viginti, accipitque aliam non valentem decem, nam si decē valeret, non diceretur læsio ultra dimidiā secundum hanc computationem, quicquid in exemplo permutationis dicat Paul. Cast. hic n. 15. vers. pone.

Dubitatio autem non leuis erit, si attendas communem opinionem diuersimode computantem læsionem emptoris & venditoris: afferunt enim scriben. quod si res valet decem, & venditor accipit minus quam quinque, dicitur læsus ultra dimidiā: si vero emptor tunc dat plus, quam quindecim, dicitur etiam læsus ultra dimidiā; quod ego in emptore improbaui in cap. præced: sed retenta communi opinione summe aduentendum esset in permittante læso, cui facilius ob minorem læsionem succurretur, si emptori comparetur, finge etim dedisse rem valentem viginti, si eum venditori æquaueris, non dicitur læsus ultra dimidiā, nisi res quam accipit, minus decem valeat, incipietque computatio à valore rei quam dedit. Si vero ipsum permittantem læsum æquaue- ris emptori, incipiet computatio à re quam accipit: & si ea valeat decem, satis erit quod alia res data valeat plus quam 15. vt læsio dicatur ultra dimidiā. Quia in re ego tunc adhærerem veriori computationi, quam cum Molin. probauit in præced. cap. vt inspiciatur, an læsus receperit saltem dimidium eius quod datur: quia in permutatione ea computatio vera manet, etiam secundum communem opinionem, equādo permittantem læsum, venditori læso: ita enim in venditore agnoscunt omnes; militat etiam iuris regula de susti- nendo contractu. Panor. in d. ca. cum causa. num. 3. & in hac materia receptum est, vt in dubio non censeatur læsio ultra dimidiā, quod ex gl. notat Bald. & ibi Raphael. Cuman. in fin. princ. l. si fundus sterilis. ff. de reb. eor. Quibus non expensis nec ita consideratis hoc videtur probare Molin. in lib. de commer. qu. 14. num. 180: licet contrarium colligi possit ex Paul.

*Cast. in l. i. n. 10. ff. de rer. perm. dum æquiparatur permutantem emptori.*

Altera inspectio in permutatione est circa modū agēdi, Dd. enim dū permutationem omnino in hac revenditioni æquant, non obscure significant, permuntantem læsum agere debere iuxta modum, de quo in hac l. vt aduersarius suppleat, quod decit iusto precio rei, quam læsus dedit: vel eam restituat accipiatque eam, quam læsus accepit: & ita Decius *confil. 10. colum. I. & seq.*

*Sed contrarium noue aduersus scriben. tradit Molin. in consuet. Paris §. 22. n. 41.* audacter asserens omnes deceptos fuisse, nec in permutatione dari posse electionem, de qua in hac l. concludens, quod conuentus probata læsione in permutatione præcise restituit læso rē, quā ab eo accipit: nec auditetur, si velit supplere iustum premium. Quam opinionē legisse etiam memini apud Franc. Baldi *in comment. ad II. Rustic. pag. 3. n. 5.* In id autem argumentatur Molin. à læsione in diuisione bonorum, de qua agemus *in sequent. cap.* Argumentatur etiam ab intentione contrahentium, dicens, quod in venditione alter vult rem, alter premium: ideoque inter ementem & vendentem recte admitti debet ea pensatio & supplementum: diuersum, inquit, esse in permutantibus, quia neuter (inquit) intendit vendere, sed vterque vult habere pensionem reis uiae in alia similis qualitatis. Ego puto veriorem esse receptam opinionem: vt etiam in permutatione detur conuento ea electio, de qua in hac l. Militat enim ratio commutationis, & similitudo emptionis & venditionis: nec repugnat mens contrahentium, quia permutans, etiam si læsus sit in precio rei, quam accipit, candem tamen rem principaliter habere prætendebat: atque ideo conuentus nullam ei iniuriam facit, retinendo rem, quam à læso accipit, supplendo ei iustum premium: & ita contra Molin. pro communi retorquetur eius argumentatio, considerando, quod vterque permutans rem alterius prætendebat: cumque vterque retinet, & sic in re permutata neutri corum sit iniuria. Quæ tunc fieret, quando res non traderetur vel tradita euinceretur, l. 2. ff. de rer. perm. iniuria autem vel inæqualitas tunc in precio tantum est. Iuste igitur secundum

communem opin. in precio ficit pensatio & supplementum, secundum ea, quæ exacte deduximus *supra in Rub. 2. par ca. 2. num. 24.* facit traditio IC. & Imperatoris, quod res omnes precio æstimantur: & per pecuniam ad æqualitatem reducuntur. l. 2. C. de constitut. pecu. l. si ita, ff. de fideiuss. cum aliis, de quibus supra in 1. parte. Rub. ca. 3. & in terminis in permutatione pro communi opinione id probat tex. in cap. ad questiones, de rer. permuat. ibi, certam pecunia summam, ut sic ad æqualitatem permutationes valent peruenire, & ibi, pecuniam posse refundi.

Limitatur tamen hæc receptissima conclusio, ne procedat in permutatione beneficiorum: vt tunc cesset remedium huius l. etiam si alter ex permutationibus læsus sit ultra dimidiam reddituum sui beneficij, quod secure, vt receptum tradit Pantha. Cremen. hic n. 128. in 29. fallen. referens Vbald. & plenius Cagn. hic num. 57. & ita eleganter consuluit Decius, *confil. 210.* & cum Decio Probus ad Ioan. Mon. in cap. fin. de renunc. in 6. & Rebuffi in 2. tō. ad II. Gallic. d. rit. de rescis. contract. gl. 15. num. 10. pag. 185. & Gregor. Lup. in l. 56. titul. 5. in 5. parte: ex quibus ea dicetur communis opinio, maxime cum eam probent Anch. & Imol. in cap. cum causa, de empt. & vend. & ita asserit Couar. lib. 1. resol. cap. 7. Contrarium autem aperte respondit Cald. *conf. 4. de rer. perm.* & eo non relato Anton. Burgen. in d. c. cum caus. num. 69 vbi non male respondet fundamentis communis opinionis. Quæ mihi non videntur concludere. Argumentantur enim Dd. quod beneficium est quid spirituale, in quo non cadit æstimatio: sed facile replicari posset, separatæ esse causam redditum & temporalitatis beneficiorū, à iure eorum spirituali, *ex d. c. ad questiones, de rer. perm.* Minus obstat aliud fundamentum communis op. quod post perfectam permutationē vterq; possidet ex autoritate superioris confirmantis, nō à permutate. nam ea authoritas non tollit restitutionem, nec remedium aduersus tantam læsionem, vt *infra in 2. part.* Prædicta vero communis opin. cessabit in pensionibus, in quibus non videntur rationes, quæ assignantur in beneficiis: & ita de læsione in assignanda pensione, tradit Steph. *de gratiis, §. in primis. n. 88.*

Con-

17 Consecutue ad similitudinem empationis & venditionis tradunt omnes hic, & in dictus locis, remedium huius l. pariter locum habere in locatione & conductione, quæ & bonæ fidei est, & empationi vicina. l. 2 ff. loc. quod notat glo. in l. si ea pactione, C. de usur. gloss. in l. si olei. C. locati: non vero id notauit glo. in l. item si precio. §. fin. ff. loca. licet ex eo loco eam citet Roma. in d. l. si quis cum aliter, nu. 18. Et in locatione consuluit idem Rom. (quem referunt & sequuntur Cagnol. & Creme. hic,) consl. 42: dicens ibidem num. 1. tunc aestimandam esse læsionem attenta consueta mercede, an minus dimidia res locetur, vel ultra dimidiā conducatur.

18 Ego vero in locatione, & conductione, ex consueta pensione vel mercede, consentirem resultare idoniam, seu præsumptiuam probationem. Vero simile enim est consuetam mercedem iustum esse, nec homines communiter tanto minoris locare, nec è contra tanto pluris conducere ut laesi maneant ultra dimidiā iustæ mercedis. Sed crediderim posse admitti contrariam probationem, qua liqueat cessare tantam læsionem: prout si conductor fundi se lasum dicat, attenta solita mercede; locator autem concludenter probet, conductoris detrimentum non exceedere dimidiā, facta computatione valoris fructuum deductis impensis. Tunc enim opinio veritati cedere debet, iuxta vulg. reg. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. glo. in Auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. Et ita si conductor excipiat, arguatque ex consueta mercede, replicabit locator ex rei veritate, obtinebitque ex decisione huius l. requirentis tales læsionem, qua constet non accipi dimidiū eius quod datur.

19 Nec omitto, quod in locatione consuluit Dec. consl. 583. ad si. vers. vlt. vbi mirabiliter scripsit hanc communem sententiā, & remedium huius l. in locatione & conductione non procedere post finitum contractum, cuius tempore durante partes inuicem conuenta implēt. Fragiliter vero Dec. ibi argumentatur ex nonnullis brocardis, ut nostri vocant, dicens tunc non esse iam contractum in rerum natura, & non entis nullas esse qualitates: aliud tamen argumentum sentit, quod colorem habere posset, si

ita inducatur, quod finita locatione non videntur cōgruere verba huius l. quibus conuento electio datur, qua electione frui nō potest cōuentus, si post finitā cōductionē agatur, & consequenter videatur cessare dispositio huius l. cū eius verba huic speciei non congruant, iuxta gl. celebrē in l. mancipia. verb. ad vocandū. C. de serv. fugit. quam extollit Rom. sing. 489. Hypol sing. 339. ornat Felin. in ca. nonnulli, nu. 34. versi. Ampl. de rescrip. & plures, quos citat Tiraq. de retract. ligna. §. 8. glo. 7. nu. 1. a. a Adde Alexan. in ca. cum non ab homine, nu. 8. cum duobus seq. de iud.

Ego vero in praxi contra Dec. consuli, & obtainui coram grauiss. senatoribus, pro plebeio quadam contra virum nobilem & potentem. Contigit enim conductorem finito tēpore contractus agere ad repetendum quod dederat ultra iustum pensionem, probando se lasum ultra dimidiā iplius iustæ mercedis, & contra Dec. considerabam, etiam finita locatione vigere rationem & æquitatem huius l. & rationem naturalē vulg. l. nam hoc natura, ff. de cond. inde. Considerabam magis contra Dec. quod etiam in venditione, de qua agit hæc l. certum est re tradita & prelio dato contractum finiri, tamen ob læsionem actio datur. Inducebam magis contra Dec. apertissimam communem sententiam omnium scriben. dum secure ampliant remedium huius l. ad locationem & conductionem, tam ad excipiendum, quam ad repetendum, & sic tam manente, quam finito contractu: maxime attenta communi resolutione, quæ habet actionem in his terminis triginta annis durare, & consequenter, licet finita locatione non sint termini apti ad electionem illam conuenti; non tamen negare debet remedium huius l. in eo, quod dari potest ex præcedentibus fundamentis & auctoritate Alex. ita sentientis consl. 107. ad fin. nu. 18. li. 3. ibi. promisi vel soluti.

Ex præcedentibus infertur utiliter ad opinionem Bar. in l. liceat. C. loca. qui ad terminos huius l. & ad læsionem ultra dimidiā reducit materiā sterilitatis ad remittēdam pensionem, de qua re principaliter agit IC. in l. ex conducto, §. si vis. & l. si merces, §. vis maior, ff. loca. Imperator

*in d.l. licet. Summus Pontifex in cap. propter sterilitatem, de locat.* Nam circa dignoscendam sterilitatem & causam remissionis in locatione non satis rem explicant illa iura. *Gloss. autem variat in d.l. licet, verb. sterilitatis: & in l. si vno. ff. loca. glo. Panorm. & alij in d. cap. propter. Azo. in summa de locato, nu. 2.* Melius vero id explicat apud Lusitanos *Ordi. lib. 4. titul. 61.* & apud Hispanos *l. 22. titul. 8. in 5. part.* vbi doctus vir Gregor. Lup. opinionum varietatem refert, quod etiam fecit Cor. *consil. 128. numer. 2. lib. 2.* Ad rem igitur in ea varietate dixit Jacob. Aret. Cin. & clarius Bart. *in d.l. licet.* vt sterilitas dicatur ad remittendā pensionem conductori, quando tam pauci fructus colliguntur, quod conductor soluendo pensionem conuentam, maneret læsus ultra dimidiā: quod etiam variando probat Bal. *in d.l. licet, num. 2. in fin.* Butr. & Imol. *in d. cap. propter. Paul. Cast. in d.l. ex conducto, §. si vis, num. 5.* dicens hanc opinionem rationabilem: & Alex. *consil. 107. num. 18. libr. 7. & consil. 3. num. 6. libr. 1.* probat etiam Ant. Gom. *de contract. ca. 3. nu. 18.* Ant. *Capi. decis. 88. nu. 1. Corne. consil. 128. numer. 26. libr. 26. Paris. consil. 88. nu. 23. lib. 1.* Gigas de pensione, qui 66. nu. 17. dicitque hanc opinionem magis communem Aret. *consil. 52. numer. 2. Soc. Nep. consil. 68. num. 9. libr. 2.* Hieron. Grat. *consil. 161. n. 5. li. 2.* Intelligendo quod tunc ex parte conductoris prius deduci debent semen & expensae, ex Barto. & Paul. *nu. 4. in d. §. vis maior. Aret. in d. consil. 52. Socin. Nep. d. consil. 68. num. 9. Grat. d. consil. 22.*

**22** Ad primum vero in hoc frequentissimo articulo summe notandum est, à tot Dd. receptionem asseri opinionem antiquorum & Bar. *in d.l. licet.* Plures enim contradicunt, vt per Sali. & Fulg. ibi Panorm. *in d. cap. propter. Fulgo. in d. §. vis maior.* Fran. Lucan. *in tract. de fisco. 4. par. num. 9. Firmian. de Gabel. 2. part. num. 56.* Adeo quod aliam sententiam in ea remagis communem dicebat Corn. *d. consil. 128. num. 26. lib. 2.* contrariumque tenuit idem Bar. *in d. §. vis maior.*

Ego vero in hac re aduento, inefficax esse argumentum Bar. *in d.l. licet,* & aliorum, de quibus *supra*, dum arguunt ex ratione bonæ fidei. Ea enim militat ad implenda conuenta, maxime quum in conductione non auferatur lu-

crum conductori, vnde è contrario idè dicendum videretur in damno. Nec in illis terminis recte applicatur decisio huius l. loquentis de læsione initium habente à tempore contractus, vt agnoscunt Bartol. & Fulg. *in d. §. vis maior.* & Imol. *in d. c. propter.* Et contra Bart. non leuiter inducit literam d. §. si vis. l. ex conducto, Aret. *d. consil. 52.* Sed pro opinione Bar. *in d. l. licet,* quæ receptio videtur, recte induci possunt verba text. *in d. §. vis maior.* ibi, læsi plus quam tolerabile est. Quæ verba expéndit Fulg. ibi & Pau. *num. 4.* facit item tex. *in d. c. propter,* ibi, magno incommodo. Ea enim verba S. P. & IC. de fructibus grauiter læsis, non de omnino consumptis loquuntur.

In ea autem ambiguitate aduentendum est, quod summus Pontifex, *in d.c.* vtitur verbo *pro rata* respectu quātitatis & pensionis. IC. vero *in l. si vno. §. ubique, ff. loc.* vtitur eodem verbo, *pro rata*, respectu temporis. Aduertendum etiam, quod IC. *in d. §. si vis,* & *in d. §. vis maior.* agit de remittenda pensione tota, non pro rata, quod non aduentunt Dd. *in dictis locis.* Similiter IC. *in d. §. vis maior,* loquens de fructibus grauiter læsis agit de læsione & calamitate ex vi extrinsecā. At *in d. §. si vis. hex conducto,* in 1. parte loquitur de eadem vi extrinsecā, faciliusque in ea succurrit conductori: debetque eleganter intelligi & ampliari *per d. §. vis maior,* vt non solum procedat fructibus prorsus extinctis, sed etiam grauiter læsis *in 2. parte* agit IC. *in ver. si tamen,* de sterilitate contingente ex vitio rei, & tunc non tam facile succurrit conductori. Deinde *in d. §. si vis,* sequitur versi. Sed si labes, vel tabes secundum aliam literam: in quo versic. ponuntur ea verba, ne supra damnum seminis amissi mercedes agri prestatre cogatur. Quæ verba expendebat Aret. *in d. consil.* quasi significare videantur omnium fructuum destructionem. Sed tunc intelligit Aret. ibi per ea verba limitari præcedentem regulam de læsione contingente vitio rei conductæ, circa vim extrinsecā, vt & tunc releuetur conductor, si omnes fructus extinguantur. At *d. ordin. & d.l. parti,* indistincte conductorem onerant, quum sterilitas ex vitio rei contingit, mirumque est, cum IC. tantum dilärimen constitutuat, an sterilitas resultet ex vi extrinsecā,

seca, an ex vitio rei, id à Dd. raro animaduerti, vt colligitur ex ipsis in locis supra citatis, & ab Azo. in summa. C. l. c. m. 28. vers. sicut autem.

24 In eadem re aduertendum est, retenta opinione Bart. in d. licet, dum laesio-  
nem ex euentu refert ad terminos huius  
l. non videri verum exemplum. Paul. in  
d. l. ex conducto, §. si vis, nu. 5. quatenus lo-  
quitur de conductore, qui soluere debet  
viginti, & colligit tantum decem. Nam  
si vere decem sunt deductis expensis, iā  
patet non esse lesionem ultra dimidiam.  
Opinio. etiam Bart. locum habet, tam  
vbi pensio soluenda est in fructibus, quā  
in pecunia: & utroque casu computatio  
laesione fieri debet, si fructus deductis  
expensis non ascendunt ad dimidium  
eius, quod solui debet locatori.

25 Sed magis memorandum est, quod  
Paul. Castr. tradit in d. §. vis maior, num. 5.  
(nec enim aliis ita explicat) vt con-  
ducto ita ex euentu laesus semen & sum-  
ptus deducat, si qui autem fructus super-  
sunt, domino seu locatori tradat, & à re-  
siduo liberetur ob laesione illam, quam  
Bar. in d. loco considerauit: & receptior  
opinio sterilitatem appellavit: quod ex-  
pressim decidunt d. Ordin. & d. l. part. Et  
sic conductor, qui ex fructibus deductis  
expensis non recipit dimidiū eius, quod  
soluere debet, semen & expensas dedu-  
cet, nihil vero ex fructibus ultra ex-  
pensis retinebit. Et ita ex declaratione  
Paul. Castr. eleganter explicabitur tex.  
in d. cap. propter, ibi. prorata. Et d. l. licet,  
ibi, iuxta bonam fidem. Quae resolutio fa-  
cilitatem, & aequitatem habet. Opinio  
enim Bart. receptior in d. l. licet, non ita  
rem explicat.

26 In ea autem utilissima materia Iure  
decisum est, non excusari conducto-  
rem, si renunciet casibus fortuitis: tunc  
enim conuentio legem fecit, iurisque  
beneficium tollit, tex. apertus in l. si quis  
fundum; 10. vel secundum Flor. l. si quis  
domum 9. 6. Itali. ann. ff. loca. cuius non me-  
minit Albe. dubitans, arguensque ad  
partes in d. l. licet, num. 2. & seq. C. loc. nec  
Sal. ibi ad fin. nec Gra. consi. 161. nu. 15. lib. 2.  
Qua in re sufficit secundum aliquos, re-  
nunciare generice omni legum auxi-  
lio, vt tradit Anton. Cap. decis. 86. nu. 10.  
Item aduertendum est ex d. tex. satis  
expresso, sat esse renunciare generice ca-  
sibus fortuitis, nullum in specie expri-

mendo, vt in materia volunt coimmuni-  
ter Dd. maxime Alex. in l. sed & si quis. §.  
quæsum, nu. 12. & ibi Ias. num. 14. ff. si quis  
caution. Imol. in cap. 1. num. 23. de commod.  
Corne. consi. 128. num. 13. lib. 2 Ias. consi. 107.  
col. 3. libr. 1. vbi hanc dicunt communem  
sententiam in contractibus. Quod me-  
moro, vt caueas à gl. male contradicente,  
in d. l. si quis fundum. Et à Costalio er-  
rante in d. §. quæsum. Et à Bellon. non  
bene sentiente, consi. 21. nu. 12.

Nec obstat tex. in d. §. quæsum, ex quo  
contradicabant gl. & Costalius vbi sup.  
& alij alibi: verba autem tex. ita habent.  
Quæsum est, an possit conueniri, ne vlli ex-  
cepio in promissore deserta iudicio sistendi  
causa facta, obiectatur: & ita ait Atticinus  
conventionem istam non valere: Sed ego pu-  
to conventionem istam ita valere, si specia-  
liter cause exceptionum expressae sint, quibus  
à promissore sponte renunciatum est. Vide-  
tur igitur Vlpianus requirere, vt casus  
fortuiti specialiter exprimantur, sed non  
obstat is tex. quia communiter restrin-  
gitur ad promissiones iudiciales, prout  
illa de sistendo, de qua ibi agitur: di-  
uersum autem est in contractibus &  
promissionibus extra iudicialibus, vt  
Bar. ibi col. 2. nu. 3. Paul. nu. 4. & 6. Alexan.  
nu. 12. Ias. n. 14. Imol. Corne. & Ias. vbi sup.  
Nec deest ratio differentiae ex mente  
scriben. licet non ita explicent, quia in  
promissione sistendi, alijsque iudicia-  
libus principaliter attenditur culpa vel  
innocentia partium: At in contractibus  
totum pendet à conuētis, vt probat tex:  
ad utrumque optimus in l. in conuentio-  
nalibus, 52. ff. de verb. oblig.

Cogitabam aliquando novo sensuac-  
cipi posse verba Vlpiani in d. §. vt signi-  
ficet non sufficere eo casu verba gene-  
ralia, nec ea referenda fore ad casus for-  
tuitos, non vero quod IC. ibi censeat,  
generalia verba dici, quando in illis fit  
mentio de casibus fortuitis: quia tunc  
licet casus generaliter exprimantur, id  
sufficeret debet, vt casus contingens non  
excusat: arg. l. l. ibi, specialiter, C. depos. & in  
l. que fortuitis, in fin. C. de pignor. acti. facit  
iuris regula, quæ habet expresso genere  
expressas censi ei species, l. si chorus,  
79. vel 77. ff. deleg. 3. ibi, perinde est quasi sine  
guli. Et l. si duo, 52. in fin. ff. de admin. tutor,  
& utroque Bar. Generalis igitur pro-  
missio intelligi potest in d. §. quæ ita  
conciperetur, faciam vel sistam, sine villa  
excess.

exceptione vel excusatione vel quæ fieret per similia verba, in quibus non haberetur mentio de casibus fortuitis: quia tunc non videretur cogitatum de impedimento ex casu fortuito, qui etiam nō speratur, iuxta Fulgos. §. sacram l. inter stipulantem, ff. de verb. oblig. Et sic cum sit mentio vel renunciatio casuum fortitorum, etiam in genere, nō potest omissa censeri eorum renunciatio vel cogitatio: nec est cur sine effectu maneat tam clara promissio: secundum quam interpretationem cessant quam plures difficultates scriben. circa illum §.

<sup>29</sup> In eadem tractatione non omitto celebrem & utilem articulum de casu insolito. Solent namque plures scriben. tradere, quod suscipiens casus fortuitos, vel eis renuncians, non intelligitur sentire de insolitis, vt notat Bar. in d. §. quæsumum, numer. 3. in fine, & ibi Fulg. numer. II. idem Bar. in l. Seio. §. medico, in fine, ff. de annu. lega, & cum Bar. est b Iaf. in d. §.

b Idem Iaf. ad por. in §. item is. 18. nu. 4. litera f. In sti. quibus modis re contr. ob. quæsumum, nu. 33. & plures, quos ibi refert, & Alexan. consil. 28. num. 10. libr. 1. Socin. consil. 123. num. II. ad fin. libr. 4. Corn. consil. 23. lib. 2. Rip. de peste, in 2. par. num. 75. vers. mihi placet. Imol. in l. precia rerum, ad ff. ad l. fale. Felin. in ca. sedes, col. 2. num. 3. de rescri. sentit etiam Afflict. decis. 150. num. 22. Qui omnes ad id citant tex. in l. fistulas. §. frumenta, ff. de contrah. empt.

Sed in eo articulo mire variant Dd. & primo ipse Bart. summando tex. in d. §. frumenta: contrariumque tenent plurimi, maximè Bald. in d. §. quæsumum: & ibi Angel. & alij, quos sequitur Alex. nu. 14. & Imol. sibi contrarius, in cap. 1. col. 10. commo. & Dec. consil. 7. col. 4. vers. 4. Iaf. sibi contrarius, consil. 107. libr. 1. vbi hanc dicit magis communem opinionem, contra Bar. Et ita sentit in d. l. Seio. §. medico. Qui omnes constanter affirmant, in renunciatione casuum fortitorum, comprehendi insolitos, nec excusari renunciantem ex rafitate talis casus. Et quod magis mirum est, in hanc sententiam hi omnes citant eundem textum in d. §. frumenta, vt non immerito hanc Dd. varietatem nimis miretur Firmian. de Gabel. 2. par. nu. 57.

30 Ego veriorem puto opinionem contra Bar. aduertoque eam tenere eos, qui rem magis ex professo tractant, quod

præponderat in dignoscenda communis opinione, vt per Alc. libr. 1. parerg. cap. 17. Pro hac parre vrget, quod appellatio casu. fortuiti propriæ congruit casui rarissime contingenti, vt tradit Corn. conf. 128. ad fin. libr. 2. idque omnes agnoscunt. Cum igitur secundum iuris regulas, verba proprie intelligi debeant, consequens erit, conuentione casus fortuiti intelligere de magis insolito. Iuuatur etiam haec opinio, eo quod absque patet non excusatur conductor ex casu solito, sed ex insolito, euuenienteque contra morem regionis, vt notat gloss. mag. ad fin. in d. §. vis maior. Alber. in d. l. licet, C. loca. Probat tex. in d. l. ex conducto, § si vis, ff. locat. ibi, solis feroce non assuetus. & ibi, si vero nihil extra consuetudinem acciderit. Atque ideo suscipiens casum fortuitum, intelligendus est sentire de insolito, quia ad consuetum non erat necessaria conuentio: & idem sentit Salic. in d. l. licet, ad fin.

Nec dubito Tex. in d. §. frumenta, ma- 31 le à Bartol & sequacibus adduci: & magis vero contrarium probare, verba

c Solent interdum interpretes in re alioquin facili & simplici, graue ac difficile sibi negotium faceſſere, & in verb. per se perspicuis, nescio qua, vel non curantia, vel potius impertiadensismas & sibi, & alijs tenebris offendere, quemadmodum in huius §. interpretatione videre est in qua mirum est, quam titubent, vacillent, & nunc aiant, nunc inconstantier negent. Tu vero reiectis illorum omnium confusis tricis, intellige verbum tempeſtatis, nihil aliud hic significare, quam tempus ipsum, unde & ipsa dicitur, vt & apud Salust. in Iugurtha: Ea tempeſtate in exercitu nostro fuere complures noui atque ignobiles: & apud Cicer. de Orat. libr. 3. Quia tempeſtate Pænus in Italiā venit, & apud ceteros plerosque omnes authores paſim: quod testatur Sext. Pompeius, ac Non. Marcellus post Varronem. Vendita igitur frumenta in huius §. specie in herbis consistentia fuerunt, & venditor periculum, quod à vi, vel ipso tempore proueniret, recepit, fuerunt deinde frumenta ab immoderata niuitum copia corrupta. quærebatur ecquid ad venditorem detrimentum spectaret? respondet IC. temporis verbum in venditionis lege positum sic esse exaudiendum, vt stat. & solit. atque ordinaria anni vices non exceptæ videantur, sed si quid preter illas præter que consuetum temporum ordinem ingruerit, non autem ullo modo autem

tempestatis verbum in hoc §. procellosum turbinem significare potest, ut doctores arbitrantur: quia tempestas in eum acceptam cum grandines, procellis, ceteraque similia ita praefert, ut quamvis essent immoderatisimae hæniues, de quibus IC. agit, non contra tempestatis consuetudinem, sed iuxta propriam ac germanam illius violentiam, ingruisse dicende forent. Quemadmodum quis facile ex Plin. libr. 18. cap. 28. elicit, quomodo igitur in eo vertebar, quod niues à venditore excepta non videbantur, cum illum influxus ordinarius solennis ac perpetuus esset, ac decisionis ratio ea fuit, quia non tantus ingruere soleret, & consequenter prater, seu contrastatam & firmam temporis consuetudinem foret, quæ vera interpretatio & fortuitos casus proprie eos dici probat; qui sunt insoliti, & questionem, quam proponunt doctores, utrum casus fortuiti renunciatione excepti, casus insolitos circumscribant, eadem esse ostendit, ac si tractaretur, utrum casuum fortitorum renunciatio, casus fortuitos excludat, atque omnino ableget.

autem tex. ita habent, frumenta que in herbis erant cum vendidisses, dixisti, te, si quid vi aut tempestate factum esset, præstatum, ea frumenta nubes corruperunt, si immoderata fuerunt, & contra consuetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit.

Vendor ibi suscepere vim & tempestatem, niues frumenta corruperunt, IC. respondet, si niues immoderatae suerunt contra consuetudinem, venditorem teneri.

Ac proinde aperte significat *casum fortuitum* magis dici, qui insolitus est, & de tali intelligi conuentionem, vel susceptionem casus fortuiti, ut melius ad illum tex. aduertunt, Bald. Cum: & Imol. vbi supra, & ita ex illo tex. cauebis à multis, qui casus solitos incaute fortuitos appellant: potius enim ex illo text. *casus insolitus* dicetur fortuitus, & ita ex d. §. eleganter colligit Bald. in cap. quoniam frequenter, col. 3. numer. 9. & sequ. ut lit. non cont. quem male citat Iason in d. §. questum, numer. 33. & ita sentire videntur gloss. Albert. & Salic. dum summant illum. §. quod obligans se ad insolita, non tenetur de solitis, quasi dicant, casum solitum non censeri fortuitum: nec ad eum haberi respectum in renunciatione casum fortitorum, vt etiam riotat Bal. in cap. cum olim, numer. 5. de

consuetud. Ex quibus cessat dubitatio Ant. Rub. in l. vinum, numer. 80 ff. sicutum petat. vbi contra fidem omnium codicum, legebat negatiue d. §. agi non poterit, quæ litera negativa stare nequit attenta q. & decisione IC.

Quoad prædicta vero dubitatur, quæliter dicatur *casus insolitus*, de quo per scribē. vbi sup. videturq; tenendū, quod cōsuluit Socin. & sequitur Ripa. de peste, 2. par. nu. 78. vt in proposito dicatur *insolitum*, quod ante quadraginta annos non contigit, id enim tempus longissimum iure appellatur, & per tantum spaciū rumor vel memoria rei euanescit: vt probat Tex. in Authent. hac constitut. in nou. coll. 8. facit Tex. in l. prima, post princip. versi. si tamen aliqua, ff. de flumin. Hic particulariter apud Conimbricam non censabitur casus insolitus ex inundatione fluminis Mundæ, solet enim non raro agros inundare cum magnō incolarum detimento. Ex quibus periclitatur, quod cōsuluerit graues Dd. circa conducedentem vectigalia ob spem, quod Rex vel Papa resideret in eo loco, quod excusandus sit succedente diminutione ex recessu principis: ita Anch. consil. 402. Aimo. consil. 95. numer. 3. Felin. (si is est) consil. 23. num. 8. qui idem sentiunt, etiam si conductor casum & periculum suscepere, contra quam opinionem fortissime vrget, quod Bal. & plures supra, relati dicunt de casu insolito, ne scilicet excusat suspicentem casum fortuitum. Magis etiam videretur is casus non censendus insolitus: nec de eo iudicandum tanquam de casu inopinato, & non sperando: experientia enim docet & principes, magnosque dominos amplam ditionem habentes, non raro locorum habitationem & visitationem alternare, nec est vero simile, quod princeps in eodem loco semper resideat, facit illud Salustij in Iugu. plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobiles sepe ipsæ sibi aduersæ sunt. & illud Job de homine, nunquam in eodem statu permanet.

Retenta autem opinione Bart. vt renunciatio casum non comprehendat nimis insolitus, questionis est, quid si in contractu exprimatur, vt conductor non excusat, etiam ex casu incogitato, & Corn. in d. consil. 23. li. 2. adhuc retinebat. Opin. Bart. refert, sed non resol-

resoluit Ripa d. loco. nu. 82. & seq. idem videtur respondisse Alex. cons. 28. numer. 9. libr. 3. ibi, de omnibus alijs casibus, qui imaginari possunt. Iuncta resolutione, quam ibidem tradit, num. seq. Ego contrarium iudicatum in senatu regio accepi, idque verius puto: tum ex opinione, quam plures veriorem & magis communem dicunt contra Bar. sup. num. 30. tum quia ea verba satis indicant liberationem maximam & præmeditationem, quæ etiam in genere sufficit, iuxta tex. in l. qui iure, ff. de milit. test. cū ijs, quæ adducit Matth. Affl. dec. 44. n. 11. nec debet clausula illatam enixe expressa sine effectu manere.

34 Ad supra dicta dubitari solet, cur ex sterilitate releuetur conductor, cum eidem non auferatur lucrum: nec augeatur pensio ex fecili euentu. Cin. in l. legem. C. loca. Bal. in d. l. licet, C. eodem. Fulg. in d. §. vis maior. Socin. Nep. cons. 68. nu. 10. lib. 2. Ideo gloss. in d. §. vis maior, resoluit, quod si lucrum conductoris maximum sit, puta fructibus in duplum crescentibus, idque casu contingat, non principaliter ex diligentia & opera conductoris, tunc augebitur pensio vel merces, quod in effectu probat Bar. ibi, quando lucrum est ex augmento fructuum, non ex valore aucto; & ita post Innocent. Ioann. Andr. Anchar. tenet Imol. in d. cap. propter. num. 14. idque, vt receptum secure probat Ant. Gome. in libr. de contra. cap. 3. nu. 19. vers. item quero. & Costalius in annota d. §. vis maior, & Firmian. de Gabel. 2. part. num. 39. & ita l. 23. tit. 8. in 5. part. & ibi. Gregor. Lup. Sed ea opinio non seruatur, contrariumque verius probant Salic. Fulgo. & plenius Paul. Castr. in d. §. vis maior. & Socin. Nep. d. cons. 68. num. 10. libr. 2. & Aret. in l. si quis cum aliter, numer. 8. ff. de verb. oblig. dicens quod non posset aliter iudicare. Fortissime vero probatur hæc opinio ex d. §. vis maior, ibi, cui immodicum lucrum nō auferitur. Immodicum enim significat maximum & nimis excedens, nec aliter citra inuercundam violétiam accipi potest. Passim enim ita legitur apud bonos authores, vt illud, immodicas epes, & apud Liuiū, lingua immodicus. Sed melius apud IC. immodico precio, pro maxime nimio, in l. non dubium. 14. ff. deleg. 3.

35 Nec huic sententiae obstabit tex. C. (quæ gl. & aliqui pro prima op. adducunt) in l. 2. C. de alluvio. vbi habetur, quod si ex

inundatione Nili ditiores fiant possessores, pro terris quas possident, tributa cognoscant, & è contra. Aliqui ibi putant speciale in prædiis publicis seu fauore fisci, & ita glo. in l. 1. C. de iur. emph. gl. in l. legem. C. loca. cum qua transiunt scriben. Ego vero intelligo d. l. 2. de augmēto ipsius rei, non fructuum: vt satis colligitur ex litera. Hic autem de fructibus agimus, non de re aucta, & in iis terminis non est differentia inter prædiū fisci vel priuati: quo retento patet etiam d. l. 2. non loqui de prædio locato, sed de tributario: quando scilicet ad quantitatem terræ tributum soluendum est, quod suadetur ex verbis dict. l. 2. ibi, pro terris quas possident. Et ita sentit Alber. in d. l. 1. C. de iur. emph. & cum eo Iaf. ibi num. 7. 8. arguentes quod tunc onus seu tributum rei, nō personæ adhæret. l. Imperatores. ff. de publ. & vectig. l. 3. C. sine censu vel relig.

In ea tamen scriben. varietate proxime relata, circa gl. d. §. vis maior. an ex maxima vertate augeatur merces vel pensio? notab. distinctionē scribit Paul. Cast. in l. citem. §. qui maximos, col. 1. n. 2. ff. de publ. & vectig. & Soc. Nepos d. cons. 68. ad fin. lib. 2.

Tandem memorabile est quod aperte 36 vult gloss. (ad quam aduerti non solet) in l. in venditione, §. 1. verb. etiam si minoris, ff. de bon. auth. iud. poss. vt creditor authortate iudicis succedés, vel missus in possessionem bonorum debitoris, non possit rescindere locationem à debitore antea factam: licet probare possit læsum fuisse debitorem ultra dimidium iustæ mercedis, quod confirmatur extex. ibi, dum creditorem tantum admittit ad rescindendam vēditionem vel locatioinem, quando in eius fraudem debitor vendidit vel locauit: sicut in patrono & liberto inquit tex. in l. 1. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraudem patrono.

Ex dictis autem in locatione apte infertur ad emphiteusim, an in ealocus sit remedio huius l. in quo variauit Specul. vt refert Paul. & referunt alij, dubitauit Imo. in c. cum dilecti, n. 18. de empt. & vend. inclinans cum Spec. in partem negatiā: & ita secure Iaf. in l. de quib. n. 28. ff. de legi. idem Iaf. in l. 1. n. 75. C. de iur. empt. in ea redubitasse videtur Fabia. de empt. & vend. 8. q. n. 14. varias autem opiniones plenius refert Cagno. hic ex nu. 203. latius etiā distinguens, vt per eum, quem vide.

Ego

Ego absque dubio ex scriben. assero communem esse opinio. quod hæc l. procedat etiā in contractu emphiteutico. Ita enim Bar. *hic num. 6. in fin.* Sali. n. 8. Paul. *Cast. n. 14.* idem Pau. *in Authen.* qui rem, *in fine, C. de sacro. ecclesi.* Panor. *in d. c.* cum causa, *n. S. de emp. & vend.* dicens ita tenere Dd. ita Roman. *ind. l. si quis cum aliter, n. 19.* Panthal. *hic, n. 36.* Cepol. *de simu. cont. l. cas.* Ferrarien. seu Papien. *in sua praxi, in forma libel. ad ficit. praesta. ad fin.* Rebuff. *in d. 2. tom. tit. de rescis. contra. art. uni. glo. 15. n. 112.*

Nec dubito erroneum esse præcipuum fundamētum Specu. & Ias. dum arguant ex eo, quod contractus emphiteuticus sit stricti juris: quia licet ita esset, verius & receptius est remedium huius l. in effectu locum habere, etiam in contractibus stricti juris, ut supra probauit. Aduerto etiam quod Dd. communiter in hac re loquuntur tam ex parte domini, quam ex parte emphiteutæ. Ias. autem contradicens tantum loquitur de domino, negans ei remedium huius l. & ita Benedic. *in ca. Raynutius. verb. & vxorem, num. 985.* communis autem opinio facilius obtinebit apud Lusitanos ex generalibus geminatisque verbis d. *Ordin. lib. 4. tit. 30.* contrarium vero apud Hispanos obtinebit *ex l. Tauri. 68. in fine. vbi Anton. Gome. & Castil. non bene citant scriben. in hoc artic.*

Intelligunt autem omnes hanc conclusionem, ut aestimatio laesione fiat respectu juris emphiteutici, vel pensionis soluendæ, non respectu directi dominij: nec de eo dubitandum erat, cum dominium (quod directum vocant) non transcat in emphiteutam. Adderem ego, ut aestimatio tunc fiat habito respectuad solitam pensionem: sed in praxi non vidi, nec auditum remedium huius l. in emphiteusi tractari, difficiliusque tunc admittendum putarem dominum allegantem se laesum, ita saluando opinionem. Ias. est enim (si cum iudicio aduertatur) magna ratio differentiæ inter dominum & emphiteutam. Quæ omnia ad resolutionem huius articuli tutiora & magis perspicua videntur, quam ea, quæ inuoluit Burgen. *in d. cap. cum causa, n. 10. & n. 13.* & Cagnol. *hic u. 205.*

## PRIMA PARS L. II.

C. derescind. vend.

## CAPUT IIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Tractatur utilis q. ad materiam huius l. in locatione ab emptore facta venditori.
- 2 Agitur breviter, an remedium huius l. competit in concessione feudi. Tractatur q. à Dd. male explicata, an hæc l. procedat in donatione remuneratoria, tam inter patrem & filium, quam inter extraneos, & n. 4.
- 5 Videlicet tractatur, an hæc l. locum habeat in actu liberatorio, & traduntur multa scitu digna, usque ad n. 7
- 8 Agitur de lesione creditoris vel debitoris in estimatione rei in solutum data, & num. 9.
- 10 Agitur de adjudicatione iudicialiter creditori facta, an tunc locum habeat remedium l. & n. 11.
- 12 Tractatur plenissime, & elegantissime celebris quæstio, an in transactione locu. sit remedio huius l. & primo referuntur Dd. in utramque partem, usque ad n. 15.
- 16 Explicatur & coprobatur in ea q. opin. Bar. à plurib. recepta.
- 17 Agitur notabiliter in eadem q. de intellectu tex. & glo. in l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebel. usque ad n. 19.
- 20 Agitur in eadem q. de intellectu l. sub praetext. C. de transact. & l. in summa ff. de condit. indeb. & n. 21.
- 22 In eadem quæstio. eleganter agitur de intellectu in l. si superstite, C. de do- lo, usque ad n. 25.
- 26 Videlicet traduntur aliqui casus, in quibus tutius procedet opinio affirmativa & è contrario opin. negativa in d. q. transactionis, usque ad n. 32.
- 33 Traditur & improbatur communis opin. quæ remedium huius l. incaute trahit ad casum amplioris dotis viro data, usque ad n. 35.
- 36 Probatur eleganter magis in tali lesione succurri debere viro minorem dotem accipienti.

**A**D tractata in precedenti c. utilis quæstio omittenda non fuit: *Quid si emptor statim locauit, vel in Emphiteusim dedit venditori rem ipsam, posteaque venditor agit de remedio huius l. & obviat ex probatione laesioris ultra dimidiam: emptor autem supplet quod iusto precio deerat, sed vult rescindere locacionem vel emphiteusim: venditor replicat dicentes conventiones esse diversas, & rem adhuc manere apud emptorem?* Ego pro emptore consului: vero simile enim est, quod emptor non concederet rem in emphiteusim venditori, nisi quia vilioti precio emerat, idque in partem precij censetur, ut probat te x. in l. si sterilis, §. si tibi, ff. de actio. empt. & textus in l. qui fundum, 75. & l. fundi partem, ff. de contrah. empt. Facit etiam iuris ratio (quæ multis confirmari posset ex traditis à Dd. circa actū incontinentis sequutum) quod tunç venditio censetur ordinata ad emphiteusim mox conuentam: ut notat Anch. consl. 262. & ideo rescisso principali contractu, rescindendus videtur, qui ex illo manauit: maxime cum emptor non aliter ita contraheret, argum. tex. in l. si quis altam, 46. ff. de solut. ibi, nam non accèpisset rem, nisi profolido. & l. cum eiusdem, 34. ff. de adili. ibi, non nisi omnes empturum vel venditurum fuisse. Suadetur hæc opin. quia cum alter ex contrahentibus in parte recedat à contractu, alter potest in totum recedere, quando aliter non contraheret, l. tutor, 49. §. 1. ff. de mino. vbi gl. multa iura adducit: & hoc colligi vel confirmari potest ex resolutis à Moli. in cōsue. Paris. §. 22. q. 9. n. 44. a Sic in multis habetur in iure ratio eius respe- a Affirmat idem in proposito semper consulendi Dec. consl. 421. n. 3. & 4. Craue. cum alijs consl. 202. n. 13. & consl. 245. num. 3. & in nostro responso pro Salomone Darderio contra Lambertum.

Ctus, quod partes non contraherent de vna re sine alia, ut licet ex pluralitate rerum viderentur resultare plures contractus, ex intentione tamen contrahentium pro uno iudicentur, d. l. cum eiusdem, & ita procedit tex. in l. si duos, 44. ff. de conti. emp. sic limitata reg. l. scire devemus, ff. de verbis. oblig. conducunt late tracta à Tiraq. de retract. ligna. §. 23. gl. ff. 1. ex numer. 2. cum multis sequen. Ex quibus & aliis comprobatur utilis sententia circa questionem il-

lam, quando quis vendit rem ecclesiæ vel minori cum pacto (quod vocant) de retro vendendo: plures enim durissime tradiderunt, eo casu pactum pronon adiecto haberi, alienationemque puram manere: quorum intqua opinio magnum argumentum habere posset ex responso Vlpiani in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. Sed contrarium verius est & Reipub. utilius: ne sine culpa fraudentur venditores, quam rem suam absque illo pacto non alienarent. Nec contra eorum expressam mentem scindi debet conuehtio, quæ vnica censetur, vt plenissime deduxi in l. 1. in 3. parte. ex nn. 52. char. 107. cum seq. & magis char. III. c. de bon. mater.

Consequenter tractant scriben. an 2 hæc l. locum habeat in feudis, maxime ex parte domini, seu concedentis, in quo regulariter, vbi ex feudo non est soluenda pecunia, magis communiter resoluunt Dd. limitando, ut remedium huius l. non competit: secundum Specula. quem sequitur Bar. hic nu. 6. verf. sed an. colligitur ex aliis relatis à Cremen. hic num. 34. Gagnol. num. 207. Intelligendo tamen & distinguendo, ut per eos, post Fabian. d. tracta. de empt. & vend. qu. 8. numer. 14. & ultra eos per Alexan. consl. 79. num. 6. lib. 1. & Afflict. in ca. l. nu. 85. de feud. dat. in vici. leg. commiss. Ex quorum dictis facile colligas ampliationes & limitationes, secundum diuersitatem concessionis feudi, ut ita salues Paul. Cast. hic nu. 14. dum æquauit emphiteusim & feudum: & Burgen. in ca. cum causa n. 10. & n. 13. ad si. Inde posset inferri ad intellectum tex. in ca. ad noctram, de reb. eccl. non alie. vbi in feudo habetur, fuisse enormiter laesam ecclesiam concedentem: quem tex. dicit sing. Rom. in d. l. si quis cum aliter, n. 17. Posset etiam inferri ad q. an. feudatarius vel emphiteuta possit feendum vel emphiteusim renunciare in uito domino: ob quod de predictis circa emphiteusim & feendum dubitauit Crem. hic num. 34. Sed in emphiteusi receptum est, ne possit in uito domino renunciari: regulariter etiam idem resolutur in feudo antiquo sub onere certi seruitij, ex traditis ablat. in l. 2. n. 24. C. de iur. emp. & aliis, quos refero in l. 1. in 2. par. fol. 74. col. 3. ver. lim. tatur 8. C. de bon. mater. & Matth. Afflict. post aios in cap. I numer. 42. & n. 48. de rasat. qui cont. co. sicut in 3. l. feud. & Felin.

Felin. in cap. quæ in ecclesiistarum, col. antepen.  
de constit. Curt. de fendo. 4. par. quest. 31. pag.  
mibi. 447.

3 Tractant etiam scriben. an remedium  
huius l. procedat in donatione remunerato-  
ria, facta à patre filiosfami. & Bald.  
in authen. exttestamento, col. 2. numer. 1. in  
fin. C. de collit. citat hanc l. ad eam q. vt  
tunc donatio valeat, censematurque ob  
causam etiam in eo, quod donatum ex-  
cedit valorem meritorum, nisi excessus  
sit ultra dimidiam, vt sic ob talem læ-  
sionem, non ob minorem tunc compe-  
tit remedium huius l. idque sequuntur  
nonnulli; dubitat Crem. hic, numer. 120.  
Sed contra Bal. est communis opin. vt  
in ea specie non procedat hæc l. nec  
requiratur tantus excessus: imo quod  
donatio ipsa non teneat, nisi quatenus  
merita filij valeant, vt tradit Cagnol. hic,  
num. 196. Alèx. in l. si donatione, col. 2. num.  
4. C. de coll. Chaffan. in consuet. Burg. Rub. 7.  
§. 5. numer. 4. fol. 246. Ias. & Dec. num. 17.  
in l. petens, C. de pact. per Tiraqu. in l. si  
vnquam, verb. donatione, num. 71. & sequen.  
Ex quo cauebis à Fabian. d. tract. q. 8.  
num. 9. qui Bal. opin. indistincte vt rece-  
ptam sequebatur. Sic in personis non  
prohibit is inuicem donare, illud ex mé-  
te omnium scriben. receptissimum est,  
vt quod excedit valorem meritorum,  
censematur iure donationis: & sic atten-  
detur decis. l. sancimus. C. de don. & l. si. C.  
de re. dō. quod ita explicare debuit Tiraq.  
vbi sup. n. 72.

4 Ex quo, si cum iudicio attendas,  
decisio huius l. non bene à Dd. applica-  
tur ad q. donationis remuneratoria, ex-  
sue inter patrem & filium, sue inter  
alios: nam secundum traditionem om-  
nium scriben. constat intra valorem  
meritorum non censi donationem, sed  
satisfactionem iustum. In eo autem,  
quod plus est in donatione, quam in  
valore meritorum, censemur mera do-  
natio, at hæc l. non potest ad dona-  
tionem trahi, secundum communem  
resolutionem, vt tradit Sylua. consil. 13.  
numer. 4. Hæc autem dicimus attentis  
receptis traditionibus scriben. circa  
donationem remuneratoriam: Nos  
enim verius putamus, omnia fere à Dd.  
tradita in eo articulo incepta esse, & iuri  
contraria, nec ex meritis regulariter  
consilere posse donationem à patre  
factam filiū. Nec vnquam explicari

satis posset valor meritorum, de quibus  
ipſi scriben. agunt, vt noue plene deduxi  
in commentar. l. 1. in 3 par. fol. 116. cum mul-  
tis sequ. C. de bon. mat. Sic etiam ex eadem  
consideratione quo ad decisionem hu-  
iuis l. cessat, quod alibi Dd. distingunt  
in donatione excedēte valorem merito-  
rum, an donans sit diues nec ne, & an so-  
litus donare, quod ad alia tradit Corn.  
in d. l. si donatione, C. de donat. & alij, vt per  
Tiraquel. in d. verb. donatione, l. si vnquam,  
n. 43. & Ias. consil. 73. lib. 3.

In actu autem liberatorio, variant 5  
scriben. & plures volunt non proce-  
dere remedium huius l. ex Bald. hic, col. 1.  
ad si. & Pau. quos cum alijs refert & se-  
quitur Cremen. hic, nu. 132. in 32. limi. post  
Fabian. d. tract. q. 8. n. 10. qui hoc vt rece-  
ptum tradit. & Corn. consil. 166. n. 4. lib. 1.  
Mantua. d. ca. 6. lib. 1. loco. Sed Cagnol. hic,  
n. 195. vere refert Aretin. contradicētem  
indict. leg. si quis cum aliter, col. 7. ante n. 8.  
qui contra adducit Bart. consil. 93. vbi  
num. 2. sentit, quod etiam in liberatio-  
ne sit locus remedio huius l. quando cre-  
ditor non habuit animum remittendi  
tantam quantitatem: & ante Aretin.  
hoc magis probauit ibi Rom. nume. 24.  
versi. quod verbum: & hanc partem non  
obscure sequitur Cagnol. hic, citans etiā  
Claudium in d. l. qui non satis in hoc se  
explicat.

Ego vero in hoc articulo considero  
duplēcēm esse inspectionem, vnam ex  
parte creditoris, alteram ex parte debi-  
toris. Dd. autē vbi sup. loqui viden-  
tur ex parte creditoris: primi enim  
dicunt fauore liberationis induci, ne l.  
hæc locum habeat: alij in eisdem termi-  
nis contradicunt, nisi error contingat ul-  
tra dimidiā quantitatis, quæ remitte-  
batur. Ex parte autē debitoris plus sol-  
uentis magis videntur Dd. absq; discordia  
sentire, locum esse remedio huius l.  
Non enim in odium liberandi argui de-  
bet ex fauore liberationis, quod apertius  
colligitur ex communi resolutione in-  
tra circū adiudicationem.

Tunc autem reiecta scriben. varie-6  
tate, verius videtur tam ex parte cre-  
ditoris minus accipiētis, quam ex parte  
debitoris plus soluentis, non bene ap-  
plicari remedium huius l. regulari-  
ter vero considerari debere, an error  
interuenierit, cuide iure succurri debeat:  
nam citra remedium huius l. sicurren-

dum est creditori per errorem minus accipienti, quam sibi debetur, secundum reg. l. i. C. de erro. cal. l. 2. & ibi Bar. ff. de conf. l. 1. & l. 7. ff. de iur. & fac. igno. cum notatis in l. error. C. eod. Quod magis viget in debitore plus soluente, per eadem iurā, & l. unic. C. de plus petit. & l. 1. & l. si non sorte, §. si centum. ff. de condic. indeb. l. cuius per errorē, ff. de reg. iur. & sic secundum iuris regulas quælibet læsio tunc ob errorem emendanda est, nec spectari debet an excedat dimidiā partē eius, quod soluendum erat: & consequenter patet, quod dixi contra scriben. ad hunc articulum, non recte applicari remedium huius l.

7 In codem articulo considero aliquādo magis succurrendum fore creditori, qui minus accepit fortasse ob id, quod debitor aufugerat, vel erat in loco, quo non poterat ab eo exigi debitum: vel alia causa similis concurrebat, quæ creditorem quodammodo arctaret: quod colligi potest ex Dd. alibi tradentibus dari replicationem creditori, facient pactum de non petenda certa parte debiti, vel de non petenda ad tempus, ex simili causa vel malitia debitoris: Alex. & Ias. per tex. ibi in l. fin. ff. de cond. ob iur. caus. & fere in terminis in creditore paciente cum debitore fallito, al. decepto (vt vocant) tradit Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. int. vir. & ux. §. 21. num. 15. Boer. deci. 215. nu. 8. facit quod not. Bal. per text. ibi, in l. penult. C. de condi. ob turp. caus. Capitius notabiliter decis. 95.

8 In codem articulo aduertendum est, quod fortasse læsio creditoris vel debitoris potest contingere in aestimatione rei datæ in solutum, quæ plus aut minus valeat, & tunc decisio questio. incidit plane in articulum à Dd. tractatum, an hæc l. locum habeat in datione in solutum: & tunc secundum receptiones traditiones bene applicaretur remedium huius l. quia datio in solutum habet vim venditionis, l. si predium, C. de cunctio. & ibi Dd. & notabiliter Dec. conf. 18. & consil. 160. col. 1. & conf. 167. col. fin. & conf. 586. num. 7. & late Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 14. & Molin. in consuet. Paris. §. 13. gloss. 5. fol. 174. ex quo deducitur, non esse tunc succurrendum creditori vel debitori læsio, nisi cum læsio sit ultra dimidiā, iuxta terminos & decisionem huius l. contra bal. & alios

pro Rom. & Aret. de quibus *supra*, & ita in terminis not. Pau. pertex. ibi in fin. in l. si quis aliam. 46. ff. de solu. col. 2. versi. addre tertiu. Quod mihi ultra omnes probatur ex IC. specialiter succurrente in læsione aestimationis rerum dotalium, in l. si res. §. si mulier. ff. de iur. do. secundum ea, que deduxi sup. in l. c.

Nec omitto quod Roma. & Arctin. in d. l. si quis cum aliter, recte dicunt, non bene à bal. & alijs adduci tex. in l. si intra, 42. ff. de paet. Clarius vero dicendum est IC. ibi non agere de creditore læso, ignoranter minus recipiente, nec de eodem læso in aestimatione, sed de eo, qui voluntarie residuum remittebat, soluta sibi certa parte debiti: in quibus terminis egregie applicari posset limitatio ex proxime dictis, n. 7.

Tandem memorabile est in eadem 9 re, b quod si de-

b Vereor, ne hoc memorabile verum non sit, nec enim in preposita q. aliud remedium (si bene aduertas) danti in solutum, quam huius l. 2. competit, nec l. si non sorte. §. si centum hic allegata quidquam facit, loquitur enim in diuersis terminis, quando scilicet, debitor existimans se plus debere, rem maioris precij quam vere debebat, soluit, quo sane causa condicō indebiti locum habet, at nos hic agimus, quando circa debiti quantitatem debitor non errauit, sed circare in solutum dat & valorem hallucinatus est, & negari non potest, quin in solutū datio vim ac similitudinem maximam habeat cum emptione & venditione. ut etiam interpretes omnes supr. numer. 8. laudati agnoscunt & profitentur.

bitor læsus sit ultra dimidiā in aestimatione rei, quam in solutum dedit, vel ex errore sibi subueniendum veniat, potest præcise rem datam repetrere, offerens, quod iuste debebat. Nec auditur creditor volens rem retinere, & quod ultra debitum accepit restituere: quia tunc magis succurritur debitori ex alijs iuris regulis, quam ex remedio huius l. Item quia partes tunc non intendebant vendere, vel similem contractum inire: quod satis comprobatur ex tex. notab. in d. l. si non sorte, §. si centum, ff. de condition. indeb. quem ibi extollit Paul. & Matth. Afflict. dec. 178. num. 8. ex quibus manet egregie resolutus vtilis articulus, quem Dd. confuse tractant.

10 Consecutue tractant scriben. an remedium huius l. procedat in adiudicatione, vel addictione pignoris, vel rei debitoris, iudicialiter facta creditori, pro quantitate debita : sentiuntque ut indubitatum hanc l. procedere in datione in solutum conuentionali seu extrajudiciali, ut diximus proxime numer. 8. Colligitur ex Alex. in d. l. si quis cum aliter, num. 18. Vbi refert Dd. variantes tantum in datione in solutum iudicialiter facta. Sed Alex. probat opinionem Bal. in l. ordo. col. 2 numer. 6. infr. de execut. rei ind. vt haec l. non procedat in tali adiudicatione. & ita Anton. burg. in d. ca. cum causa, numer. 45. & Roma. in d. l. si quis cum aliter, num. 11. & ibi Aret. nn. 5. citantes pro Bald. tex. quem extollunt, int. adiuto Pto. §. si pignora, ff. de re ind. & ibinor. Vincent. & Ias. numer. 3. & Fabian. dict. tractat. q. 8. nn. 9. & Rebuff. in d. 2. tom. tract. de resis. contr. n. 41. & Cremen. hic, n. 109. licet id inuoluat.

In contrarium citant Oldrad. & Ioann. Andr. quos sequitur Claudio in d. l. si quis cum aliter, col. fin. in prin. & hos magis sequi videtur Cagnol. hic numer. 163. Praecedens autem opinio Bal. videtur receptione ex num scriben. pro qua Bal. ipse argumentatur à transactione, de qua statim : Alij principaliter argumentantur ex d. §. si pigno. Alij etiam ex l. & Bart. C. de prad. decuri. de qua in seq. par. & sic præcipuum fundamentum est ex d. §. si pigno. cui tamen responderem ntitur Claud. vbi supra, & cum eo Cagnol. hic : ne procedat, vbi tanta fuerit laesio. Sic enim multa iura indistincte negotia recursum laesio in precio, limitantur per hanc l. secundum receptas traditiones.

11 Ego vero agnoscendum puto, verba d. §. si pigno. omnem laesionem significare, nec admittere distinctionem huius l. an infra, an supra dimidiā laesio sit : indistincteque negare recursum creditori talem adiudicationem accipienti. Tenendo tamen opinio. Oldrad. contra Baldum & alios, posset aliter responderi, quod IC. in dict. §. non potuit cogitare, de succurrendo creditori laesio ultra dimidiā, quia eo tempore nullatenus cognitum erat ius vel remedium huius legis, vt noue & vere probauit supra, in primo cap. hucus prima part. Item, qua secundum veriorem &

receptionem sententiam, in casu illius s. creditor, non inuitus, sed volens accipit rem in solutum, post discussionem, & alia solemnia, vt ei dici possit, quod pro parte debiti residuum remittit. dicta l. si intra, ff. de paet. vt interim omittam alia, quæ ad illum. textum publice docui, & latius in commentarijs eiusdem tit. scripta habeo: ultra Alcia. in l. creditor, ff. si certi petat. & Duaren. lib. 1. disputa. cap. 6. & Ioa. Rober. lib. 1. sentent. cap. 22.

Consequenter agendum est de quæstio. transactionis, an in ea locus sit remedio huius l. qua in re mire variant scriben. vt recte dixit Cagn. hic, vix dignosci posse, quæ si receptione opinio.

Dupliciter autem consideratur is art. culus. primo, circa valorem rei, super qua transfigitur, & tunc cessat discordia Dd. tunc resoluentium non dari remedium huius legis, etiamsi alter ex transigentibus ledatur ultra duplum rei, de qua contendit, etiamsi idem laesus probare possit, suam causam iustam fuisse, ita quod secundum iuris sanctiones obtinere debuisset : & ita communiter intelligunt tex. in l. Lucius, 78. §. fin. ff. ad Trebellia.

Alia inspectio est, at tēto dubio euentu litis, vel causæ, super qua transfigitur, si forte transfigens ledatur accipiendo minus dimidia parte eius quantitatis, quæ experti homines pro iure & causa illius communiter darent : vel è conuerso, si ledatur transfigens, dando plus dimidia eius quantitatis, quæ communiter pro iure aduersarij daretur : in quo non solum alijs alijs, sed plures fibi ipsis aduersantur, vt constabit ex statim citandis.

Gloss. autem in cap. cum causa, de empt. & vend. indistincte in transactione negat locum esse remedio huius legis, idē contra Bartolus indistincte afferit, Bal. hic, col. 1. ad fin. & seq. & Salic. numer. 7. & ita tenuisse antiquiores, Specul. Ioan. Andr. Dynus & Cynus referunt, Alex. & Anchara. in dict. cap. ita etiam Alex. in d. l. si quis cum aliter. num. 8. & ibi Aret. col. 4. dicens hanc opinionem communem & meliorem, & ibi Ias. numer. 13. versicul. contraria, citans Cumari. ibi: & Ang. in l. in summa. ff. de cond. indeb. tenentes hanc partem negatiuam, & ita Ferret. ibi: & ita late consuluit Alex. consil. 42. num. II. lib. I.

& consil. 118. numer. 6. lib. 7. & vrgenter Alc. in l. quamuis, C. de transact. Catellian. Cotta in suis memorabil. verb. vend. dicēs hāc esse communē opinione, & ita Cur. Senior consi. 6. numer. 27. & ita Carolus Ruinus consi. 132. num. 8. lib. 1. & Gomez. in reg. de annal. posse. que. 2. & Bertran. consi. 225. lib. 1. & Mauritius in tractat. restitut. cap. 210. & Franc. Connan. (more suo neminem citans) lib. 7. c. 9. in fin. & ita Matth. Afflict. cuius authoritas in decisionibus illis Neapol. apud doctos magna est) decis. 220. & Curt. in l. sub praetextu. num. 2. C. de transact. & Grat. consi. 118. nu. 9. lib. 2. & ita Paris. dicens, hanc opinionem communem, consil. 96. num. 60. lib. 1. & Dec. consi. 216. nu. 33. idem dixit Corn. in multis consi. citatis à Cot. vbi supra, & à nouioribus in hac materia, limitando eandem opinionem. Sed idem Cot. in dict. loco male citat Decium, consi. 60. cum ibi magis contradicat, ut infra.

Sic etiam Iaf. in dict. l. si quis cum aliter, male pro hac opinione contra Bart. citat Panorm. in dict. capit. cum causa: & Anan. consi. 33. ut infra numer. seq. qui melius pro hac parte citasset Panor. consi. 12. lib. 2.

Attento igitur eo Dd. numero, & ex tot afferentibus receptione esse opinionem contra Bar. incaute scripsisse videtur Dec. consi. 597. ad fin. dicens clarum esse de iure contrarium, cum Bartolo.

<sup>14</sup> Aduersus eam Dd. phalangem, non sine grandi incommodo & periculo Reip. quam plures alij stant, inter quos antesignanus est Bar. hic, & in d. l. si quis cum aliter, afferens decisionem huius l. locum habere in transactione, attento valore dubij eventus: quod prius dixit Jacob. de Aren. quem refert & sequitur Alber. hic numer. 8. & hanc opinionem sequitur Fulg. hic col. 2. Ang. hic, & Paul. n. 13. ad fin. & Imol. in d. l. si quis cum aliter, & in d. cap. cum causa, num. 13. dicens, opinio. Bar. æquorem: & ibi Panor. num. 7. Card. & Ant. Butr. & Anton. Bur. numer. 32. & Anan. consi. 33. numer. 4. & magis Rom. in d. l. si quis cum aliter, num. 24. dicens opinion. Bar. verissimam: & ibi Claud. col. 1. & Fabian. dicens eam æquorem in dict. tractat. quæst. 8. numer. 13. & Ang. Aret. in §. si quis agens, nu. 5. ver. vlt. Inst. de act. Alex. consi. 89. numer. 11. lib. 2. & insignis præceptor meus M. Nauarrus in cap. si quis autem, numer. 28. de pñnit. dist. et. 7.

& Hispan. Xuar. alleg. 22. ad fin. ita etiam Alcia. in l. apud 143. ff. de verb. significat. & Costalius in annotat. l. in summa. ff. de condit. indeb. dicens ita saepe iudicatum in Senatu Parisiensi. & inclinare videtur Cremen. hic, num. 48. in fine, & magis Cagnol. hic, num. 78. vers. pro contraria, & nu. 79. vers. ex quibus: qui inter hucusque scribeh. copiosius & exactius questio. hanc tractauit, & cum Bart. est Anton. Rub. consi. 71. num. 8. & Pet. Rebuff. dict. 2. tom. tit. de rescis. contract. artic. vnic. glos. 15. numer. 18. & Socin. Sen. consi. 85. num. 3. lib. 1. dicens ita tenere Dd. magis communiter, & ita Socin. Iun. consi. 129. nu. 48. lib. 1. Idem Socin. nep. consi. 98. nu. 17. lib. 2. dicens opinionem Bartoli veriorem & receptionem, & ita iudicatum fuisse: & eandem dicit magis communem Cagnol. in l. 1. num. 29. C. de paci. Et ita Hier. Schurpff. consi. feud. 127. num. 8. & Hisp. Auend. cap. 1. fol. 11. col. 4. & Bapt. Seuerin. in tracta. de transact. quæst. 12. & in eandem inclinat Thom. Gramm. decis. 66. numer. 20. vbi male refert decisionem Afflict. & hanc dicit veriorem, receptionemque opinionem Dec. consi. 60. num. 4. & consi. 597. ad fin. adducens Calderin. ita consu. lentem, quem alij etiam referunt: & in prædictis terminis attento dubio euēta citatur glo. & ibi notant Bar. Paul. Imol. in dict. leg. Lucius. §. fin. ff. ad Trebelli. & quod gloss, ita intelligatur, colliges ex supra citatis; maxime ex Alex. ad. in d. l. si quis cum aliter, n. 8. & Xuar. d. alleg.

Vides igitur perniciosa miserandaque Dd. varietatem in hoc frequentissimo articulo: vt non immerito dubitauerit Cremen. hic, & Probus ad monachos, in cap. 1. de in integ. restit. in 6. & Iaf. in l. fratri, n. 1. C. de transa. & Dec. in l. cum te, numer. 1. eod. tit. & plures ex supra citatis. Nec satis firmarunt Alex. & Iaf. in d. l. si quis cum aliter, & Aym. consi. 151. numer. 26. nihil vero dixit Mantua. d. cap. 6. lib. 1. locor. vbi materiam huius l. tractauit. Constat etiam ex supra relatis, variasse in hoc Ang. Panor. Alexan. Dec. Alcia. & alios. Apud Lusitanos autem in praxi multum ponderis habebit authoritas Bart. quam crebrius secuti videntur alij scriben. iuxta Ordin. lib. 2. tit. 5. Magis etiam ea opin. iuuatur ex generalibus geminatisque. verbis Ordin. lib. 4. tit. 30. §. 3. vbi hoc remedium extenditur ad omnem cuiuslibet qualitatibus

conuentionem, in quavnum pro alio datur vel dimittitur, quæ verba & transactionem comprehendunt: potestque vero similiter conjici, conditores eiusdem Ordin. videntes Dd. altercationes, geminatis verbis vsos fuisse, vt significarent ita respondendum fore in transactione, aliove casu dubio, quæ interpreratio apte comprobatur ex IC. in l. 1. versi. ego puto. ff. de actil. edi. ibi, bis idem dixisse, ne quæ dubitatio supereret. Et ita olim iudicatum vidi à quodam insigni Regiæ curiæ præside. Sed & contrarium aliquando iudicatum fuisse audiui.

16 Præcipuum vero summeque notandum in opinione Bar. est, eam restringi ad terminos illos, quando læsio reprehenditur ultra dimidiam æstimationis dubij euentus: vt sic aduocatus caute debeat articulos formare, deducendo, quod homines experti & certiorati de qualitate negotij, communiter pro tali iure & causa darent tantam quantitatē, puta mille, actorem vero accepisse tantam, puta quadragesinta: quæ non ascendunt ad dimidium iuste quantitatis in ea re, & sic læsum fuisse ultra dimidiū eius, quod pro iure & euentu illius causæ communiter daretur: in quibus terminis probatio difficillima erit, rarissimeq; reperietur, vt agnoscant omnes scriben, sed non semel contigisse liquet ex responsis, seu consilijs supra citatis: & quando euenerit, non videtur receundum ab opinio. Bar. quæ suadetur ex vulgar. l. si iactum retis, ff. de act. empt. quæ male contra Bar. à multis adducitur, non aduertentibus in ea l. dubium euentum æstimari: quod etiam melius probat tex. notab. in l. propter spem, 24. in fine, ff. famil. ercis. ibi, nisi tantum æstimatus sit euentus: facit tex. in l. fin. ff. de act. empt., vbi etiam emitur & æstimatur seruus, qui apud hostes est: & tex. in l. nam hoc modo, ff. de hæred. vel act. vend. ibi, quasi spes, & ibi, ipsum incertum: tex. etiam in l. in quantitate, 73. 9. magna, ff. ad l. falcid. Conducunt minus, quæ de emptione spei etiam ad remedium huius l. communiter tradunt Dd. vt per Cremen. hic, num. 82. in 31. ampl. & Cagnol. num. 174. & quæ de spe tradit Tiraq. in lib. de iure marri. post II. connub. glo. 2. q. 1. ex nume. 38. char. 254. secundum nouiorem editionem: & in alienatione actionum rerumque incertarū tradit Cagn. hic, n. 200. facit tex.

in l. nec emptio, 8. ff. de contraempt. l. 7. & 10. ff. de hæred. vel act. vend. sic etiam in restituzione, quæ à iure conceditur minoria duersus transactionem, l. 1. & 2. C. si aduer. trans. necessario præsupponitur æstimatio dubij euentus: & ex eadem dubietate resultare læsionem æstimabilem. Aliter enim cessaret restitutio: quod iuuat opinio. Bar. maxime arguendo ( vt plures in hac materia faciunt ) derestitutio ad remedium huius l. quod tamen tutum non est, vt infra in 2. parte in qu. fructuum.

In ea difficulti q. & magna Dd. varieta- 17 te, multa contra Bart. adducuntur de vitransactionis per Alex. & Ias. in d. l. si quis cum aliter, Alcia. in d. l. quamvis C. de transact. quibus Cagnol. & alij pro Bar. satisfaciunt. Principaliter autem contra Bar. adducuntur aliqua iura, quibus oportet respondere: & primo tex. in l. Lucius, 78. §. fin. ff. ad T rebel. quem extollit Alber. ibi, & meliorem de iure, inquit Alex. conf. 118. num. 6. lib. 7. verba autem Sceuolæ ita habent. Hæres eius, qui post mortem suam rogatus erat in universam hæreditatem restituere, minimam quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat, ijs, quibus fideicommissum debebatur, restituit: postea repertis instrumentis, apparuit quadruplo amplius in hæreditate fuisse: quæ situm est, an in reliquum fideicommissi nomine cōueniri possit? respondi secundum ea, quæ proponerentur, si non transactum esset, posse. Inde principaliter arguebant antiqui & nouiores, in transactione cessare remedium huius l. Bar. autem, Paul. Imol. & etiam plures ex ijs, qui Bar. opinionem damnant, respondent, in casu d. §. læsionem accipi respectu ipsius rei seu hæreditatis, de qua agebatur, non respectu dubij euentus litis, seu precij, quod pro iure causa daretur: & sic non facere ad terminos in quibus loquitur Bar. Sed litera d. §. repugnat huic declarationi: constat enim, quod ibi hæres grauati & fideicommissarius contendebant de quantitate hæreditatis restituendæ: & transegisse datis certis rebus: & sic transactionem initam fuisse, vt contentio cessaret: siue plus siue minus in hæreditate esset. Cagnol. autem hic numer. 75. putat se noue intelligere tex. illum. Sed (ni fallor) nihil affert: nec se satist explicat.

Ego aduerto gloss. d. §. fin. nō sensisse 18.  
1 iiij id

id quod Bart. & communiter Dd. ex ea colligunt:imo generaliter & indistincte intelligit ex eod. §. transactionem censi ri semper interuenire ad dubium cumentum, ideoque in transactione nullo modo procedere remedium huius l. quod agnoscent omnes, qui cum iudicio legerint gloss. d. §. & ita contra Bar. erit authoritas gl. iuris ciuilis, sicut gloss. iuris canonici. Retenta vero opin. Bar. melius ad arg. d. §. respondebitur ex eis quæ tradit Crém. hic numer. 44. quod in casu d. §. non potest considerari laesio, ut requiritur in materia huius l. nempe at tento tempore conuentionis: ibi enim causa laesiorum apparuit ex instrumentis postea repertis, vnde tempore transactionis non pluris emeretur ius fidei commissarij: & secundum hanc considerationem, nihil obstat d. §. & eodem modo cessat argumentatio multorum ex l. i. C. de pac. ex l. de fidei commiss. C. de transa. magisque ex l. sub prætexta, C. de transact. quam omnes adducunt contra Bar. Sed nihil facit, si attendas laesio nem ibi non posse æstimari, nisi ex eo, quod postea contigit seu apparuit: at in nostra materia tantum consideratur, ut res erat tempore conuentionis, l. si voluntate, infra codem.

19 Aliter & melius responderi posset ad d. §. fin. l. Lucius, apud IC. non potuisse tractari de remedio huius l. à Diocle no ue inducto, & ICtis incognito: ut vere probauis supra in l. ca. Nec replicet alius quod IC. specialiter tribuere videtur transactioni, ne ex ea laesione rescindatur: quasi contrarium fuisse in alijs conuentionibus: verius enim est generaliter co tempore nullum contractum ex sola laesione in precio rescindi potuisse, nec ibi ad talem effectum traditur specialitas transactionis. Sed significat IC. si eo casu transactum non fuisse, potuisse plane fideicommissarium agere ad ca, quæ postea reperta sunt: non obstantibus verbis hæredis, qui dixerat non esse plus in hæreditate: nec obstante acceptione ipsius fideicommissarij. Interueniente autem transactione agi non posse, etiam si de nouo multo plura apparet, ex reg. d. l. sub prætextu, cum simili. Necessario autem cum glos. & Dd. communiter intelligendum est in casu d. §. non fuisse instrumenta, nec bona occultata maligne ab hæredc, eius

enim dolo interueniente, agi posset, non obstante transactione, per l. qui cum tutoribus § qui per fallaciam, ff. de transa. l. 5. in fin. C. de dol. l. in summa, ff. de condi. indeb. tex. & Dd. communiter in d. l. sub prætexta. 19. in quo cauebis à Cagnol. hic, d. num. 75. In id vero aduerto IC. in d. §. fi. loqui de hærede eius, qui grauatus fuit restituere, non de eodem rogato: hic enim facile sciret bonorum quantitatem, & sua à restituendis dignosceret, non ita eius hæres: maxime post tam longum tempus succedens, bonaq; mixta & confusa inueniens, iuxta reg. l. fin. ff. pro suo. Atque ideo transactio in casu d. §. non tam facile excusaret grauatum, vt eius hæredem excusat.

Adducitur contra Bar. tex. in d. l. sub 20 prætextu, i. C. de transa. cui sup. respondimus, ut vere nihil obstat. Sic etiam supr. n. II. satisfecimus argumentationi ex § si pignora, l. à dino Pio, ff. de re iudi. quem tex. quasi omni solutione maiorem, cōtra Bart. citabat Aretin. in d. l. si quis cum aliter. Sed ultra reponsum Roma. & Ias. & ultra ea quæ dixi supr. in d. loco, aliter in proposito vitabitur difficultas illius §. ibi enim pignota capta fuerunt & in eis facta licitatio: nec dubitabatur de iure actoris, pro quo erat res iudicata. Bart. autem & cum sequentes loquuntur, vbi æstimatur dubius cumentus, ex eo, quod pro iure vel causa transfigentis daretur, & sic decisio d. §. non videtur recte applicari ad q. & terminos Barto.

Contra Bar. adducunt aliqui tex. in l. in summa, 65. ff. de cond. inde. vbi Ang. & Ias. not. Nec parum vrgere videntur verba IC. ibi, dū inquit. Et quidem quod transactio nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur. Nam si lis fuerit, hoc ipsum, quod à līte discedit, causa videatur esse. Alij autem sequentes opin. Bart. non tantum respondent, sed etiam contendunt, eundem tex. esse pro Bar. intelligentes IC. præcedentia verba declarare statim ex sequentibus, ibi, Si autem euidēs calumnia detegitur, & transactio imperfecta est, repetitio datur. Ex his verbis pro Bar. arguit Anton. sur. in d. c. cum causa, nu. 32. & Cagno. hic n. 78. ver. 4. & Hisp. Xuar. d. alleg. 22. Dicunt enim ex hac laesione detegi euidētem calumniam, ex d. l. si quis cum aliter, secundum communem intellectum, quo haec laesio dolo æquatur, & ex presumptione l. omnes, §. Lucius. ff. que

ff. que in frau. cred. & in hunc sensum d.l. in summa, citat Socin. Iun. cons. 144. lib. 1.

22 Ego verius puto ex illa l. non necessario probari, nec necessario improbari opinionem Bar. possunt enim verba IC. varie accipi, nec eo tempore cogitari poterat de remedio huius l. quod IC-tis incognitum fuit, nec verba d.l. recte applicari videntur ad terminos opinonis Bar. loquentis de aestimatione dubij euentus, considerando, quod pro iure vel euentu causae, communiter daretur quantitas duplo maior: & ita cessat obiectio d.l.

Alex. etiā Aret. & plures contra Bar. citant tex. in l. si superstite, C. de dol. sed alij pro Bar. eandem l. retorquent, vt refert Ias. in d.l. si quis cum aliter, num. 13. Agitur in ea l. de transactione inter patrem & filiam, gesserat enim pater tutelam & curam filiae, eiusque bona administrauerat. Respondet autem Imperator in 1.par. ex transactione posse patrem excipere, si à filia conueniatur: vel actionem omnino tolli, si nouatio & acceptilatio interuenit: deinde subdit, loquens cum ea filia, sane si laesa es immodice, non de dolo, propter paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est. Citantes d.l. contra Bar. inducunt verbal. dum inquit, ob paternam verecundiam ibi negari actionem de dolo: quasi sine dubio inter alias personas daretur, quod esse non poterat absque vero dolo: & ideo putant in ea l. necessario presupponi dolum ultra immodicam laesione, haec enim non praestat doli actionem, vt constat ex nostra l. & ex cap. cum dilecti, de empt. & vend. vnde colligunt ex d.l. transactionem ob solam laesione, etiam maximam rescindi. Alij pro Bar. retorquent eandem l. ponderantes alia eius verba; ibi, bona fide, quasi in cal. ex sola magna laesione arguatur dolus, ad rescindēdam transactionem, & ita Fulgo. ibi Receptior autem interpretatio videtur, quod in ea l. ultra immodicam laesione dolus requiratur. Ita enim aperte sentit gl. ibi, in verbo laesa, & Alber. Salic. & latius probat Alex. ibi per l. dolus, infra hoc tit. & cum Alexan. Cur. Sen. cons. 66. num. 26.

23 Ego in ea Dd. varietate verius arbitror d.l. magis facere pro opin. Bar. Ibi enim nulla adsunt verba, quibus colligatur alia doli probatio, nisi ex im-

modica laesione. Imo superius dixerat Imperator transactam fuisse bona fide: & consequenter magis adduci debet ea l. ad probandum, quod transactio ob immodicam laesione rescindi potest. Nec obstat arg. gl. & Dd. ex d.l. dolus, infra hoc titu. vbi dolus ex machinatione, non ex quantitate laesione probari dicuntur. Quo fundamento, quasi peremptorio, ita secure resoluit Alexand. in dict. leg. & Curtius in d. cons. Respondeo enim, & intelligo, in dict. leg. dolus, agi de emptore & venditore: idemque dici posse de alijs simili modo contrahentibus, incidente laesione in precio seu in quantitate, vt constat ex verbis eiusdem legis, & tunc verum erit dicere cum Alexandro, & Curtio cessare actionem de dolo, etiam si maxima laesio reperitur. Quod colligitur etiam ex scribē. hic & in d.l. si quis cum aliter, & d.c. cum dilecti. & cap. cum causa, saepissime citatis. Cuius rei evidens ratio est, quia tunc vterque ex contrahentibus contrahere volebat: nec alter alterum in actu principali circumueniebat. Circumuentio autem in precio, tam à dolo abesse censebatur, vt quodammodo naturaliter licere diceretur, iuxta saepe citatum s. idem Pompon. l. in cause, ff. de minor. cum traditis supra ad fin. 1. cap. At in d. leg. si superstite, ex sola magna laesione probatur dolus, eo quod pater administrauerat sua bona, & vxoris, cui filia successit, vt litera habet: deinde gesset tutelam & curā filiae, postea vero transgit cum filia ēaque immoda laesione affecit ab eadem liberatione extorquens, quasi ei satis fecisset, in quo recte Imperator dolum versari respondit. Non enim poterat pater in facto proprio, & ijs quæ gesserat, & notissima habebat, iuste ignorantiam pretendere, iuxta vulgarem reg. l. fin. ff. pro suo: & ita intelligentur verba dict. l. dolus, ibi, qualitate facti, quod in simili specie recte adiuerit Socin. nep. consil. 144. num. 33. lib. 1. probaturque ex l. quicum tutoribus, s. qui per fallaciam, ff. de transact. & ita resoluo in d.l. si superstite, ex sola immoda laesione probari dolum, idque ex predicta ratione, ita bene sentit Petrus Loriotus, de partis, axiom. 91. atque inde notabiliter ultra scribē exemplificabitur reg. l. dolus. C. de dol. vt ex perspicuis indicijs dolus probetur, & ita ex eadem speciali ratione d.l. limitetur reg.

reg. huius l. & d.l. dolus, infra eodem: sic eleganter has ll. conciliando, quas Alex. & Cur. vbi supra, ex diametro pugnare putabant, nisi extra laesio[n]em ipsam sub-audiretur dolus in d.l. si superstitio. & quod diuinatorium est, & non ne-  
c Reputatur notabilis hec lex, si superstitione, ad hanc materiam à Sot. confi. 20. nu. 6. in fi. lib. 3. cuius infra noster Pinelius meminit 3. par. c. 1. num. 7. in fin. cessarium, ex hic resolutis.

24. Add. l. si superstitione. C. de dol. aduerto etiam, quod eius authores fuerunt Diocle. & Maxim. conditores huius l. vt sic verbum illud, *immodice*, melius referatur ad grandem laesio[n]em, de qua in hac l. non autem ad quantitatem duorum aureorum, vt glo. & Dd. ibi variando, referabant ad l. si oleum ( vel secundum alios libros l. 9.) §. fin. ff. de dolo. Quod suadetur attenta re, super quaibi transactio[n]e fiebat, nempe super totis bonis filiae & hereditate matris eiusdem: vnde quo ad ea bona non poterat quantitas duorum aureorum immodicam laesio[n]em inducere, nec de ea credendum est sensisse Imperatorem, argum. l. scio, ff. de in impeg. restit. Ex quibus etiam tollitur diuinatoria quorundam interpretatio[n]es, quos ibi refert Alb. & male sequitur Alex. violenter intelligentiam ver. illa tex. si immodice laesa es, maxime, quasi idem futurum ibi esset, cessante immodica laesio[n]e, quod est aperte contra literam & mentem l. & contra naturam conditionis, quae ibi resultat ex dictione, si, qua vtitur Imperator.

25. Credo etiam, cum in ea l. ex laesione colligatur dolus, ob specialem rationem, de qua supra, iam plenius succurréendum fore parti laesae: tum vt laedens non habeat electionem, de qua in hac l. quae ei non datur, vbi fuit in dolo, secundum Paul. Cast. & communiter Dd. hic & ali- bi, vt deducemus in 2. par. tu etiam vt in casu d.l. restitui debeat parti laesae totum quod ad eam pertinebat: non solum id, quod daretur pro dubio cunctu iuris vel causae ipsius. Tunc enim non tam agitur remedio huius l. quam actione dolii, quae ibi generaliter conceditur: specialiter vero ob reuerentiam parenti debitam negatur, eius loco concessa actione in factum. Et sic noue & vere explicatur decis. d.l. ostenditurque in casu eiusdem l. attendi laesio[n]em respectu to-

tius rei, non tantum dubij euentus.

Ex predictis comprobatur opinio Bart. respondeturque obiectionibus, quae contra eum adducuntur. In tanta autem Dd. varietate distinguunt aliqui, vt opinio Bart. procedat, quando excessus vlladimidiā non esset simpliciter, vel parum vlladimidiā, sed multum supra eam. Ita respondebat Corn. quem saepissime retulit & sequutus fuit Dec. vt per eum in l. cum te, numer. 1. C. de transact. Idem confi. 60. numer. 4. & confi. 203. & 216. & 479. Aymo. confi. 151. numer. 26. Cagnol. hic. num. 80. & in l. si quis maior. num. 37. C. de transact. Thomas Grammat. decis. 66. num. 48. Soc. nep. confi. 129. num. 48. & confi. 144. num. 8. lib. 1. & confi. 98. num. 18. lib. 2. & Molin. ad Alex. confi. 42. num. 11. lib. 1. Quae concordia aequitatem habet, sed iure non probatur. Lex enim solum respexit, an laesio sit vltra dimidiā, non vero an multum vel parum excedat. Ita ea traditio rem per se obscuram, obscurioram facit: difficillime namque verificabitur, an excessus vltra dimidiā magnus sit vel parvus.

Aduerto tamen vltra Dd. ex ea distinctione facilis laesio succurri, quam ex opinione Bart. Nam Bart. & qui cum sequuntur, requirunt probationem laesio[n]is, respectu dubij euentus seu eius quantitatis, quae daretur tempore transactionis, pro iure vel causa partis laesae. Cuius rei probatio numquam ferebitur, nemo enim vult lites emere: qua de causa plures à Bart. opinione recesserunt. In hac vero concordia Corn. attendetur laesio ex valore & quantitate totius rei vel causae, & ex quantitate accepta in transactione: & ita facilis probabitur laesio transigentis, addita probatione iuris sibi in ea re competenti, quae resolutio cōprobabitur ex Ioa. Imol. in ca. quinta uallis, col. 32. versi. forte tamen, de iure iuri.

Nec omitto, quod etiam concurrēt tali laesione nimis vltra dimidiā, non potest applicari doctrina de dolo, reddente nullum ipso iure contractum bonae fidei, quod incaute scripsit Cagnol. hic. num. 81. non aduertens, quod tunc laesio quantumcunque enormous, poterat tantum comparari dolo incidenti, non autem danti causam cōventioni: vt sic non possit ipso iure irritare, secundum easdem receptas traditiones,

tiones, quod satis probatur ex hac l. &c. cum dilecti, de emp. & vend. dum indistincte presupponunt contractum valere, etiamsi laesio enormis sit, siue paruum; siue nimium ultra dimidiata: probatur magis ex l. dolus. infra hoc tit.

29 Tutius etiam procedet opinio Bar. (& facilius, quam ipse senserit) quando laesio erit miles, vel rusticus, vel foemina, vel similis persona, tunc enim maior aequitatis ratio est, ut eidem simplici personae succurratur, ex Bal. hic, num. 7. & in terminis ad rescindendam transactionem notat Dec. d. cons. 60. ad fin. Cagno. in l. si quis maior, numer. 36. C. de transact. Soc. nep. d. cons. 144. num. 32. lib. 1. & ultra eos ad materiam huius l. ita pro rusticis & ignarioris egregie notat Paul. Cast. in l. item si precio, §. fin. ff. loca. quibus adde tex. optimum (tales personas quodammodo minoribus aetate aequaliter) in l. cum de indebito, ad medium ff. de probat. conducunt, quae tradit Hippol. sing. 18. Capitius decif. 159. num. 23. & quod notat Bald. in cap. fin. num. 14. de confess. glo. notab. in Authen. de incestis nupt. §. 1. verbo, sciens: quam extollit Alexan. in l. iuste possidet, n. 35. ff. de acquir. poss.

30 Sic etiam opinio Bart. facilius obtinebit in eo, qui laeditur transigendo cum tutori suo, vel curatore, vel administratore. In his enim ex laesione probatur maligna occultatio: ob quam etiam aduersus transactionem succurrendum est, per d. l. si superflite, C. de do-  
lo, de qua supr. eodemque modo tutius procedet opinio bar. Imo etiam ex minori laesione, quando transactio fieret cum debitore fugiente, vel qui esset in loco, in quo iustitia in eum non possit exerceri, ex ijs, quae dicta sunt supra hoc cap. num. 7. Facilius etiam rescindi poterit transactio, nec spectato dubio cumentu, sed valore rei, quando facta est non existente lite, ut notabiliter tradit Cagnol. hic, n. 82.

31 Opinio autem contra bar. ne scilicet transactio rescindatur ob laesionem, à multis tutior censetur, quando longo tempore transactio seruata fuit, ut tradit Aymo. consil. 151. n. 30. Sed hoc non videtur tutum: cum haec actionem tribuat, quae tempus à iure habet trigesita annorum, secundum communem opinio. ut sic dicendum magis videatur, tempus iuriis restringi non pos-

se, iuxta reg. l. 4. §. si quis condemn. ff. de re iud.

Alij etiam tradunt, non procedere 32 opinio. Barto, nec transactionem ob laesionem rescindi posse, quando concurredit geminatus consensus, nempe ex alio actu, ultra ipsam transactionem. In quo tamen variant Dd. vt resert Aymo. d. consil. 151. num. 31. Ita tamen tradit Dec. consil. 216. ad fin. quem sequitur Chas. in consuet. Bur. Rub. 7. §. 12. numer. 37. fol. 273. col. 4. versi. aduerte. Facit tex. in l. cum fidem, C. de non numer. pecu. secundum communem intellectum, & l. si mulier, C. ad Velleian. quae opinio intelligenda es-  
set, quando secundus non haberet causam excusationis, secus, si in eo concurreret idem error, eademve causa primi consensus transactionis, arg. doctrinæ Bart. receptæ, in l. pen. num. 7. ff. de cond. ob tur. can. Ex quibus melius fortasse, quam alibi, resoluitur quæstio & articulus laesioni in transactione ad materiam huius l.

Remedium huius l. trahitur ab alijs 33 ad aestimationem in rebus dotalibus, vt per Cremen. hic, numer. 37. in 9. ampl. quasi tunc succurri nequeat, nisi laesio sit ultra dimidiata, quod falsum est: cum eo casu minor laesio emendari debeat, vt plene deduxi in l. ca. ad l. si res, §. 1. ff. de iure dot. quicquid inuoluat Cagnol. hic. Addunt alij remedium huius l. trahi posse ad mulierem laesam in danda ampliori dote, vel virum laesum in accipienda minori dote, vt tradit Nouel. de dote, 6. par. priuile. 42. & 43. ad fin. Cagnol. hic, num. 63. Mantua. d. lib. 1. locor. cap. 6. & in vxore ita laesa notat gl. in l. si ex causa, §. in dotis, ff. de minor. & ita las. (eam extollens) in l. si quis cum aliter, num. 19. Nouel. vbi sup. & cum eo Gregor. Lopus in l. 56. tit. 5. in 5. par. ex quibus ea opinio, vt communis, secure traditur.

Ego vero (quod multis prima fa- 34  
cie absurdum videri posset) magis arbitror in ea re facilius viro, quam vxori succurri debere, vt statim probabo, in vxore autem puto eam opinionem Reipub. perniciosa, prorsusque rejiciendam. Hæc enim l. aequitati nititur, quæ suadet, non esse turbanda matrimonia, l. I. ad fin. & ibi gl. ff. de li. exhib. nemo autem dubitat, quin matrimonia maxime turbarentur, tristisque discordia inter  
con-

coniuges resultaret, si post dotem datum, & viro bene rem familiarem gerente, dos ut excessiuia repeteretur. Præser-tim cum Imperator alibi indistincte & secure dicat, non esse villo iure prohibi-tum, mulierem omnia bona sua in dotē dare. l. 4. C. de iur. dot. quod etiam suade-tur ex qualitate ipsius rei, cum dos sit pro oneribus matrimonij, & simul vxori seruiat, l. pro oneribus, C. de iur. dot. eidem que vxori & hæredibus restituenda veniat, nec ad hunc casum applicari po-test electio, quam l. hæc conuento tri-buit. vir enim non aliter vxorem duxif-set: & sic eius læsio effet irreparabilis. Ideoque soli vxori ætate minori ex ea causa succurri in iure reperitur, d. §. in do-tis, l. si ex causa, & l. 1. C. si adue. dot. Imo nec in minoribus 25. annis id ius vnquam in praxi seruatur.

35 Nec obstat arg. Dd. ex æquitate hu-ius l. nec aliud ex l. si res. §. 1. ff. de iur. dot. de emēdanda læsione in æstimatione rerum dotalium. Nam in casu huius l. & in æstimatione dotalium contingit error contra tenorem conuentorum, & contra mentem contrahentium. Plus enim datum vel acceptum deprehenditur, quam contrahentes intendebant: ideo iuste tunc succurrunt lefis, & in æsti-matione rerum dotalium versatur ven-ditio. vt in l. plerumque, & l. quoties, ff. de iur. dot. at cum viro dos etiam amplissima datur, ipse non plus accipit, quam si bi promissum fuit: nec aliquid reperi-tur contrarium tenori conuentio-nis, quapropter cessat æquitas huius l. cessat etiam arg. à læsione in æstimatione rerum dotalium: vt merito contra com-munem opinionem dicamus, non pos-se contra virum agi, quasi amplior-em dotem receperit, nec Dd. aduer-tebant, in ea re nullibi esse modum. De læsione autem fœminæ minoris in causa dotis latius ago in comment. re-stitut.

36 Viro autem ita læso aptius & æquius applicaretur remedium huius l. si mi-nus dimidia congruae dotis accep-it: quando sacer vel vxor congruam dotem dare potuisset. In viro enim cessat ratio illa, ne matrimonium tur-betur: quod longe magis turbabitur, si desit, vnde eius onera ferantur, facit l. fin. C. ad Velleian. nec nouum est, post ma-trrimonium dotem augeri vel peti, gl. in l.

obligamur, 51. §. lege, ff. de actio. & oblig. quam ibi extollit Alb. & Ias. in l. sidona-turu. §. 1. ff. de condi. ob cau. & in autb. præ-terea, col. 2. ad fin. C. unde vir. & ux. Item viro tunc agente ad congruam dotem non fit iniuria vxori, nec ad tempus cō-stantis matrimonij, nec ad tempus cius-dem soluti, & ita in viro noue probatur (quod dixi) iustius & facilius ei succurri posse, quam vxori. Ex quibus eleganter explicabitur text. in §. fin. l. iure succur-sum, ff. de iur. dot. vltra iam tradita sup. hoc cap. & cap. i. huius par.

## S E C V N D A P A R S

## L. I. I.

## C. de rescind. vend.

## C A P V T I.

## S V M M A R I V M.

- 1 Traditur communis opinio, amplias hanc l. ad læsionem in diuisione bonorum, & agitur de intellectu tex. in l. maiori-bus, C. commun. viri. iud. usque ad num. 5.
- 6 In eodem articulo notabiliter agitur de læsione contingente in diuisione fa-cia per sortes, & excutintur aliqua dicta Bal. usque ad n. 8.
- 9 Proponitur q. omessa à Dd. in materia huius l. resoluturque traditio Chas. de emente bursam cum eo quod in ea est.
- 10 Infertur ex hac l. & eius ampliationi-bus ad id, quod sepiissime tradunt scriben. an appellatione emptionis veniant reliqui contractus, proba-turque contra innumerous veriorem esse opinio, negatiuam ex vi verbo-rum, & n. 11.
- 12 Agitur de intellectu tex. in l. statu libe-ri, ff. de statulib. & n. 13.
- 14 Infertur ad l. in quorum, ff. de pig. & ostenditur nullam esse difficultatem inter eam l. & l. fin. C. de rebus alien. in quibus conciliandis Dd. inepte laborant.
- 15 Agitur contra aliquos in materia huius l. de emptione vel venditio-ne facta per procuratorem, & nu-mer. 16.
- 17 Inferitur ad utilem q. an procurator con-stitutus

*Situtus ad vendendum possit vendere per substitutum.*

- 18 *Infertur ad q. eius, qui scit procuratorem suum excedere fines mandati: & traditur differentia inter extensio- nem mandati, & eius inductionem de nouo, contra quam plures.*
- 19 *Tentatur noua opin. contra Dd. ad ampliandam reg. l. diligenter, ff. mandati: & explicatur l. qui patitur, ff. eod.*
- 20 *Agitur de laſione in constitutione, vel subrogatione pignoris, & de intel- lectu l. si rem, s. omnis, ff. de pigno. act.*
- 21 *Infertur utiliter ad q. an creditor com- pelli possit ad remittendum pignus vel fideiſſorem pro alio aequo idoneo: in quo traduntur multa ſitu di- gna, usque ad nn. 25.*
- 22 *Agitur de nomine, & tempore actionis competentis ex hac l.*
- 23 *Traditur notabilis species, in qua etiam post longissimum tempus non nega- bitur remedium huius l.*
- 24 *Traditur & impugnatur opin. Dd. te- netur, venditorem vel emptorem, qui scit contra ſe agi posse remedio huius l. ut lucapere non posse.*
- 25 *Oſtenditur effectus resultans ex eo, quod actio huius l. sit personalis: & ex- minatur traditio Bal. hic, & tradun- tur aliqua utilia usque ad nn. 31.*
- 26 *Probatur contra omnes ſcriben. noua opin. in materia huius l. & ornatur aliqualiter tex. in l. eris, C. de dona.*
- 27 *Agitur plene, & eleganter de intellectu tex. in l. in cauſa, la. 1. §. fin. ff. de mi- nor. & emendatur multa à Dd. tradi- ta, usque ad n. 35.*
- 28 *Tractatur q. glo. quando in materia huius l. perit res apud emptorem absque eius culpa, vel apud tertium. & bre- uiter explicantur multa utilia, usq; ad num. 40.*

**A**ddunt ſcriben. communiter hic & vbiique de hac materia tra- cantantes, decisionem huius l. lo- cum habere in diuisione bonorum: ci- tantque omnes, vt expreſſum tex. in l. maioribus, C. commun. vtri. iud. & ibi gloss. Bar. Alb. Bal. Salic. Pau. & alij notant: id que receptiſſimum eſt, vt per Cagnol. hic, numer. 59. & ita consultus respondit

Corn. conf. 240 lib. 4. & Gozadi conf. 44. num. 17. ante alia vero oportet verba d.l. proponere, quae ita habent. *Maioribus etiam per fraudem & dolum, vel perperam sine iudicio factis diuisionibus, solet subue- niri: quia in bona fidei iudicis, quod inae- qualiter factum eſſe conſtituit, in melius re- formabitur.* Ex cuius l. tenore ego aduer- to, eam à Dd. non bene citari: non enim proponit in facto tantam laſionem, nec conuento electionem tribuit, & conse- quenter non potest dici ſimilis huic l. quamvis ijdem Cefaresvtriusque autho- res fuerint: ex aliis igitur iuris partibus explicandum eſt, quod generalibus ver- bis in ea l. continentur.

Miror etiam ſcriben. non aduertifſe, 2 cum ea l. generaliter videtur reſciffio- nem diuisionis inaequaliter facte obſtare nimis reg. §. idem Pomponius. l. in cauſa, ff. de minor. magis vero obſtat reg. l. fin. ff. fa- mil. erit. vbi habetur, diuisionem etiam abſque iudice factam reſcindi nō poſſe, niſi auxilio ætatis: & ita tex. in l. si maior, C. comm. diuid. Nec contrarium probat text. in l. si poſt diuisionem. C. de iur. & fact. igno. ibi enim non ex ſola inaequalitate, vellæſione in preſcio, reſcinditur diuifo, ſed ex eo, quod poſtea conſtitit, alterum non eſſe cohæredem, vt per Dd. ibi, & in ſimiſi tradit Dec. conf. 475. n. 30. & conf. 525. num. 6.

Posset autem ea l. intelligi ſubſiſtente 3 cauſa reſciffionis vltra laſionem alterius partis: vel vbi inaequalitas reſultaret ex errore computationis, iuxta tex. & no- nat. in l. vna. C. de error. cal. cuius materiam ornabis ex Hispano Caſt. in l. 27. Tauri. Apud Lufitanos vero minor laſio ſuffi- cit, vt haereditatis diuifo reuocetur: ne- peſi alter ex cohæredibus laedatur in 6. parte portionis ſibi competentis: dum- modo agat intra annum: iuxta Ordinat. lib. 3. tit. 82. §. pen. & li. 4 tit. 77. §. 31. Quod deductum videtur ex doctrina Bart. in l. ſocietatem, §. arbitrorum, n. 25. ff. pro ſoc. Pa- nor. in c. quinta vallis, n. 33. de iure iur.

Aduertendum magis eſt in hoc arti- 4 culo, dum enim Dd. communiter tradūt hanc l. procedere in diuione bonorum, non obscure ſignificant, competere tūc electionem conuento: an conſentiat re- ſciffioni diuisionis, vt alia fiat, an velit ſupplere, quod iuſto preſcio deefit. Et ita ſpeciatim not. Bald. in d.l. maioribus, C. commun. vtri. iud. addens, quod libellus

tunc ineptus erit, nisi alternatiue concludat, conuento electionem tribuendo. Cynus autem & Petrus ibi contra sentiunt, aperte concludentes non audiari tunc conuentum, qui in pecunia satisfacere velit: sed praeceps teneri, in rebus ipsis diuisis, vel quod iterū fiat diuisio: & ita Alb. & Fulg. ibi, & Iohann. Fab. quos sequitur Mol. de commer. q. 14. n. 1. 2. & in consu. Par. §. 22. n. 42 & ita apud Lusitanos probat d. Ordin. lib. 4.

5 Mouentur hi Dd. principaliter ex eo, quod diuidens nō intendebat vendere, nec precium ex certa re, sed æqualem portionem pro iure suo, in iisdem bonis consequi. Quod fundamentum mihi fragile videtur, quia per satisfactionem pecuniariam, fit reduc[t]io ad æqualitatem, vt dixi supra in 3. ca. 1. par. per alias ll. & ca. ad questiones, de rer. per. Minus obstat aliud fundamentum Molin. arguentis, in diuisione magis agi de distrahendo, quam de contrahendo: potius enim in diuisione datur commutatio reciproca, vt patet ad sensum: ideoq; diuisio dicitur venditionis vim habere, l. 1. C. comm. utri. iudi. Non tamen mihi displicet opin. Pet. Cyn. & aliorum, de quib. sup.

6 In codem articulo diuisionis memorabilius est, quod scripsit Bal. in d. l. maioribus, n. 3. amplians communem sententiam in diuisione, quæ fieret per sortes: vt etiam tunc succurratur ei, qui læsus fuerit ultra dimidiā, & ita Paul. Cas. ibi, & ita consuluit Bal. & dixerunt alij, quos refert Tiraq. de primog. q. 17. n. 93. id que ex Bal. nimis commendat Francus in Rub. de appell. n. 10. sequitur Ias. in l. si duobus, n. 10. C. commun. de leg. Dec. in ca. licet causam, n. 28. de prob. Sed in contrarium vrget text. in l. de fideicommisso, a Cod. de transact. cum ibi traditis ab Alexand. & aliis,

a Vrgens huius legis argumentum, meo quidem iudicio, probabiliter declinatur, vt læsio ultra dimidiā partem à leuiori dialatione separetur, ac segetetur: deinde, quia lex hec non solum communi æqualis fortune iudicio ac paris iuris ratione nimirum, sed etiam honestissima fraternæ concordiae specie, & excludendo captandæ alternatim mortis periculo fundatur, vt perspicue ex tota textus serie innotescet. Cetera etiam argumenta omnia vitabuntur, si clementem huius remedy humanitatem, utrique sortienti, aqua-

liter indultam tueamur: & ad illam impe- trandum non quo quis modo læsus fuerit, sed quo in quantitate considerari meminerimus. Distinctio vero & concordia, quam noster Pi- nclus proponit, nullo modo placet, nam aut re- medium utraque in spe indulgendum est aut in neutra, semper enim æqualis fortune par alea, semper vel humanitatis indiga ultra dimidiā læsio, vel preceps atque humanita- tis incapax ob æqualitatem iudicium. Nec est adeo probabilis in hucusmodi re ignorantia, aut ignorantiae pretextus.

extollentibus eam l. quam dicit sibi Bal. in l. cum archimedoram, n. 3. C. vt in pos. leg. & Boer. decis. 147. n. 7. & alij relati à Tiraq. in l. si unquam, verbo, donatione, num. 110. Magis etiā obstat, quod notat idē Bal. in l. ait prætor, §. vlt. ff. de minor. dicens, quod in iudicio sortis non datur restitutio mi- nori: sequitur Ant. Gom. in lib. de contr. cap. 14. n. 4. in fin. Nemo autem dubitabit, frequentius negari posse remedium hu- ius l. quam auxilium ætatis: & è contra, concessò remedio huius l. multo magis competere beneficium restitutionis mi- norib. 25. annis: facit l. si maio. C. com. dtui.

Huic difficultati satisfacere conatur 7 Tiraq. d. q. 17. nn. 92. & seq. conciliando Bal (qui sibi contrarius videtur) vt eius opinio affirmatiua in d. l. maioribus, pro- cedat, quando ex alea vel sorte resultat læsio ultra dimidiā: opinio autem ne- gatiua procedet regulariter, quando læsio tanta non est. Ego vero potius dice- rem Bal. ex more variasse, eius enim ver- ba eam concordiam non ferunt. Nec restituitur minor ex euentu, sed ex in- consulto initio d. l. de fideicommisso, l. ve- rum, §. sciendum, ff. de mino. unde videre- tur, quod in diuisione facta per sortes, non applicaretur remedium huius l. læ- sio enim ex tempore contractus iudica- tur, l. si voluntate, infra eod.

Posset fortasse is articulus aliter & 8 melius explicari, & Bal. varietas conciliari: vt succurratur etiā maiori læso, in diuisione facta per sortes, quādo sortes ipsæ per errorem tam inæqualiter factæ sunt, earumq; error postea deprehendi- tur: tunc enim partes nihil sorti seu eu- tui scienter commiserunt. Secus vero quando à principio partibus scientibus, fierent sortes inæquales, vt alteri pos- set maior portio obuenire: quia tunc congruit argumen. quod adduci solet de conuentione reciproca. Quæ distin- ctio

Etio & concordia rationem habet, quia si error fuit in distributione vel estimatione rerum, & inde resultauit magna inaequalitas in sortibus, iuste replicabit is, cui inferior sors contigit, cōtendens, quod si sciret sortes esse tam inaequales, noluissest ius suum certum, aleæ seu fortunę committere. In quem sensum congrue accipi possunt verba d. l. maioribus: quod circa minores 25 annis latius tradimus, in comment. restituti. Et secundum hanc distinctionem cessat arg. d. l. de fideicom. quae loquitur, vbi scienter contrahentes sorti se commiserunt, & ita l. 1. C. de p. et. ibi, facta sicut placuit diuisione: cum iis, quae egregie notat Alex. conf. 83 n. 18. lib. 2. las. conf. 131. col. 2. lib. 4.

9 Aduertendū autē est, quod d. l. de fideicom. & iura similia, dū iustificant contractum dubium & reciprocum, loquuntur de incertitudine aequali vtrique parti: vnde non iuuabunt venditorem in casu, de quo agit Chal. conf. 52. quando quis alteri vendit marsupium cum eo, quod in eo extat. Imo videretur magis dolus vendoris scientis, & callide emptorem decipientis, arg. l. ea, quae commendandi. ff. de contrah. emp. talis igitur incertitudo ex parte emptoris non tollet remedium huius l. si vendor precium certum petit pro bursa cum eo, quod in illa est. Secus fortasse si precium committitur arbitrio alterius, iuxta l. si. C. de contrah. empt. vt non possit in venditore maior certitudo vel calumnia dari, quasi tunc equalis sit vtriusque incertitudo: vereq; militat ratio d. l. de fideicom. & l. sie alege, C. de usur. cum similibus.

10 Constat vero ex multis supr. deducētis, decisionem huius l. loquētis de vēditore & emptore, trahi ad alios cōtrahētes: & sic apte hic applicatur id, quod apud scriben. sapissime traditur, appellatione emptionis & venditionis comprehendēti ceteros contractus. In id autem vbiique citari solet tex. in l. statu liberi. 29. §. fin. ff. de statu lib. cuius verba ita habent: *Quoniam lex 12. tabularum, emptionis verbo, omnem alienationem complecti videtur.* Quem tex. ad hoc axioma notauit gl. in l. 1. §. eam rem, ff. quae res pig. oblig. poss. gloss. in l. 2. Cod. de usuc. proempt. & ad hoc eundem text. dicit sing. & meliorem de iure Bal. in d. l. 2. idem Bal. in c. litera, nu. 4. de dila. & ita illum tex. not. Panor. in c. 1. n. 2. de Fur. Ful.

in l. fin. C. quod met. can. idem Fulg. in l. 1. C. de pat. qui fil. dif. Are. conf. 125. n. 3. Ias. in l. voluntas. col. 1. C. de fideicom. Fab. in tract. de empt. & vend. q. 2. nu. 1. Fel. in c. si. n. 5. de accus. Matth. Afflict. inc. 1. num. 62. per quos fit inuesti Soc. nep. conf. 129. nu. 13. lib. 2. & conf. 73. n. 10. eo. lib. Hisp. Burg. in rub. de empt. & vend. col. fin. Hisp. Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & uxor. §. 16. num. 9 Hisp. Segur. in tract. de bon. consta. matr. Hisp. Duen. reg. 239. Firmi. de Gabel. 3. pa. 8. parisi: & ita innumerū quos citat Tiraq de retrā. lig. §. 1. glo. 2 in prin. qui ad id adducunt etiam tex. in l. sicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hyp. so/ u. quem citat Soc. nep. vbi su. & Fran. Bal. in rub. Inst. de emp. & vend. b

b Adde Corra. li. 3. Misi. c. 3. n. 4. Ant. Com. in l. 40. tauri. n. 81. lac. Cuius lib. 2. obser. c. 21. & Fran. Bal. ad leg. 12. tab.

Aduersus eam scribentium turbam, alia numero non inferior, opponi posset ex statim citandis, & ex relatis à Tiraq. de retrā. ligna. §. 1. glo. 14. ex num. 28. ex quibus colliges plures fibi ipsis aduersari. Et omissis multis secure dicendum est, labi sup. citatos, & omnes, qui scripserunt, & putant emptionis appellatione omnem conuentionem contingenti, ex vi verbī. Id enim notorie falsū esse deprehenditur ex l. 1. ff. de contrah. empti. quae distinguit nomen & contractum empt. ab aliis: & l. iuris gentium, ff. de palt. & ita tex. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eor. Idem probat euidenter tex. in l. si. ff. de condic. ob causam. Tex. etiam in l. item legato, 47. vel 49. §. i. ff. de leg. 3. Sed ineptum magis, quam subtile videatur iuribus id probare, cum ad sensum constet: nec aliud significet distinctio titulorum, C. & ff. de usuc. proempt. pro do. pro leg. cum aliis. Et ita melius aduertit Bal. in d. l. fin. ff. de condic. ob caus. idem bal. in l. 1. num. 4. C. de rer. perm. bal. in c. l. n. 12. de alien. feui. Paul. post antiquos in l. quicunque. §. 1. ff. de Inst. Paul. in l. 1. n. 10. in fin. ff. de rer. perm. Nec obstant iura, quae in contrarium adduci solent: loquuntur enim ex vi & identitate rationis, non ex proprietate verborum, vt colligitur ex nonnullis supra citatis melius sententibus, & ita Ioan. Plat. in l. quæma in modū, num. 2. Cod. de agric. & censi. Ias. in d. l. fin. col. pen. ff. de condic. ob caus. ita sentit Plat. in l. 1. num. 3. ver. item est ar- gum. Cod. de fun. patrim. & ita saluan-

tur multa, quæ Dd. inferunt, quorum fundamentum ex vi verbi falsum esset, ex via autem rationis sustinebitur. Et ita accipi debet Bart. in l. filiu fam. §. diui. q. 8 ff. de leg. 1. vbi latissime Crot. nam. 114. & notabiliter Alc. num. 34. Rip. nu. 100. & quæ tradit Fab. de empt. & vend. q. 2. in print. Sic enim videmus hanc l. (quæ nouum ius induxit, vt supra probau) & tamen, cum loquitur de venditione, ampliatur ad alias conuentiones ex idētate rationis, non ex vi verbis: quod etiam comprobatur ex notatis à Gama-ra in tract. de exten. nu. 100. Collect. in c. ut sup. num. 11. de rebus eccl. non alie. Et ita cessat confusio, quæ resultat ex traditiis à Fabia. vbi supra: à Goza, cons. 90. nu. 13. & à Rauen. in Alphabeto iuris, verb. alienatio. Et ita resolues, quod inuoluit Ias. in l. 1. nu. 6. & seq. ff. de rer. perm.

12 Speciatim vero ad Pomponium in d. l. statu liberi, (qua Dd. maxime decipiūtur) facit prædicta consideratio à vi rationis; quod variādo magis probat Imo. in l. in adib. §. 1. n. 6. ff. de dona. Sed & aliter explicari debet, vt bene sc̄nsit Bal. in d. c. 1. ad fin. num. 12. de alie. feud. & magis explicat Ias. in d. l. iuris gentium. col. 3. ff. de pact. nempe IC. in d. l. referre antiquitatem l. 12. tabb. apud quam ob penuriam vocabulorū, & quia adhuc non ita tridita erat distinctio contractuum (vt hodie habetur) *emptionis* verbum latius patebat, latiusque accipiebatur. & ita Steph. Forca. neminem citans, dialog. 47. num. 5. & ita videtur sentire Alciat. in l. alienationis verbum, ff. de verbor. sign. & Francis. Connan. (eius rei rationem afferens) in commen. iur. libr. 7. cap. 6. in princip. Quæ interpretatio iuuari potest extex. l. verbis legis, ff. de verbor. sign. vbi IC. refert, quanto latius acciperetur verbum *legare* apud antiquos, & l. 12. tabb. quod tamen hodie in legibus & statutis etiam locum haberet, vigente eadem ratione, vt ibi tradit Alc. contra con. Corn. Et ita Lusitanus Noger. in rep. Rub. de leg. 1. & ibi Aymo. ad fi. Ex quo reprobari omnino debet, quod respondit Dec. (verbis adhærens) cons. 195. contra quem melius vide Rip. in l. 2. nu. 4. ff. de leg. 1.

13 Ex qua declaratione ad d. le. statu liberi, cessat fragilis alia explicatio antiquorū, & Plumbini ibi dicentiū, esse ibi speciale fauore libertatis. Nec omitto

aliud, quod à nullo ex tot Dd. sup. citatis tactum videtur: ideo s̄epius apud iuris conditores exprimi *venditionis* verbum, vt alias conuentiones comprehendat, quam è contra exprimatur alia species conuentioneis ad comprehendendam venditionem: quia scilicet venditio cēsetur frequentior, &

c. Frequentia huīsee contractus non inde pēdet, unde forsan quis existimabit: quia s̄. crebrius proprius ac germanus venditionis cōtractus, exerceatur, sed quoniam nullus antiquitus esset contractus, in quo vel vera, vel a. ubrata vēditio non interueniret, cū enim dominia solum quererentur, vt inquit Cic. in Top. vel per in iure cessionem, vel per nexū, hoc est per æs & libram venditionis solemnia. inde & frequentissimus contractus erat, & frequentissima illius fitmento.

ideo crebrius ad exemplum occurrit, iuxta tex. in l. in folio 44 ff. de vſuc. gl. in l. 2. verb. contrahitur, ff. de vſuc. pro empt. Vnde lex loquens in uno casu ob frequentiorem vsum, non excludit alios, iuxta gl. l. vnicæ, verbo, sponsam, C. de rap. virg. cū multis citatis à Tiraqu. de retract. lign. §. 20. num. 4.

Ex prædictis vero de verbo *emptionis*, 14 cessat oppositio & difficultas inepit à Dd. obiecta (qua mire torquentur) d. l. fi. C. de reb. alien. non alien. cum l. in quorum, ff. de pig. In hac enim ait IC. prohibitum in certo loco emere, non prohiberi pignus accipere. cuius cōtrarium colligi putant ex d. l. fin. vnde varie cōciliare ea iura nitūtur, multaq; præpostere comminiscūtur; vt tradit Bar. in d. l. in quorum. Alber. in d. l. fin. Crotus in l. filiu fa. §. diui. Chaf. in consue. Burg. rub. 4. §. 1. col. 2. Berous in c. nul- li. num. 24. de reb. eccl. non alien. Neguz. de pig. 2. pa. 3. mem. num. 70. cum multis seq. Sed omillis multis inepit scriptis à supr. citatis, verissime dicendum est, neutram il- larum legū alteri vlo modo aduersari, nec inter eas vllam difficultatē esse; quia d. l. in quorum: loquitur de prohibitione *emptionis*, & sic certæ conuentioneis, vel certæ speciei, secundum su. deducta, at d. l. fin. loquitur de prohibitione alienationis, & sic generis, sub quo omnes alienandi species continentur, vt probat tex in Auth. de non alien. §. alienationis: iuncta doctrina IC. in l. item legato. §. interest, de leg. 3. & gloss. in l. si causa con- gnita, ver. peremisti, C. de trans. quod sen- fuisse videntur ad illa iura antiquiores re- lati à

Iati à Bar. in l. in quorum, & glo. in l. fin. verb. vel hypothecari. m. Et ita cum Petro resoluit Ioa. Imol. inc. 2. nu. 31 de feud. quā resolutionem vt nouam tradebat Barb. in Rub. de reb. eccl. non alio.

15 Loquitur hęc l. de venditore læso, extenditurque communiter ad alios contrahentes, quibus ob læsionem in precio non succurrerit, nisi læsi sit vtrā dimidiā. Quā decisionem aliqui restringere tentant, vt procedat in cōtrahentibus per se ipsos: quod si læsi fuerint per procuratorem, putant sufficere læsionem in sexta parte: aul. hic n. 5. ex Bar. in l. societatem, §. arbitrorum, n. 25. ff. profoc. qui tamen id non firmat. & quāuis aliqui inuoluant, & cum eis Burgen. in c. cum dilect. n. 44. de emp. & vend. Cōtrarium verius & receptius est, vt regulariter decisio huius l. aequa procedat in contrahente per alium, vt per scipsum, secundum Panor. & plures in c. cum cau- sa. de empt. & vend. vbi Burg. nu. 25. hanc dicit communem opinionem, & ita Ale. in l. si quis cum aliter, n. 18. in fin. licet Are. ibi inuoluat: & melius ibi aduertit Rom. citans tex. clarum in l. si voluntate, infr. hoc tit. & ita Are. conf. 12. col. 2. vers. non obstat: & Crem. hic nu. 70. in 20. ampl. & Iaco. à sancto Geor. in l. 2. C. si aduers. ven. Ang. in §. precium, num. 7. Institut. de emp. & ven. & ita Cag. hic, num. 166. Ratioque huius conclusionis sumitur ex traditione IC: in l. cum mandato, 24. ff. de minor. ad sibi, imputari debet domino, qui talis commisit negotia sua. Nec obstat arg. quo contrarium tentabant Bart. & alij, cui facillime satisfaciunt prædicti tenētes hanc receptam sententiam, & Ale: in l. si superstite, C. de dolo: facit pro com- muni tex. in l. Papinianus, 2. ff. de publici, ibi, à procuratore distracta, emptorem tue- bitur prator.

16 Saluator tamen aliqualiter opinio cōtraria, vt facilius succurratur contrahenti per procuratorem: quia sciens verum rei precium non iuuatur remedio huius l. secundum communem opin. vt deduci sup. 2. cap. 1. par. Minusque iuuatur, qui donavit residuum, attamen scientia vel donatio procuratoris constituti ad vendendum, vel locandum aut permutandum, non auferret remedium huius l. vt colligitur ex Bal. hic, n. 18. & tradit Burg. in d. c. cum cau- sa, n. 58. Cremen. hic, nu. 9. post Fabian. & alios, quos citat. Facit l.

filiu fa. ff. de don. l. creditor, §. Luciu. ff. mād. l. contra iuris, §. filiu, ff. de pac. Ex prædi- catis etiam cauebis ab errore Alb. hic, ad fin. scribentis, quod si procurator vendit pro minori, quam dimidia parte iusti precij, non transferetur dominium in emptorem: quod est contra iuris regu- las, & contra communem opinionem, vt sup. Solum enim succurrerit tunc ex remedio huius l. quod præsupponit do- minium esse translatum, arg. l. si quidem: C. de prad. mino. & l. dolus, inf. eod.

Ex eisdem inferatur ad q. an valeat tunc 17 venditio facta per substitutum à procuratore, cui mandatum fuerat vt venderet? In qua q. Bar. in l. in vsucap. §. 1. ad fin. ff. de diuers. & temp. præsc. resoluere videtur, vt re- gulariter constitutus ad vendēdam rem aliquam non possit substituere: nec va- leat venditio per alium facta, pertex. ibi: nisi in mandato explicitur precium & forma venditionis: quia tunc nihil fere cōmittitur arbitrio procuratoris, ideo- que poterit is per alium vendere Quā resolutionem, vt receptā ex bar. Bal. & aliis tradit iaf. in l. 1. ad finem, ff. de offic. procur. Cæsar. Alex. & Iason in l. quod quis. C. de procurat. Paul. Castr. in l. si stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. Sed hęc resolu- tio posset controverti, vt per Alex. vbi suu. quod omitto: ex eatamen vtiliter declarabis text. in cap. 1. in fin. de procur. in 6.

In eodem articulo de læsione in ven- 18 ditione, vel alia conuentione inita per procuratorem, vtilis inspectio cōgruit, quando procurator laedit dominū sciētem: vel eo etiam sciente, mandati for- mā excedit: in quo omissis multis re- ceptior tutiorque videtur resolutio, vt mandans qui scit & patitur procur. ex- cedere, non habeat recursum. Secundū gl. notab. in c. cum olim. 1. in verbo proti- nu. de offic. de le. & ibi Panor. & Felin. & Alex. conf. 84. Fel. in c. n. 12. vt lite non cōt. Iaf. in l. si quis iniquum, §. si procurat. n. 5. dff. quod quisque iur. Decius conf. 672. n. 2. & ita acci-

d. Quem tex. ita accipiendum cum multis af- ferit Alex. in l. s̄epe, n. 87. col. 4. ad fin. ff. de re iud.

pi potest tex. in c. fin. de iure in 6. quod locum habet in prædictis terminis præ- cedente mandato, cuius limites pro- curator excedit: tunc enim scientia & pa- tientia domini extendit mandatum: que-

non nocet, nec sufficeret ad illud inducendum, ubi nullum præcederet: ut magis communiter, veriusque receptū est contra Innocent. in ca. ex parte decani, de rescrip. secundum Fel. & alios ubi sup. Ale. in l. s. a. num. 87. ff. re iud. ubi tamen multipliciter Inno. saluat. e Quod etiam colligitur ex copiose relatis

e Et complures Innoc. sequentes refert, ut si illorum numerum & hic relatorum attenderis, non facile utra receptio sit sententia, affirmari possit, sed tamen tutor, certior ac probabilius, contraria est opinio, quamvis Innoc. dogma multa aequitate nitatur, cur enim tacuisti, & tuo patienti silentio in foream me cōteciſt? itaque articulus admodum lubricus est & anceps: & rationibus ac pari doctorum num. conflictatur, verum ut dixi, placet Pineli opinio ut tutor, & inspecto iuris rigore certior.

à Tiraq. de retract. lig. §. 9. in fine, n. 12. & seq. ubi ipse non satis explicat. Ex qua differentia inducendi mandati, quod nō extabat, vel extendendi, quod prædebat, comperies lapsum fuisse insigne Paul. Cast. in l. penult. C. in qui. caus. in integ. rest. non est neces. Paul. in l. in causa. §. 1. ff. de procul. idem Paul. in l. 1. §. 1. ff. de exercit. labitur etiam Ias. in l. 1. §. si procurator, n. 3. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Labitur etiam lafredus Balbus decis. 276. & Ioan. Lup. in rep. rub. de don. int. vir. & ux. §. 68. n. 24. Cauendūtē magis est à Matt. Afflīct. decis. 308. & ab Alex. conf. 157. n. 12. lib. 2. Nec minus cauendum est à Boer. dec. 281. n. 11. qui omnes incaute citat Innoc. in d. c. ex parte, quasi eius opinio vera & recepta esset: vt etiam in eodem labitur doctus Riminal. in §. 1. nu. 112. Inst. quib. alien. lic. & Afflīct. lib. 3. feud. tit. §. de prohi. feud. alien. per Frederi. §. præterea, n. 30. fol. 157. col. 1.

19 Quod hic memorare volui, quia plures decipi possent ex nu. & autoritate tot insigniū Dd. incaute tradētū, quod scientia & patientia haberet vim inducendi mandatum de nouo: cum vix sufficiat ad illud iam datum ampliandum, ex reg. l. diligenter, ff. mand. secundum quam non caret difficultate opinio glo. d. cap. cum olim, de mandato extendendo ob scientiam domini: obiici enim potest generalitas d. l. diligenter, & doctrinal. C. in l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. ubi nec scientia & patientia nocet, nisi aliquis actus in facto

consistens accedit: quem tex. extollit saepe Bal. vt refert. Ias. in l. si quando, §. si. col. 2. C. de inofic. testam. & in l. cum alie- nam, num. 5. C. de legat. Prædictam vero resolutionem magis commēdabis, quia circa eam immemor supradictorum, & eorum, quos citauimus, fuisse videtur doctissimus Mol. in conf. Paris. §. 14 n. 18. Char. 189. Nec prædictis obstat tex. ( qui saepissime male citatur ) in l. qui patitur, 18. ff. manda. loquitur enim IC. ibi, de ta- cente ad sui utilitatem, vt gl considerat: loquitur etiam de accipiente mutuum, & sic defacente aliud realiter ultra sciētiā & patientiam. Quod confirmatur ex traditis à Bar. Alex. Ias. in l. que dicitur, ff. sol. mat. Fel. in c. nonne, ae præsump. & ex supr. dictis intellige quod notat in simili Bar. in l. fi. ff. quod cum eo.

Tractarū aliqui, an remedium huius l. locū habeat in constitutione pignoris, vel datione 20 vnius pignoris pro alio? & Are. in d. l. / quis cū aliter, col. 6. n. sentire videtur etiā eo ea- su procedere remedium huius l. Sed cō- trariū tradit Roma. fin. 552. & tenuit alias relatus ab Aret. & cum Rom. est Neguz. de pig. 5. par. 1. memb. nu. 42. & Rebuff. in d. 2. tom. ad consit. gallic. tit. de rescis. contr. num. 49. pag. 188. in quo dubitat Creme. hic num. 114. in 16. limitat. & non citat Roman. ita tradit Mantua. d. lib. locor. ap. 6. quod in pignore generaliter sentit. Corn. conf. 288. num. 2. lib. 3. ex quib. opini- o negatiua in hoc videtur recepta. Pro qua Roma. citat tex. in l. si rem alienam, §. omnis, in fin. ff. de pig. aet. ibi, si ut ipse voluit, sibi cauit, licet in hoc deceptus sit. Ex- pendit Rom. generalia verba d. §. dum habent, creditorem tunc non audiendū, licet deceptus sit. Are. autem replicabat ea verba generalia restringenda videri ex hac l. sicut alia iura limitantur ratio- ne læsionis ultra dimidiam. Sed pro Ro- man. respondeti potest, verba huius l. eiusque mentem non congruere con- stitutioni pignoris vel dationi vnius pignoris pro alio: quia in facultate creditoris est omissa, quæst. pignori- ris agere de principali debito, iux- ta leg. creditor, 28. Digestis si cert. pet. Potest etiam creditor aliis modis sibi consulere, ad securitatem debiti, etiam si adhuc de præsenti illud petere nequeat, iuxta text. & Dd. in l. in om- nibus, 41. ff. de iudic. Matth. de Afflīct. decisione 108. Alexan. num. 14. Ias. nu.

16. Ripa nu.34.in l.2.ff.solu.matrim. Ioan.  
Lup.rep.ca.per vestras, §.31.
- 21 Sed ex d. §.omnis, ultra scriben.colligo,  
nunquam compelli creditorem ad ac-  
cipiendum vnum pignus pro alio: sem-  
per enim IC. ibi præmittit id non fieri,  
nisi volente creditore. Aduertendum  
que est, quod generalia verba tex. satis  
comprehendunt casum, in quo æquiu-  
lens pignus daretur: adhuc tamen id  
committitur voluntati creditoris, vt  
nec tunc compellatur aliud pignus ac-  
cipere: & sic erit notab. tex. pro Ias. in l.  
2. § mutui datio, col.4. versi.12: fallit. ff. si cert.  
pet post Roma. ibi, contra Ang. ibi, con-  
tra Cremen. notab. 45. contra Dec. &  
Cagnol. in l. plus cautionis. ff. de reg. iur.  
contra Neguzan. de pigno.3.par.1. memb.  
num. 21. Contra quos etiam vrget fun-  
damentum de fideiussore dato, quem  
creditor liberare non compellitur, licet  
alius sibi offeratur æque idoneus, vt  
num.seq. probabimus: & ita de fideiusso-  
re ad pignus erit vrgens arg. quo vtitur  
IC. in l. qui autem, §.1. ff. de conf. pecu. Nec  
contra hanc opinionem recte ab Ang.  
& alijs adducitur glo. in l. si Titio. ff. de pi-  
gnor. quæ secundum terminos tex. ibi,  
loquitur de creditore agente contra  
hæredem debitoris, non de debitore  
agente contra creditorem. & sic nullo  
modo sentit posse debitorem cōpellere  
creditem, vt demissio certo pignore,  
aliud accipiat: & ita suadet reg. l. id quod  
nostrum. ff. de reg. iur. l. sicut ab initio, C. de  
act. & oblig.
- 22 Quæ opinio in pignore, vt dixi, iuuat-  
tur maxime ex alia conclusione circa  
fideiussorem: receptum enim est, quod  
creditor non cogitur liberare fideiusso-  
rem datum, etiamsi aliis æque idoneus  
offeratur: & ad hoc notatur tex. in l. si  
mandato meo, 45. §. 1. versi. item si dum. ff.  
mandat. qui dubitatione careret, nisi in-  
telligatur in his terminis, cū aliis æque  
idoneus offertur. Ad quod commenda-  
tur is tex. vt per Alex. in l.2.n.8. & ibi Ias.  
nu.3. ff. solu. matr. Ias. in l. fin. nu.43. C. de in-  
re emph. Ias. in l. si domus, §. si fundus, nu.31.  
ff. de leg. 1. f. Quod etiam intelligunt, licet  
offeratur aliis  
f Idem Ias. in l. debitorum, nu.5. C. de pact.  
magis idoneus, secundum Ias. & Alcia.  
in l. debitorum. C. de pact. Matth. Afflict.  
lib.3. const. rub. 15. n.5. Quæ opinio recepta  
est in fideiussore semel dato & accepto

à creditore: quod non aduertit Decius  
in l. plus cautionis, num.3. ff. de reg. iuri. im-  
memor eiusdem communis opinionis,  
quam ipse Decius impugnat, in l. si pater.  
C. de collatio.

In fideiussore autem non accepto, sed 23  
tantum promisso receptum est sufficere  
alium æque idoneum dare, secundum  
Bal. Paul. Alex. in d. l. si pater. Ias. consil. 4. 1.  
nu.2. lib. 3. g Hip. de fideiussore. num. 213. qui  
omnes mouentur ex tex. in d. l.  
g Et Ant. Gom. de contract. c. 3. nu. 2. in fin.  
qui autem, §. 1. de consti. pecu. ibi, aliam per-  
sonam non minus idoneam. Sed tex. ille non  
videtur recte adduci: loquitur enim di-  
stinguendo, an fideiussor promissus no-  
lit, an decedat: priori casu respōdet sim-  
pliciter debitorem teneri: in secundo  
distinguit an aliis æque idoneus de-  
tut: quasi in prioti casu, cum fideiussor  
promissus viuit, non compellatur credi-  
tor alium æque idoneum accipere. Et  
ita esset ibi fortissimum argumentum ad  
ampliationem præcedentis conclusio-  
nis, vt etiam procedat in fideiussore pro-  
missio. Manet igitur ex communi opi-  
nione distinguendum esse inter fideiusso-  
rem acceptum & fideiussore promis-  
sum: vt creditor priorem non teneatur  
dimittere, dato alio æque idoneo: secū-  
dum sic, & in secundo scilicet promisso,  
non tantum loquitur communis opinio  
mortuo tali fideiussore, sed etiā eo vi-  
uente, quod non aduertit Cagn. in dict.  
l. plus cautionis, nu.7. ad si ff. de reg. iur. Nec  
etiam eiusdem differentiae meminit Ias.  
in d. l. secunda, §. mutui datio, col. 4. vers. 11.  
ff. si cert. petat. ibi, vel promissi: & ibi Ripa.  
num. 12. vnde etiam cauebis à Decio, in l.  
diem functio, nu. 22. ff. de offic. asses.

Nec obstant in fideiussore accepto, 24  
quæ contra communem opin. adducit  
Dec. in d. l. si pater, prout text. in l. illud,  
versic. vlt. ff. quod met. cau. sed tu aduerte,  
quod in eo tex. fauetur, succurriturque  
creditori, non debitori, vt constat ex  
litera, & ideo causa restituitur in pristi-  
num statum. Nec obstat is tex. cum  
eo casu fideiussores iam liberati erant  
absque culpa sua, vt sentiunt Bald. &  
Ang. ibi. Minus obstat tex. in l. Labeo. §.  
fin. ff. de arbit. quia loquitur de compro-  
misso finito, & fideiussore iam liberato,  
vnde satis erat in renouatione idoneū  
fideiuss. præstare, quod est longe diuer-  
sum à nostris terminis.

25 Non tamen o m i t t o circa p r æ c e d é t e s articulos, si æ quitas h u i s p r i n c i p a l i t e r a t t é di de b e r e t , po s s e iudicari, contra h u i s Null o m o d o mihi probatur hec no st r i Pine li æ quitas, nec arg. alicutus ponderis videtur, quippe quia quanam tandem æ quitas e s t , vt cum de pignore inter nos conuenium sit, & tibi liceat nomine dissoluto tuum pignus liberare, conuentionem velis infringere, saltem immutare, quamvis autem ratione ipsius pignoris mea non intersit, hoc aut illud habere, cum eiusdem indicationis utrumque sit, tam en ratione tui usus ac necessitat is maxime interest, quia idcirco ad faciliorem & celerior em debiti solutionem induceris, atque adeo adigeris. Quamobrem non maligne recusare, sed prudenter meo nomini prospicere videri debeo, & arg. de via prorsus propellitur & refutatur, quoniam in eius questione nulla similitus ostenditur utilitas, itaque contra sentientibus nomen dedo.

opinionem eorum, qui afferunt, c r é d i t o r e m n o n c o m p e l l i a c c i p e r e æ que idoneum pignus, cum in ea specie nulla vtilitas, nullaque ratio videatur ex parte creditoris, cui maligne tantum recusanti mos geré d u s nō videtur, ex IC. in l. in fundo. ff. de recipend. Nec in pignore militat ratio affectionis, quo ad creditorem, vt alias de numis inquit IC. in l. in numeris, de in lit. iur. quod iuuaretur, ex l. 2. §. penult. de religiosis & sumpt. fund. vbi pro via semel data satis est aliam æ que idoneam p r æ st a r e . Receptiusque eft eum textum generaliter procedere, non tantum ob fauorem religionis (vt aliqui putant) generaliter enim intelligit glo. in l. si cui ff. de seruitu. in vlt. scholio: & ita Bar. & Paul. ibi extollentes gloss. licet Ang. & Flori. ibidem contra sentiant: & ita generaliter tenuit Roma. licet Ias. contra sentiat in l. 2. §. mutui datio, col. 4. versi. 10. ff. si cert. pet. & ita generaliter intelligit idem Ias. in l. 1. §. fin. num. 8. ad fin. ff. de nou. oper. nunc. Ias. in l. 2. num. 45 ff. solu. matr. Ias. in l. si ex toto, §. fin. num. 26 ff. de lega. 1. Cepol. de serui. rusti. cap. 1. num. 7. Zasius, libr. 1. respon. cap. 10. Soc. dicens hanc communem op. consil. 141. num. 4. li. 1. Vnde cauebis à Nouel. de dote, 8. par. priuile. 27. & à Couar. li. 3. resolu. ca. 14. nu. 8. versi. item communis: dum securi putant d. §. specialiter procedere fauore religionis. In fideiuersore autem iam accepto diuersa ratio excusaret creditorem, cum possit magis confidere de vna persona, quam de alia: etiamsi vtra-

que æ qualis videatur, arg. l. scire oportet, §. fin. ff. de tut. & cura. dat. & l. si quis stipulatus, 112. §. fin. ff. de verb. oblig. Quæ vt vtilia & non vulgaria hic obiter adducta, doctis & candidis non displicebunt.

Magis ad materiam huius l. tractat 26 gloss. hic, quod actionis genus detur laſa. refertque antiquos variasse. Aliqui enim intelligebant hoc casu competere iudicis officium seu restitutionem: alij actionem ex eo contractu in venditione & alijs conuentionibus bonæ fidei. Differentia autem non leuis eſſet ex multis tradiſis à Cagnol. hic, num. 44. Recepta autem eſt opinio gloss. vt detur actio, quæ duret 30. annis: Bart. & reliqui hic, & communiter Dd. vt afferit Fulg. in l. in contr. c. lib. 2. C. ex quibus eau. maior. gloss. & Dd. in d. ca. cum causa, de emptio. & vend. bal. de presrip. 4. par. q. 26. latius Cagnol. hic. Sed apud Lusitanos restrictum eſt tempus huius actionis ad quindecim annos: ex Ordin. li. 4. tit. 30. §. 5. Apud Gallos vero magis restrictum eſt ad decennium, ex constitutione Ludouici, xii. vt refert Molin. in consuetud. Paris. §. 13. §. 5. num. 57. Apud Hispanos etiam magis restrictum ad quadriennium, ex l. Ordin. vt refert Ant. Come: in d. lib. de contract. cap. 2. num. 22 ad fin. & fortasse prudenter restrictum fuit tempus huius actionis, cuius vis coſtituit in precio & valore rerum. Id autem tempore mutatur, vt docet ex perientia: & IC. in vulgari l. precia rerum. ff. ad l. s. lcid. Nec videtur suspicio ne fraudis carere, qui post longum tempus se laſum queritur. In praxi etiam ſæpe depreheditur in his & alijs falsa probatio. ex quibus consultius videtur restringere tempus huius actionis. Ego vero tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti iuris supra 3. c. i. part. probavi opinionem quorundam antiquorum, & Angel. in l. si id, quod aurum, ff. de verb. oblig. vt ex hac laſione detur condicō ex lege, licet bal. & alij, & cum ijs Cagn. hic, num. 40. ineptissime id improbent.

Videtur etiam vtiliter dicendum vtra scrib. quod limitatio temporis in hac actione, locū habeat tantum in contractibus, qui ex conuentione consummātur: diuersum autem ſit in emphiteufi & locatione, ad longum tempus: quia tunc laſio habet causam ſuccesiuam que ſingulis annis temporibusque ſoluendi refricatur: & ideo eius tempus non debet præscri-

præscriptum censeri, arg. tex. notab. in l. cum notissimi, §. in ys, C. de præscri. 30. vel 40. anno, cum traditis ab Ias. in l. prætor ait, §. si aliquando, n. 9. ff. de nou. oper. nanc. Conducunt etiam, quæ Dd. tradunt de extendendo tempore ad appellandum, vbi datur grauamen successuum: qua etiam de causa admittunt appellationem ab interlocutoria, vt per Bal. in l. 2. C. de Epis. aud. Felin in cap. accedens, 2. nu. 15. vt lute non cont. Ias. in l. ita demum, num. 5. C. de procurat. Felin. in cap. quo ad consultationem num. 22. de re ind.

28 Nec omittendum est, quod in proposito scribunt graues authores, censeri malæ fidei possessorem, emptorem vel venditorem, qui scit posse contra eum iuste agi ex remedio huius l. & consequenter non posse usucapere vel præscribere: iuxta cap. fin. de præscrip. vt tradit Cagnol. hic nu. 42. cum Alexand. quem refert in quodam consil. libr. 3. quod compieries in consil. 54. col. 3. num. 10. libr. 6. qui ad hoc citat Imol. (id probantem in eo, qui scit, posse peti restit. in integrum) in cap. apostolicae, col. 3. num. 10. de donatio. per tex. (quem commendat) in l. in causa, 1. §. fin. ff. de minor. Secundum quam resolutionem dicendum erit, etiam post triginta & quadraginta annos dari remedium huius l. aduersus contrahentem, qui sciebat alterum laedi ultra dimidiā. Ego vero credo, quod in praxi non admittetur hæc opinio: obstat enim fortissime l. sicut: & l. omne, C. de præscrip. trig. vel quadrag. anno. Nec scientia laesione inducit veram malam fidem: vt constat ex hac l. & reg. l. in causa, 2. §. idem Pompo. ff. de minor. nam & de iure ciuili mala fides irritaret titulum, tolleretq; effectum usucapiendi, l. nunquam, 31. ff. de usucap. in hac autem materia non obstante laesione, titulus validus est: vt in c. cum dilecti, de en. pt. & vend. & ideo præscriptio longissima 30. annor. etiam iure canonico procedere videtur, ex traditis à Paul. & Bal. in l. Celsus, ff. de usucap. à Rubeo. cons. 75. Couarru. in cap. possessor. 2. part. §. 7. de reg. iur. in 6. Qua in re pro hac parte ad quietem Reipu. conducunt nimis verba tex. in Authent. hæc consti. in nou. §. 1. col. 8. cum ijs, quæ trado in Auth. nisi tricennale, num. II. & numer. 39. de bon. mater.

29 Ex supr. dictis satis colligitur actionem, quæ laeso datur, personalem esse:

ideoque tunc non definit transferri dominum in emptorem. Ex parte autem vendoris subdit gl. hic, actionem hanc ei dari aduersus emptorem, etiamsi rem ipsam alienauerit: & ita Bar. nu. 13. Bald. Sali. Paul. nu. 16. & est receptissima sententia: vt per Cremen. hic n. 186. Cagnol. nu. 113 Idemque apud Lusitanos declarat d. Ord. li. 4. tit. 30. §. 6. Sed de iure non insubtiliter id impugnare vel limitare nititur solus Fulg. hic, n. 7. ad fi. i Cuius opini H. ec Ful. opinio omnino inanis est, si attendas huic emptori idem remedium aduersus tertium competere. Secus si contra illum nullum legi auxilium haberet, ad quæ faciunt tradita, num. 8.

nio in scholis fortasse tutior videbitur: dum contendit actionem tunc non dari aduersus primum emptorem, nisi alienus venditor laesum posse eum conuenire: vel nisi ad aliquid precium, quod emptor ex sua alienatione accepit, ultra id quod ipse dedit primo venditori: quod si bona fide emerit, & bona fide distraxerit, nec lucratus fuerit ex distractione rei, non videretur æquum contra eum actionem dari: atque ita Fulgos. opinio colorem habet. Sed gloss. opinio eademque communis, maiori fundamento amplectenda est, si enim venditori ultradimidiā laeso negaretur actio, cum emptor rem ipsam alienauerit, nunquam fere locus esset remedio huius l. eiusque decisio facilime eluderetur ad libitum emptoris, qui statim alienaret, fingens non plus accipere quam ipse dederit: vel finget se donare, vt precij quæstio cesset. Item fraudaretur facultas illa agendi intra triginta annos, quæ venditori competit, secundum iuris regulas & receptas sententias: & ideo quoad residuum & supplementum iusti precij, non videtur redendum à recepta sententia glo. Si autem emptor laesus esset, ipseque rem alienaret, non videtur actionem habere aduersus venditorem, cum facto suo deficerit rem habere, & venditori electio nem adimere: ex mentescriben. & expressim tradit Ant. Gom. in lib. de contra. cap. 2. fol. II. col. 3. & 4. vbi communis asserit.

Sentit etiam gloss. quod si emptor rem alienauerit, non dabitur primo venditori actio in singularem successorē seu tertium possessorē. Quæ opinio recepta est, ex Bar.

ex Bar. d. num. 13. Bal. num. 16. Salic. qu. 12. Pau. nu. 16. Cremen. num. 188 Cagnol. nu. 114. Alex. cons. l. 92. num. 8. lib. 1. plenius Co- uarr. libr. 2. resolu. cap. 3. num. 10. probatur vero ex iuris regula, quæ habet, *actionem personalem non transire in tertios, etiam rei possessores*, l. fi. §. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres: & ibi Ias. ad hanc materiam notat, num. 7. ff. ad Trebell' a. probat magis in terminis textus in l. dolus, infra. hoc tit. Subdit Bal. d. n. 16. vers. mibi autem (quem plures varie accipiunt) posse tamen aliquando primo venditori læso actionem dari aduersus tertium illum, in quem emptor alienauerit: id autem concedendum putat, cum ille tertius titulo lucrativo rem ab emptore habuerit: vel eodem viliori precio minori dimidia parte iusti: in quibus terminis, non ad id requiritur, quod primus emptor non sit soluendo. Hunc enim casum separatim tradit generaliter, ut tunc in subsidium detur semper actio venditori læso, contra tertium possessorem: etiam qui bona fide, & iusto precio rem habuerit à primo emptore. Quod i. a voluisse Bal. colligitur etiam ex æquiparatione, quam facit de restitutione minorum ad remedium huius l. adducens tex. in l. in cause, l. 1. §. fin. ff. de minor. & ita sensisse Bal. agnoscat, qui eum attente leget. Nec solum Bal. sed alios Dd. ita sensisse tradit Fulgo. hic num. 8. & ita cum bene citat Fabia. in d. tract. 8. n. 23. versi. 7. l. & Tiraq. in l. si unquam, verbo, reuertatur, nu. 271. l. Citat & probat Cost. confundendo nec distinctionem faciendo in §. & quid si tantum, 2. par. pag. 50. nu. 64. l. gallus. ff. de lib. & posthum.

& Aymo. cons. 7. ad fin. n. 15. Vnde quoad explicationem Bald. verius locuti videntur prædicti (licet in re ipsa lapsi fuerint) quam D Couar. vbi supra, rei veritatem melius assequens. Labuntur tamen Tiraqu & aliqui putantes idem dixisse Salic. qui diuersum à Bal. scribit, vt statim explicabimus.

<sup>31</sup> Vides igitur, quæ fuerit Bal. & prædictorum opinio in actione danda primo venditori læso aduersus eum, in quem emptor alienauerit: volebant enim Bal. & sequaces in subsidium, seu quādo primus emptor soluendo nō est, actionem dari venditori aduersus secundum emptorem vel successorem: etiam ex titulo oneroso & iusto. Sed verius afferit Salic.

d. qu. 12. nu. 18. nullum remedium tunc dāri venditori aduersus tertium illum, iusto precio, & bona fide, rem consecutū, etiamsi primus emptor soluendo non fuerit: tunc autem ei dari actionem eo respectu, quod primus emptor soluendo non sit, quando successor habuit rem titulo lucrativo, vel pro eodem viliori precio minori dimidia, & ita Cremen. d. num. 188. Cagno. num. 144. versi. nisi, dicens ita copulatiue intelligere Dd. & ita clare sentit Hispan. Xuar. all. gat. 21. ad fi. idque receptius & verius afferit Couar. vbi supra, quicquid inuoluat Alberi. hic, num. 10. & generalius in fauorem tertij possessoris particularis resoluit Fulgo. hic, d. nu. 8. quem alij nō referunt. Quam opinionem contra Bal. & sequaces amplectendam arbitror, nec aliter in praxi iudicabitur, cum ita suadeat æquitas, & iuris regu. d. l. fin. §. fin. de contrah. empt. & l. dolus infra. eod.

Nec aliquid facit consideratio Bald. & aliorum de titulo lucrativo: id enim secundum iuris rigorem nullo modo respicit personam venditoris, quo ad tertium possessorem: nec etiam secundum æquitatem, nisi quando primus emptor soluendo non est. In quibus terminis simul ijs duobus concurrentibus, quod successor habuerit rem titulo lucrativo, & emptor soluendo non sit, communis opinio succurrat venditori læso, aduersus tertium rei possessorem, quod comprobatur ex Albe. in l. 1. C. si vendit. pig. aga. referente in simili Iacob. de Aren. & ita exactissime explicitur, quæ scriben. in hoc tradiderunt.

Ego vero (si præcedens articulus stri- 32  
cto iure vel magis ad solam iuris veritatem iudicabitur) putarem verius fortasse dicendum, contra scriben. vedorum læso nullatenus succurrendum, nisi contra emptorem, non contra tertium possessorem, etiam ex titulo lucrativo: nec si emptor soluendo non sit. In quo cur que enim casu (cum mala fides cessat) semper viget regula illa, ne actio personalis in tertium detur, quæ ob eas causas limitata non reperitur, quicquid Dd. licentiose comminiscantur, quod suadetur ex doctrina totius tit. ff. quæ in fraud. cred. cum notatis in §. item si quis in fraudem. Institut. de actio. Sed magis suadetur grandi fundamento, quia ex communi opinione sequitur absurdum, ne vlla differen-  
tia

tia esset in proposito inter obligacionem cum hypotheca & obligationem sine illa, quod ostenditur, nam Dd. dicunt venditori tunc in subsidium actionem dari contra tertium possessorem, non existente hypotheca, sed sola actione personali: nemo aut dubitat etiam praecedente hypotheca, non plus dari, cum tertius possessor coeniri nequeat, nisi in subsidium, post excussum debitorem principalem, iuxta *Anth. hoesi debitor, C. de pignor.* & sic patet (quod dixi) ex communi opin. equari obligationem personalem nudam, reali & hypothecariæ, quo agendum aduersus tertium possessorem: quod omnino juris regulis repugnat. Facit optimus tex. (distinguens eas obligationes satis ad propositum) *in l. debitor, 15. C. de pign.* Pro hac parte vrgit fortissime tex. *in l. aris alieni, 15. C. de dona.* vbi euidenter probatur, quod deficiente hypotheca, donatarius, cui debitor alterius res suas donauit, non tenetur vlo modo satisfacere creditoribus donantis: & sic loquitur tex. indistincte, etiamsi debitor soluendo nō sit, & in successore ex titulo lucrativo, quod directo confundere videtur communem opinionem, quā hic impugnamus, & per tex. *in d. l. aris alieni.* consiluit Alex. *consil. 7. num. 3. lib. 6. tradit Boer. decis. 204. num. 47.* maxime quod d.l. non limitatur à Dd. nisi in donatario omniū bonorum, non certæ rei, (prout eo, de quo agimus) vt colligitur ex decisione Capel. Tholos. *qu. 386.* ex Dec. *consil. 237. num. 6. vers. 6.* cum traditis ab Augusti. Berto. *in c. in præsentia, num. 91. de proba.* Tandem haec nostra opinio nimis iuuatur *ex l. 1 & l. 3. C. si vend. pig. aga.* vbi nec in subsidium datur actio aduersus tertium, nisi participauerit de fraude alienantis, quo casu etiam restitui iubetur eidem preciū quod dedit: pondero enim ibi fraudem ementis, quæ non minus ei nocere debet, quam alij causâ lucrativa. Ex quibus haec opinio doctis fortasse magis videbitur iuris rationibus congruere.

33 Prædictis non obstat tex. (quem Bal. & alij citant) *in d. l. in cause, 14. §. fin. ff. de minor.* quem dicit notab. Fabian. *in d. tract. q. 8. nu. 23.* Alex. *consil. 67. num. 7. lib. 5.* Hispan. Xuar. *alleg. 21. ad fs.* & Ant. Gom. *d. lib. de contract. cap. 14. nu. 6. fol. 102.* & ante eos Ioan. Imol. *in cap. apostolica, n. 10. de donatio.* in eo enim §. tradit IC, minorem

læsum directe agere posse contrâ tertium possessorum scienter ementem ab eo, cum quo minor ipse prius contraxerat. Si autem tertius ille ignoranter emit ab eo, qui à minore rem habuit, tunc non datur actio minori contra tertium, nisi in subsidium, quando scilicet primus soluendo non est. Iuxta quam decisionem, tex. ille nihil facit pro opinione Bal. vel aliorum, quam *supradamnaimus:* non enim distinguit inter titulum lucratium vel onerosum illius tertij, sed tantum an scienter vel ignoranter rem habeat: vt si scienter, non distinguatur, an primus soluendo sit: si ignoranter, tunc id attendatur. Ideoque etiā retentis ijs, quæ Dd. in proposito tradunt, non recte trahitur textus ille ad terminos nostræ l. Deinde iam ex d. §. iuncta recepta traditione Ld. in materia huius l. satis colligitur, remedium huius l. longe differre ab auxilio ætatis seu restitutione minorum, contra Bal. hic, d. n. 16. maxime quoad agendum aduersus tertium possessorum: cum hic mere personalis actio tantum detur: ibi vero auxilium in rem scriptum, vt melius aduertit Cou. vbi *sup.* & prius Fulg. hic, num. 9. putat Dd. communiter contradicere, in quo fallitur: scriptis enim cum iudicio consideratis, idem colligitur ab alijs, præter Bal. & paucos, vt constat ex *supra deductis.*

Aduertendum autem & summe 34 commentandum est ad tex. *in d. §. fin. l. in cause, & supra deducta,* qualiter apud IC. in eo §. accipi debeat illud, *scienter vel ignoranter,* quod ibi maxime distinguitur & consideratur in emente à primo emptore, seu ab eo, qui à minore rem ipsam habuit: plures enim ex *supra* citatis, & aperte Alexan. *d. consil. 67. num. 7. li. 5.* & Rebuff. *in 2. tom. ad constit. gallic.* *in præfat. tit. de in integ. restit. nu. 31. pag. 115.* tradunt in dill. §. accipi scientiam pro sola notitia, quod res illa habita fuerat à minore, quod mihi falsum videtur, postquam quotidie bonæ fidei possessores inquietare. Nam secundum eam interpretationem semper minor agere directe posset contra tertium, qui emit ab eo, cum quo minor ipse contraxit: etiamsi primus esset soluendo, quod rerum experientia constat, quia scilicet primus alienando præbere solet titulum quo rē possidet, & declarare unde eam habuit. Vnde

Vnde non est credendum, quod IC. ob talem notitiā tantum, tam acriter onerandum censeat secundum emptorem, vel similem successorem: qui magis credere potuit, rem à minore solemniter, & sine alicuius fraude distractam fuisse: iuxta præsumptionem l. pen. cum gloss. C. de eu. etio. Nec continuo in minore præsumenda erat læsio vel fraus in eum cōmissa, iuxta tex. in l. nam postea, §. si minor. ff. de iure iur. ibi, nec enim utique quod minor est statim circumscriptum se docuit. Intelligo igitur apud IC. in d. §. onerari secundum emptorem, non ex simplici scientia, quod res à minori prouenerat, sed quia negotij qualitatem cognitam habuit is successor, sciens vel scire debens minorē in integrum restituendum fore: quod ratione suadetur: cum IC. scientiam expendat ad culpandum secundum emptorem: quod in simili probat tex. in l. si quis cum sciret. ff. de usuca. pro empt. & ita recte colligitur ex verbis d. §. ibi si emptor sequens sit rem ita gestam: quæ verba negotij qualitatem circa læsionem minoris respiciunt, non solam personæ notitiam, vt bene sentire videtur Imo. in d. cap. apostolica, num. 10. de donatio. & ita sanius intelliges Bal. in d. §. fin. nu. 1. dum prius inquit, quia sciebat rem fuisse minoris, postea vero melius subdit, quam sit posse auocari. quæ omnia cum possint quotidie contingere, ita explicite tradenda fuerunt.

35 Si in aliquibus vero teneri deberet, quod Bald. & alij (de quibus supra) dixerunt, vt vendor læsus possit aliquando agere aduersus tertium habentem causam à primo emptore, id quidē æquius procederet, quando tertius ille sciuīt venditorem læsum fuisse, potuisseque agere remedio huius l. concurrente simul alia ratione, quod primus non sit soluendo. Maxime si tertius possessor rem habuerit ex causa lucrativa: quibus concurrentibus posset colorate responderi fundamentis supra adductis, nu. 32. non esse nouum in iure, vt in subsidium, & ex causa detur actio aduersus tertium, in quem secundum iuris regulas non competit, vt in l. fin. ff. de eo. per quem fall. erit: in l. 3. versi. nihil, ibi nisi, ff. simens. fals. mod. & in casu quem notat gl. & Bar. in l. in test. ff. de cond. & dem. & in l. 1. C. de inst. & subst. vbi Paul. num. 5. & in multis curiose congestis à glo. in l. si apud, 13. ff.

de minor. & in alio notat Alcia. in l. traditionibus, num. 8. C. de pacē. & in alio notat mirabiliter Cuman. in Rub. ff. si quis aliquis test. prob. num. 1.

Consequenter tractat glo. quid respondendum, quando res penes emptorem perit. In quo Dd. nimis variant: gl. autem resoluti emptorem liberari, si res absque eius culpa perierit: & cum glo. est Bar. nu. 13. Bald. num. 14. Sal. qu. 14. Pau. num. 16. Fulg. num. 9. Azo. in summa. Odo. quem refert Alb. num. 11 & Ant. Burg. inca. cum dilecti, in fine, de empt. & vend. Fabia. d. q. nu. 23. in fin. Cagnol. hic. nu. 115. Gozadin. consl. 44. num. 11. Couar. lib. resolu. cap. 4. ad fin. Et hanc opinio. videtur magis sequi Tiraq. de retract. ligna, in fine num. 70. licet alios contra referat: & ita videtur sentire Cremen. hic. num. 196. & communem dicit Anton. Gom. d. lib. de contract. cap. 2. num. 22. fol. 11. col. 4. idem secure probant omnes illi, qui in materia huius l. tradūt, rem esse in obligatione, supplementum autem precij in facultate soluendi, quod receptissimū dicit Moli. in consue. Paris. §. 22. n. 24. char. 209. col. 4. in fin. Sed contrarium tenent non pauci resoluentes utrumque esse in obligatione, de quo inferius in 3. par. speciatim vero ad qu. glo. contradicit Panorm. in d. cap. cum dilecti, n. 10. quem recentiores principaliter citant, vt adhuc actio detur venditori læso re perēpta penes emptorē. Et prius ex Giliel. idem tanquam verius & iustius sequutus est Alber. hic. n. 11. & ita Rip. in l. quod te, nu. 11. ff. sicer. pet. referens solum Panor. & Cremen. not. 84. immemor gl. & Dd. hic. ita Mant. d. loc.

Mihi verior & receptior videtur opinio gloss. & bart. hic: & ita tutius ob eorum autoritatem iudicabitur apud Lusitanos ex Ordin. l. 2. tit. 5. tutius apud Hispan ex l. par. 6 tit. 5. part. 5.

Nec recedendum videtur ab ea opinio in his terminis re sine culpa emptoris apud eum perempta. Tunc enim cessat ratio æQUITATIS, qua hæc l. fundatur. Imo eadem æquitas videtur magis fauere emptori, qui precium quale quale dedit, & rem sine culpa amifit: in dubio autem magis fauendum est conuento, vt in simili inquit IC. in l. si seruum, m. 91. §. sequitur, ff. de verb. oblig. nec parum facit tunc

m. Facit tex. not. in l. si plures, 14. §. 1. in fin. ff. depos.

ad excludendum venditorem attēdere, quod eodem modo potuisset res apud cum perire: ut in simili notat glos. in l. si. §. 1 verbo dolo, ff. ad l. Rod. de tact. & Paul. Cas. & Afflict. decis. 150. num. 9. & regulariter casus absque culpa excusat, ut magistraliter tradit Bart. in l. si. ut certo, §. sed interdum, ff. commod. nec potest emptor in hac materia morosus censeri, quamdiu non conuenitur, ut sic contra eum non possit adduci reg. l. quod te, ff. si cert. pet.

38 Si autem res pereat penes tertium, in quem primus emptor alienauit, tunc resoluunt magis communiter scriben. posse agi contra primum emptorem ad precium quod accepit ex re vltra id, quod ipse dedit: ut si iusto precio alienauit, quod minori emit, teneatur supplere venditori: secundum Salic. & Cremen. & Cagnol. hic, ubi supra, Couart. dict. cap. 4. in fin. lib. 2. resol. & Fulg. hic n. 7. ad fin. & Alb. num. 11. in fine, quod si idem emptor non maiori precio vendiderit, & res pereat apud secundum emptorem, sentire videntur prædicti, nullam superesse actionem primo venditori, ac si res periret penes primum emptorem, quia tunc primus emptor non plus consequutus fuit, quam ipse dedit: nec actionem habet contra secundum, re apud cum perempta sine culpa. Nec in quæstio. glos. recedendum videtur à supra deducit pro gloss. & Bart. etiam si teneatur opinio Canonist. quod in proposito res & precium æqualiter sint in obligatio. ne: adhuc enim re perempta absque culpa liberari debet emptor, ut probant Fulg. & Paul. hic n. 15. Couarr. d. cap. 4. col. pen. Burg. in d. c. cum dilecti, ex nu. 60. quibus libenter accedo cōtra Beroum in d. c. num. 75.

39 Si autem emptor laesus fuerit vltra di. midiam, & res apud eum absque eius culpa perierit, putauit Anton. Gome. d. libr. de contract. cap. 2. fol. ii. col. 3. vers. si vero, nullum remedium tunc emptori competere aduersus venditorem, quia non potest illi rem restituere. Sed lapsus videtur doctus vir, contrariumque magis colligitur ex mente scriben. & aperte contrarium securè tradit Couarr. d. ca. 4. in fin. Tunc enim viget æquitas huius l. ne venditor plus iusto precio ab emptore habeat; satis-

que ei esse debet, iustum premium retinere pro re, quæ apud eum similiter periret. Non enim ius, quod habebat, amittere debet ex casu, in quo culpa caret, cū potius idem casus æquitaté inducat, ut emptori succurratur ex bursato maiori precio & re amissa, potiorq; tūc esse debet causa emptoris, cum de damage vitando agat, venditor autem de lucro captando, in eo, quod supra iustum premium retineret, iuxta doctrinam gl. in l. 4. §. si quis autem, verbo causa, ff. de dol. excep. quam extollit Ias. in §. item si quis in fraudem, col. 4. num 29. Inflit de att. & plenius tradit Tiraq. in l. si unquam, num 3. Sed apud Hispanos opinio Ant. Gom. ex l. part. tit. 5. in 5. par. leg. 56. versi. Esto de zimos, ubi Gregor. Lup. sublata ea lege in hanc sententiam magis inclinat. Cuius leg. prædicti Hispani immemores fuisse videntur.

Similis articulus est, si res minori 40 precio vendita ante traditionem pereat apud venditorem. In quo Panorm. in d. ca. cum dilecti, in fine, concludere videtur, venditorem adhuc agere posse ad supplementum iusti precij. Idque magis sustinere conatur Beroum ibi, num. 75. sed Panorm. id fatetur absurdum esse. Ideo que melius contradicere videtur Bapti. Cast. ad Cremen. notab. 84.

Æquitas enim repugnare videtur, magisque acrior opinio glo. & Bart. & receptior, dum excusant emptorem re apud eum perempta, quod multo magis dicendum est, cum penes venditorem erit. Tunc etiam pro emptore vrget reg. tex. in l. Julianus, §. offerri ff. de att. emp. Viget etiam ratio proxime adducta, quod venditor tunc agit de lucro captando, siattendas venditorem premium conuentum accepisse, emptorem vero rem non habuisse. Nec obstat vulgare axioma, quod res perit periculo emptoris, id enim tantum procedit, quo ad premium conuentum, nec quod aliud in proposito scriptum reperitur.

## SECVNDA PARS L. II.

C. derescind. vend.

## CAPVT II.

## S V M M A R I V M .

- I Agitur de notabili articulo, quando creditor ex pacto pignus vendit, an ex lesionē debitori competit remedium huius l. usque ad n. 3.
- 4 Agitur de intellectu l. 4. & 5. ff. de pignor. act. & probatur contra omnes valere pactum, ne creditor pignus vendere posset, usque ad n. 10.
- II Explicatur gl. & l. 4. C. si vend. pig. aga. & de lesionē per dolum incidentem in contractu usque ad n. 14.
- 15 Emendatur aliqua, quæ tradit Crem. in repet. huius l. & num. 16.
- 17 Explicatur decis. huius l. in rebus mobilibus.
- 18 Exactissime tractatur articulus de alienatione cum decreto, & de intellectu l. 1. C. de præd. Decur. usque ad nu. 24.
- 25 Tractatur eleganter similis articulus de alienatione rei in publica subhaftatione, usque ad n. 28.
- 29 Tractatur egregie q. an in publica subhaftatione liberetur primus licitator ex oblatione secundi: & de intellectu l. Sabinus, ff. de in diem addict. usque ad n. 31.
- 32 Explicatur articulus à Dd. non bene tractatus de venditione aliae conuētione inter medicum, & agrum: & de intellectu aliquarum ll. usque ad n. 33.
- 34 Rejicitur multorum inanis cautela circa interrogationem, an conuentus sit bonus vir.
- 35 Agitur de vendente vel emente ex causa necessitatis, vel socij, aut vicini rixosi: & nonne improbanter aliqua à Dd. tradita, usque ad n. 37.

**I**ls, quæ proxime tractata sunt, congrue annexendum videbatur id, quod glos. in præced. q. dixit, & Dd. controuertunt: an in casu huius l. sola res sit in obligatione, supplementum autem preçij in facultate soluendi: an utrumque æquale alterna tive in obligatione sit? Sed quia eius inspectionis effectus ad primum principaliter referuntur, congruentius

in 3 part. id tractabitur, vbi multa utilissima & non vulgaria explicabuntur. Interim vero non omitto unum, quod tradit Cagnol. hic, num. 211. question. 46. si creditor ex pacto vendat pignus, idque faciat viliori precio infra dimidiam iusti: in quibus terminis inquit debitorem laesum agere non posse remedio huius l. aduersus bona fide ementem. Addit & alia hinc pendentia: sed huius particularis articuli rationē esse dicit, quia imputari debet debitori, qui ea lege pignus tradidit, ut vendi posset: idque intelligit etiam, si creditor vendens soluendo non sit, & ad id citat ll. C. si vendi pig. ag. & l. si cessante, C. de distract pignor. & utrobique Bald. & Salic. & Neoguzan. de pignor. 6. part. 1. membr. numer. 26.

Ego vero aduerto illa iura & Dd. non exprimere hanc speciem lesionis ultra dimidiam, verba tamen generalia eandem comprehendere possunt; ad quod considerandum erat, an conditores eorum constitutionum fuerint post Diocle. & Maxim. conditores huius l. nouū ius inducentis: antea enim non erat cognitum hoc remedium, ut probauit in l. c. l. par.

Magis etiam in eare aduertendū est, rationē Cagnol. indignam esse viro tam egregie docto: excludit enim debitorem laesum quasi fuerit in culpa, permittingo creditori, ut pignus venderet eo non soluente. Sed (ni fallor) nunquam inter doctos vel prudentes id vitio vel culpæ dabitus, cum ex necessitate fiat: argument. glof. l. 4. ad fin. ff. de pign. actio. & regul. l. fideicomissa, 11. §. si rem, ff. de lega. 3. Melior igitur ratio erit (quam id Cagnol. inferius sentit) ex qualitate huius actionis, quæ personalis est, iuxta ea, quæ in præced. cap. cum glo. & Dd. deduximus.

Sed tunc magis videretur dicendum, 2 quod debtor laesus agere possit remedio huius l. contra ementem à creditore: quia creditor vendens pignus, recte comparatur procuratori, per tex. in l. si pignori 30. in fi. ff. famili. ercif. ibi, quod creditor egit, pro eo habendum est, ac si debtor per procuratorem egisset. Et ita Dd. per eum text. quem extollit Iacobin. à Sancto Georgio in l. 1. numer. 7. Cod. si tut. vel cura. int. & Socin. in l. 1. §. per procuratorem, numer. 5. ff. de acquir. poss. no. Fulgo. in l. 1. num. 1.

num. I. C. de dolo. Ang. in l. epi. §. I. & ibi  
Pau. Cast. ff. de pact. Receptum autem &  
verum est hanc l. aequo procedere in  
venditione facta per procuratorem, vt  
deduximus in pacted. cap. Vigeret autem  
magis argum. quando creditor vendes  
exprimeret emptori venditionem fieri  
ex pacto seu mandato debitoris: vt sic  
non obstat arg. de quo supr. ex natura  
personalis actionis. Ita etiam non obsta-  
ret arg. ex Bal. hic, n. 24. q. 20. recepto, vt  
per Tiraq. de retract. ligna. §. I. gloss. 9. nu.  
105. Cagnol. hic. num. 155. Burg. in d. c. cum  
causa, num. 55. de consentiente alteri, vt  
rem suam vendat: quo casu non domi-  
no, sed vendenti actionem huius l. com-  
petere dicit: id enim procedit, quia em-  
ptor nihil cum domino gerebat, nec ei  
exprimebatur, mandato domini rem  
vendi: at hoc casu presupponitur actum  
fieri nomine debitoris, cuius pignus ex  
pacto vel iure venditur. Nec obstant d.  
l. si cessante, C. de distr. pign. & l. I. cum seq.  
C. si vend. piguo. aga. non enim debitori  
laeso in emptorem tunc negant actionem,  
quaे creditori vel alij vendenti laeso da-  
retur: loquunturque magis vbi emptor  
securus esset à creditore, qui ob dolum  
suum in vendendo non audiretur agēs.  
At hoc casu nemo negaret creditorem  
vel alium vendentem laesum ultra dimi-  
diā audiendum fore remedio huius l.  
si aliud non impedit: ideoque nulla em-  
ptori fit iniuria, si contra eum admitta-  
tur debitor, grauiter laesus in venditio-  
ne pignoris, pro vt admittendus esset  
creditor, vel alius vendor. Ad tol-  
lendam vero dubitationem tutius esset,  
vt tunc creditor vendens cederet actio-  
nem debitori aduersus emptorem: ne  
obiici posset illud deactione personali  
non danda, nisi inter contrahentes: ex  
traditis à Crem. hic, n. 67. vers. sed aduer-  
tendum.

3 Subdit bene Cagno. d. n. 211. aliud (me-  
morable quidem) ex d. l. I. & 2. C. si ven-  
pig. ag. Quod debitor non possit agere  
aduersus emptorem etiam fraudis par-  
ticipem, nisi in subsidium creditore non  
existente soluendo: & ita debet intel-  
ligi l. 4. cod. tit. secundum glo. ibi: quod  
vt receptum tradit Neguzant. vbi suprā,  
& inde notabiliter ampliabitur d. l. si ces-  
sante, C. de distr. pign. Sed cum illa iu-  
ra loquantur de dolo creditoris, vel  
emptoris in debitorem, non videntur

recte applicari ad decisionem huius l.  
loquentis tantum de laesione in precio,  
circa aliam fraudem: secundum receptas  
verasq; traditiones scribe. quod statim,  
nu. II. magis explicabitur.

In eo tamen articulo creditoris pig-  
nus vendentis notabilis est l. 4. ff. de pig.  
act. dum in fine habet, quod si inter debito-  
rem & creditorem conuenierit, ne pignus di-  
strahatur, poterit tamen creditor vendere, si  
ter debitor denunciauerit, nec ipse soluerit.  
In quo textum illum dicit singul. Bal. ibi:  
& Ias. in l. cum procurator, §. si dominus, n. 4.  
ff. de non. oper. nunc. gloss. celebris in d. l. 4.  
intelligit trinam illam denunciationem  
non debere simul fieri, sed cum intervallo  
trium dierum, de quo agit Ias. in l. si  
certis annis, col. 2. C. de pact. Feli. in c. si cau-  
tio, n. 44. de si. instr. Dec. in l. si familia, n. 19.  
ff. de iurisdict. omn. iud. cum declaratione  
quam tradit Tiraq. in l. si unquam, verb.  
renuntatur, n. 43.

Memorabilius est, quod omnes hu-  
usq; notat, ex illo tex. intelligentes IC.  
ibi aperte respondisse, non valere pactū  
quo conueniatur, vt creditor nullo mo-  
do pignus videret possit, quin saltem cum  
trina denunciatione vendere queat, ita  
intelligit gl. Bar. Alb. Paul. Salic. & alij  
ibi, Ias. in d. §. si dominus. Neguz. de pigno. 6.  
par. I. mem. n. 3. & Dd. communiter. Vnde  
gl. & Dd. opponunt & torquentur ex  
reg. vulg. l. penu. C. de pact. posse quemlibet  
fauori suo renunciare, quapropter  
nihil impedire videbatur, quin tale pa-  
ctum valeret, creditorique facultatem  
vendendi adimeret. Cui difficultati gl.  
ibi respondet esse speciale eo casu ob  
publicam utilitatem, quia si creditores  
non possent pignus vendere, nullē ho-  
mines mutuare, nec aliorū necessitatib.  
succurrere, & ita Bar. Sal. Pau. & Costal.  
ibi in annot. & Ang. in §. si. n. I. Insti. quibus  
mod. re. contrah. oblig. Neguz. d. loco. Dec. in  
l. fructus, ff. de reg. iur. Curt. in l. pen. numer.  
34. C. de pact.

Sed eam cōmunem rationē bene im-  
pugnat Alber. in d. l. 4. & melius cum eo  
Fulg. quorū alij non meminerunt, ultra  
quos apertius tollitur ea ratio, quia tale  
pactum pendet à voluntate creditoris,  
& sic nihil contra P. V. resultat, si aliquis  
reperiatur, qui non solum velit mutu-  
are, sed etiam astringere se ad non ven-  
dendum pignus debitoris, nec id onera-  
bit alios mutuare volentes. Debitores

autem necessitate pressi magis se submittunt creditoribus, vt dicit gl. in l. *si deicommisa*, II. §. si rem. ff. de leg. 3. Et sic patet, quod licet pactum valeret, & seruari omnino deberet, nō ideo aliquid resularet contra P. V. vt etiam bene aduerit Riminald. Jun. in §. I. nu. 153. *Inst. quibus alien. lic.* vbi impugnat aliam rationem Odofred. (quæ multis fortasse occurret) ne valeret illud pactum; quia inducere videtur debitorem ad delinquendum seu ad illicite recusandum soluere. Sed secundum strictum ius ea ratio non subsistit, cum tale pactum directe non inducat delictum, nec in eo militet reg. l. *conuenire*, ff. de pæct. dot. Minus procedit alia ratio eiusdem Riminal. dicentis, quod pignus datur ad securitatem, tale autem pactum repugnat naturæ & effectui pignoris: quod nihil valet, cum id pactum non sit contra substantiam pignoris, licet videatur contra naturam eius, iuxta distinctionem glo. & Bart. in l. *pacta conuenta*, ff. de contrahend. empt. Pacto autem licet mutare naturalia contractus, & conuentioni statum est, iuxta vulgarem §. si conuenerit, l. I. ff. deposit. Et ita corruit alia ratio Fulgos. non relati in d.l. 4. qui arguebat ex l. cum precastio, ff. de preca. dicens illud pactum non valere; quia esset contra substantiam pignoris: quod falsum videtur, vt proxime dixi. Nec bene applicatur d. l. cum precastio, cum hoc casu ex d.l. 4. requiratur tria denunciatio, nec pactum irritum sit.

<sup>7</sup> Aliam rationem assignat Alber. in d. l. 4. ff. de pign. act. vt pactum illud non valeat: quia inest tacita conditio, si debitor soluerit, argum. l. quero, §. inter locatorem, ff. locat. quam rationem, vt nouam tradit Alciat. in d.l. penult. nu. 41. C. de pæct. cui recentiores eam tribuunt: Fulgos. autem vacillans in d.l. 4. refert aliquando sibi placuisse eam rationem, à qua magis recedere videtur. Ego aduento, quod Albericus & Alcia. in ea ratione sibi ipsis videntur repugnare, apertius vero communi conclusioni: gl. enim Bart. & alij intelligunt pactum speciale, ne creditor vendere possit, non valere: & ita limitant reg. d.l. penul. C. de pæct. & ita etiam ipsi Alber. & Alciat. secundum quam traditionem non est agendum de ratione vel interpretatione voluntatis, sed de potestate: at ea ratio ex d. §. inter

locatorem, respicit solam voluntatis interpretationem, quæ non tollit potestatem conueniendi contrarium, vt subtilius sentire videtur Ful. in d. l. 4.

Cum autem rationes à Dd. traditæ nullatenus concludant, cum etiam iuris regulæ communis opinioni nimis aduersentur (vt gloss. & a Dd. agnoscant) cogitabam, id-

a Hæc Pineli sententia non differt à Fulg. & Alci. opinione, siquidem illi & pactum valuisse & eius interpretationem proponunt, nec Dd. qui communiter huiusmodi pactum non valere afferuerunt, inutile & inutilidum illud à principio fore censuerunt, cum ter fieri denunciationem ex ipsis vi, vt venditio sequitur posse, manifeste agnoscant, itaque non valere id pactorum genus censuerunt, ad effectum ipsum respicientes, & venditionem tandem non idcirco impeditum iri considerantes, quamobrem recte Bar. & ceteri commentati sunt, recte & acute Fulgo. & Alc. rationem rimati, nec quod nosfer Pinelus, n. sequen. subiungit, probo; semper enim aliquā interpretationem horum pactorum admissum iri existimo, ne creditor sui nominis exactione frustretur, & debitor quantamvis moram licentiose trahat: idque l. 5 ff. de pig. act. luculenter probari arbitror, quidquid nosfer Pinelus alio illum vertere obnoxie contendat. que verius contra omnes arbitror, non probari, in d. l. 4. id quod Bar. & reliqui hucusq; colligunt: inepteque à gl. & omnibus opponi de reg. d.l. penul. C. de pæct. Non enim dixit IC. id pactum non valere, imo ei grandem effectum tribuit, vt debitore non soluente adhuc creditor vendere nequeat, sed tria denunciatio spectetur, cum tamen videretur pactum illud intelligendum, nisi debitor culpa sua non soluendo venditioni causam daret, arg. tex. notab. in l. cum propinas, C. de nauti. fæno. & d. §. inter locatorem. In illo igitur pacto, ne pignus videretur, prudentissimo temperamento intelligit IC. aliquid dandum verbis contrahentium: aliquid etiam creditori, ne ob beneficium nimis grauetur. Verbis pacticis datur is effectus, ne ante trinam denunciationem vendere liceat: rationi vero & utilitati creditoris, vt saltem post tot denunciations, evidentemque cessationem debitoris vendere possit: & sic in ea specie agitur tantum de quæstione & interpretatione voluntatis, non de potestate. Vnde sequitur nihil obstare

d.l.4. si teneamus contra glo. Bar. & omnes supra citatos, valere pactum, ne pignus vendatur: valet enim & interpretatur ea modo, de quo in dict. l.

9 Sed iam contra gloss & Dd. sequitur aliud notabilius ut valeat pactū, ne creditor pignus vendere possit, etiam post trinam denunciationem, vel etiam post multo plures denunciations: ea enim l. non tollit potestatem conueniendi, sed tantum interpretatur conuentionem. Interpretatio autem cessat in iis, quæ specialiter contrahuntur: iuris vero regulæ satis probat validitatem talis pactionis: nec vlla ratio ex tot à Dd. ex cogitatione contrarium euincit, vt sup. ostendimus: imo eadem l. 4. iubet pactum circa id seruari: & ita l. fin. C. de iur. dom. imp. sicut in emphyteusi, inquit l. 1. C. de iur. emphy. & ita cessat oppositio & difficultas glo. & Dd. ex d.l. pen. Cod. de pac. varietasque rationum inefficaciu, quas communiscebantur: Et ita resoluo, posse per pactum adimi eam facultatem creditori, specia- liter & indiuidue paciscendo: idque magis probari in d.l.4. cum IC. potestatem contrahendi asserit, pactum vero non ex toto clarum cum temperamento interpretatur: sic enim Imperator in l. 1. C. de pac. pign. pactum interpretatur: potestatem vero non negat, ut vere contra Dd. probauimus supra in 2. part. rub. cap. I. col. pen.

10 Nec huic interpretationi obstat l. 5 ff. de pign. actio dixerat Vlpia. in d.l.4. credito rem vendendo dominium transferre, etiam si non conuenerit de distraherēdo, si contrarium conuentum non sit, subdens, ubi vero conuenit, ne distraheretur, creditor si distraheret, furi obligatur: nisi ei ter fuerit denunciatum, ut soluat. & cessauerit. ita Vlpia. in d.l.4. subdit Pompon. in l. 1. Idem iuris est, siue omnino paci fuerint, ne veneat, siue in summa aut conditione, aut loco contra pactionem factum sit. Gl. & Dd. variant, nec satis explicant, nonnulli autem fortasse putabunt ex ea l. probari communem opin. quam proxime impugnamus, expendentq; verba IC. quantum sonare videntur contra pactionem fieri posse, & sic quod pactum non valeat.

Ego autem (omissis aliis) breuiter ad contextum intelligo IC. ibi id tan- tum continuare, quod dictum fuit in l. preced. si modo non conuenerit, ne liceat: ubi

dictum erat standum esse pacto negatiuo seu minuenti facultatem creditori circa vendendum pignus: quod modo explicat Pompon. in dict. leg. vt sci- licet seruetur pactum non vendendi, vel de vendendo certo modo, respectu precij, vel loci, vel conditionis, seu qualitatum venditionis: est enim in iis seruanda pactione, vt in d.l. fin. C. de iure domi. imp. & l. si cessante, Cod. de distra. pig. ibi, non reluctante lege contractus. Nec aliud vult dict. l. 5. & ita maxime comprobat, quod contra Dd. dixi, circa d.l.4.

Incedunt hæc (memorabilia quidē) circa articulum illum, quando creditor dolose vendit pignus, vel emptor fraudis particeps est: quo casu cum aduersus emptorem debitori actio datur, inquit gl. not. & recepta in d.l. pen. C. si vend. pig. aga. non audiri emptorem volentem supplere iustum precium, sed præcise re à debitore auocari posse: sequitur Cagnol. hic. d. num. 211. quam gloss. citat Paul. hic n. 1. dicens eam singul. ad limi- tandam electionem, quam hæc l. tribuit emptori conuento. Verba autem Paul. vt iacent. respiciunt tantum dolum dātem causam venditioni, & ita ea accipit Cagn. hic. n. 17. in quibus terminis mirū videri debet, insignē Paul. Cast. extollere & singulare dicere, quod secundum rece- ptissimas traditiones vulgatissimum & necessarium erat. Nam si dolus causam venditioni dedisset, ipse Paul. vbique cum gloss. Bal. & alijs, tradit contractum ipso iure nullum manere, per l. elegan- ter. ff. de dolo, & alibi s̄p̄; glof. & omnes in dict. cap. cum dilecti: nemo igitur dubitare poterat, emptorem tunc vo- lentem supplere precium, audiendum non fore, cum venditio nulla esset.

Vnde Panthal. Cremen. num. 14. & n. 151. verba Paul. accepit, quasi Paul. lo- queretur de dolo incidente in vendi- tionem cum læsione in precio, non de dolo dante causam venditioni: & ita colligit ex Paul. egregiam declarationē ad decisionem huius l. dum tribuit em- porti electionem restituendi rem, vel supplendi precium: & è contra secun- dum communem traditionem læso empori, cum datur electio vendito- ri accipendi rem & restituendi precium acceptum, vel restituendi quod ultra iustum accepit: ut procedat, quando-

nulla fraus interuenit: sed tantum læsio re ipsa contigit: quod si præter læsionē in precio dolus inciderit, vel ex dolo læsio ipsa prouenerit, tunc cesset electio, quæ datur conuento, præciseque obtineat læsus deceptus: quod etiam ex Luc. de Pen. (quem solum refert) probare videtur Matth. Afflict. lib. 3. feud. fol. 141. n. 99. tit. de prohib. feud. alien. per Freder. in 13. notab.

12. Ego vero non dubito hos Dd. non sati huius articuli veritatem explicare. Si enim dolus incidit in venditione, licet ex dolo læsio in precio resultauerit, nunquam læsus præcise aget ad repetendam rem, quam præsttit, sed tantum ad resarcendum in pecunia id, quod eius intererit: id enim iure constitutum est, cum venditor vel empator dolo alterius læditur in precio, ut notant omnes per text. in l. Iulianus, §. si venditor, ff. de actio. empr. glos. & omnes in d. cap. cum dilecti, & l. dolus, infr. hoc tit. Purgatus ergo, vel resarcitur danum ex tali dolo, emptore supplente quod iusto precio deest, vel venditore restituente quod plus iusto accepit: non autem datum præcise repetitur. Et ita aperte Hostien. in summa n. 7. & Ioa. Imo. in d. c. cum dilecti, nu. 14. de empt. & vend. Nec aliud vult Bald. hic, col. 1. in 3. oppos. dum distinguit inter læsionem ex industria deceptiva, & læsionem ex industria negotiativa, ut ipse loquitur: eumque sequitur Ant. Burgen. in c. cum causa, n. 61. de empt. & vend. notat Paul. in l. item si precio, §. fin. ff. loc. Vere enim resoluunt hi & alij communiter, sufficere quamlibet læsionem etiam modicam, quando ea per dolum alterius processit, nec tunc requiri læsionem ultra dimidiam, de qua agit hæc lex, loquens tantum ubi dolus non interuenit; sed nunquam Dd. dixerunt, nec vere dicere potuissent, contingente tanta læsione per dolum incidentem in venditione, dari actionem præcise ad rem: esset enim contra dicta iura & receptas sententias, quæ tantum succurrunt ad interesse, seu ad resarcendum damnum illatum: quæ iura incorrecta & immutata sunt in tali læsione, ex dolo incidente in contractu: idque satis probatur ex dict. leg. dolus, infra hoc tit. & l. 7. par. 5. tit. 5. iuncta ibi l. præced.

13. Nec obstat glo. d. l. 4. C. si vend. pig. ag.

non enim loquitur de dolo incidente in venditione, quæ utrinque fieri intendebatur: sed de emptore & creditore simul in perniciem debitoris fraude utentibus in distractione pignoris: quo casu in subsidium, cum creditor soluendo non est, agit debitor contra emptorem restituto ei precio & recuperata re cu fructibus, l. I. C. illotitul. ideoque ibi non applicatur decisio huius l. nec datur electio conuento.

Et ita resoluo ex receptissima traditione in læsione ex dolo dante causam cōtractui, inanem esse traditionem Paul. hic d. n. 1. In læsione autem per dolum incidentem in contractu non esse tractandum de obligatione vel petitione alternatiua, actionemque tunc præcise competere, non ad rem datam repetendam, sed ad damnum emendandum, ut venditori læsio suppleatur iustum premium, cum ipse minus accepit ob dolum emporis: & è contra empori læso restituitur, quod plus iusto dedit ob dolum venditoris. Utique autem consultius est agere ratione talis doli, si probari potest, quam remedio huius l. quia in hoc requiritur exacta probatio læsonis ultra dimidiam, cum suis requisitis, de quibus infr. 3. par. In læsione vero per dolum quilibet læsio emendatur secundū omnes in materia, in d. l. eleganter. & d. c. cum dilecti, Bal. hic, 3. oppos.

Ex prædictis iuribus & receptis traditionibus iam constat non tantum in personis ecclesiasticis, nec solum in foro ecclesiastico emendandam fore læsionem contingentem dolo, etiam incidente in contractum: & ita cessat dubitatio Pan. (non satis rem hanc assequuti) in c. in ciuitate, num. 6. de usur. Sic etiam ex eisdē iuribus & receptis sententiis patet in læsione ex dolo incidenti propriam actionem ex contractu dari ad premium, & non ad aliud: ut sic resoluas, quod non satis explicat D. Couarr. lib. 2. resolu. cap. 4. nn. 11. versi. quoties. Inde utiliter explicabis Ord. Lusitan. lib. 4. tit. 30. post princ. in illis verbis, ainda que o engano nam procedesse do comprador, mas somente se causasse da simprezado vendedor. Quæverba non vindentur satis apte prolata, nec ex illis sumendum est argumentum, quasi in hac materia idem sit in læsione contingente ex dolo: Sed debent intelligi secundū ius commune & receptas traditiones,

tiones, de quibus *sopra*: cum ea Ordinatio non intendat ius commune abrogare, nec per subauditos intellectus id dicendum est, iuxta glo. celebrem *in ca. cuperentes*, §. quod si per *vigiunt*, verb. petere. de *elec̄tio*. lib. 6. quam sing. dicit Ias. *in l. 1. nu. 37 ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* cum alijs in simili traditis à Cep. *in rub. ff. de verb. signific. ex num. 119.*

15 Nec omittendum fuit, quod dixit Cremen. *hic, d. num. 151.* ut actio ob læsionem ex dolo incidente in venditionem non detur, nisi quantitas læsionis duos aureos excedat, iuxta reg. l. 9. secundum lib. Floren. *vel l. 9. oleum, §. si ff. de dolo.* Sed lapsus videtur doctus ille vir: cū ea reg. solum procedat in actione illa exorbitanti de dolo: in proposito autem datur actio ex ipso contractu tam emptori, quam venditori, secundum receptas sententias, probaturq; *ex l. 1. §. 1. & l. Iulia-nus, in princip. & in §. si venditor. & in l. ex empto, §. si quis virginē, ff. de actio. emp gl. in l. dolus, in vlt. schol. infra. hoc tit.* Vnde cōtra Crem. retorquebitur allegatio d. l. si oleū, §. si. Maximè ex doctrina glo. ibi tradentis, pro minori quantitate dari actionem in factū cessante actione de dolo: quod plures sequuntur: & cum eis Alex. *in l. si superstite, C. de dolo.* Nec aptè loquitur idē Crem. *vbi sup. dū tradit*, quod læsio minor duobus auris nō sufficit ad rescindendam contumionē, quasi maior sufficeret, quod falsum esset: nam & maior in venditionem incidens eam non irritat: sed actionem præstat ad premium, quod supra iustum datum est, vel minus iusto acceptum, iuxta iura *supra* citata, & receptas sententias, & glo. Panor. & Imol. *in d. c. cum dilect.*

16 Sic etiam labi videtur idem Crem. *nu. 168.* dum inquit, posse debitorem age-re ob minorem læsionem in venditione pignoris facta per creditorem, vel per iudicem ad instantiam creditoris, quod regulariter iure non probatur, magisque repugnare videtur regulæ huius l. & receptis traditionibus circa alienationem factam per procuratorem. Obstat etiam l. 1. & sequen. C. si vend. pign. aga. vbi clare habetur, non audiri debitorem contra emptorem, nisi in subsidium: nec contra ipsum creditorem, nisi dolose alienantem. Nec cōtra faciunt iura, quæ impertinenter Cremen adduxit, nec Bart. (quem male citat) *in l. fin. ad fin. ff. de ap-*

*pellat recip.* Diuersa enim inspectio est, si creditor distrahat, non denunciando debitori, vel non seruatis alijs solemnibus, iuxta l. 4. C. de distra. pig. l. fin. C. de iure domin. impet. In quibus terminis aliquiliter saluari posset dictum Cremen. iuncta l. si quos, infr. hoc tit.

Antequam alia circa hanc l. aggrediamur, explicandum est vnum, in quo aliqui dubitarunt, *an decisio huius l. procedat in rebus mobilibus.* Quod quidem indubitate mihi videtur ex generalitate huius l. & ex equitate, in qua fundatur, & ex vi dictionis, rest: quæ omnia non minus ad mobilia, quam immobilia referuntur. Et ita clare sentit gloss. hic, *ad fin. Bart.* & omnes hic, & in l. precia rerum, ff. ad l. falcid. agentes in proposito, de aestimatione mobilium, & ita expressim Cagno. *hic. q. 39. num. 198.* Quod etiam colligitur *ex d. O' din. & l. parti.* indistincte de omni re distracta loquentibus. Id vero prætermittendum non duxi, ut caueas à Rebuff. *in d. 2. tom. ad const. G. II. c. tit. de Rescis. contracl. gloss. 15. num. 34. pag. 185.* vbi male in contrarium citat gloss. & Dd. hic non contentus asserere contrarium de consuetudine seruari: quam consuetudinem etiam circa alienationem mobilium contra ius commune refert nouissimus Pedemontanus *in consue. Aluer. titul. 16. arti. 9.*

Alius est articulus scitu dignus ab omnibus in hac materia minus explique tractatus de venditione facta cum decreto vel autoritate iudicis. In quo Dd. variant: Bar. & cum eo Ang. *in l. 1. C. de præd. Curia!* per textum ibi tradunt, non esse tunc locum remedio huius l. & ita Bal. *in l. nu. 2. C. de prescrip. 30. vel 40. annor.* Paul. Castr. *hic, num. 5 versic. alia limitatio.* qui Bar. citat, quasi eius opinio receptissima esset, & eandem sequitur Corn. *conf. 56. libr. 3. Decius conf. 210. num. 8. ve. s. 3.* dicens hanc Bartoli opinionem magis communem esse, sed lapsus fuit Decius. Contraria enim opinio receptior est ex Ioan. Imol. *in d. c. l. precia rerum, & ibi Alex. ff. ad l. Falcid. Imol. in d. l. si quis cum alter, & in si. & ibi Alex. n. 15. & ibidem Claudio, & Panor. in cap. cum cat. s. n. 6. de cmt. & vend. & ibi Anton. Burgen. num. 27. & Angel. Aret. in §. si quis agens. num. 3. Inst. de act. Cremen. *hic num. 108. Cagnol. num. 158. q. 23.* dicens hanc esse veram & commu-*

nem opin. & Anton. Gome. d. libr. de contract. cap. 2. fol. 12. colum. 1. in princip. & Rebuff. in d. 2. tom. ad constit. Gallic. pag. 186. nn. 40. In quo articulo cauebis ab allegatione Alexandri pro Bart. citantis Abb. in cap. cum dilecti. Cauebis item à Dec. in d. cons. male citante Alexan. deterius vero Rebuff. in d. loco, pro opin. Bar. citat Alex. & aliquos eam maxime impugnates. Imol. etiam Alexan. & aliqui contra Bar. vbi *supra*, citant eundem Bar. in l. 1. C. de prescri. 30. vel 40. anno. qui non loquitur de alienatione cum decreto, sed in subhastatione, quæ duo à multis *supra* citatis confunduntur: cum separari debeant: vt *inferius* hoc cap. deducetur. Eundem articulum magis inuoluit, quam explicat Fabian. in d. tr. d. de empt. qu. 8. nn. 22. sic non iussimus, nec allegans resoluens in compend. subhasta. ca. 5. nn. 6.

19. Ioan. Imol. & qui cum sequuntur, pro sua opinione adducunt l. 1. & 2. C. de fide instr. & iur. hast. fisc. libr. 10. vbi alienatio facta cum autoritate iudicis, in distinctione bonorum debitoris fisci, rescinditur probata læsione debitoris, & ita Cagno. hic Burgen. in d. cap. commendans, d. 1. 2. Sed ego aduerto, quod d. l. 1 loquitur de alienatione facta, non seruatis solemnibus. Sic etiam d. l. 2. loquitur de alienatione minis solemnii, vel minori precio, ex dolo officialis, & aduersarij illius debitoris fisci: quo iam patet non solum debitori, sed etiam fisco fraudem fieri. Vnde non probat ea l. simpliciter ex læsione in precio, nec cuilibet personæ dari recursum ad rescindendā venditionem factam in subhastatione quod Dd. non aduertunt. Sic etiam responderi potest ad tex. (quem citat Imol.) in l. si quos, inf. hoc tit. quem adduxit Bar. in l. 1. C. de prescrip. 30. ann. vbi præsupponitur fraus non soli debitori, sed & fisco dannosa, quod colligi potest ex Alex. in d. d. precia rerum, num. 8. & ab eodem in d. l. si quis cum aliter, num. 16. post alios quos refert. Item ibi non interuenit propriæ decretum, de quo hæc quæstio accipi potest, vt *infra*. Pro eadem opin. contra Bart. recte Panor. Imol. Alex. adducunt id, quod in iure videmus, minorem, vel ecclesiam ob læsionem in precio audiri aduersus alienationem rei immobiliꝝ maxima solemnitate factam, d. ca. cum dilecti. & l. si quidem. C. de pred. minor. quod vrget avi & similitudine rationis.

Tenendo autem contra Bart. quod 20 non obstante decreto agi possit remedio huius l. ad d. l. 1. C. de pred. curial. respondet Imol. vbi *supr.* dicens, in ea l. principaliter agi, de excludenda alia obiectione, non de læsione in æstimatione rei. Vere enim Imperator ibi agit de Decurionibus, quibus interdicebatur facultas alienandi sua immobilia: quod ibi limitatur ex causa magnæ necessitatis. Ea autem solemnitatem probata coram preside, vel iudice competente, subdit tex. non audiendum fore alienantem, qui postea contrarium intenderet, quasi is sibi ipsi repugnare, suamque turpitudinem allegare videretur: quo sensu accipi etiæ debet alia verba d. l. ibi, *nec immoderatus venditor, nec emptor iniustus*: vt sentire videtur glo. ibi. Licet enim ea generalia verba ad quantitatem & æstimationem referri possint, tutius tamen est, quoad solemnitatem negotij, ea accipere attento eo, quod in eadem l. principaliter agitur. Alter respôdebat Panor. in d. cap. cum causam: & sequuntur plures ex *supra* citatis, vt decretum in d. l. 1. magnam inducat præsumptionem, pro iustificanda venditione, non vero tollat probationem, quæ in contrarium affratur: & ita Ang. Aret. in d. §. si quis agens. Cagnol. hic, num. 159. tandemque id fateatur Roma. in d. l. si quis cum aliter, num. 10. aliqualiter vacillans circa d. l. 1. Idq; fulcitur ex ead. in versic. quod si quis contra, vbi Imperator agnoscit, nec negari poterat non obstante solemnitate, de qua ibi, posse fraudem committi, qua probata poenam irrogat. Nec enim pro iudice plus est, quam præsumptio, quæ si imperitati cedere debet: & ita procedunt tradita ab Alciat. reg. 3. præsump. 9.

Constat igitur ex proxime decluctis, 21 nimis variasse scriben. circa hunc articulum alienationis factæ cum decreto, receptius tamen esse, adhuc competere remedium huius l. Ego autem adiurebam hunc articulum aliter accipi posse, quam Dd. explicauerint. Autenim authoritas vel decretum simpliciter interuenit, veltantum quoad causas alienandi, & tunc non dubitarem veriorem esse magis communem sententiam, vt venditor, vel emptor læsus ultra dimidiā iusti precij, audiri debeat remedio huius l. Si vero decretum interuenit circa æstimationem ipsius rei, causa cognita

grita inter maiores, tandemque iudicatum fuit super aestimatione & precio, tunc videretur amplectenda opin. Bar. & sequacum ob authoritatem rei iudicatae, quae inter partes ius facit, iuxta l. ff. quæ sent. sine appell. c. cum inter de re iu. l. computarem 37. ff. fam. ercif. l. si fideiussor, 29. s. in omnibus, ff. man. cum traditis à Dec. in l. res iudicata. & ibi Cag. ff. de regu. iur. In quibus terminis fortasse iudicatum fuit pro Bart. in casu relato à Rebuff. in d. 2. tom. pag. 186. nū. 40. Vel potuit alia iusta causa moueri grauissimus Senatus Parisiensis, cuius sententiam Rebuff. adducit ut *supr.*

22 Non est igitur dubitandum, quin ve-  
rior sit receptio opin. in hoc articulo:  
vbi simpliciter notitia, vel licentia iudicis  
interuenit, vel cognitio, quoad aliud, non quoad rei estimationem. Nec enim iudicis authoritas operari debet extra ea, in quibus interuenit: nec præ-  
iudicium facit, nisi vbi nomen & effe-  
ctus rei iudicatae resultat. Ex quo se-  
quitur magis pro communi contra Bar. in  
d. l. i. C. de præd. decur. non cessare reme-  
diu m huius l. etiamsi pro altero ex con-  
trahentibus consanguinei interueniant:  
id enim adimere non potest querelam  
parti læsa. Nec contradicit gl. celebris,  
in l. Poll. C. de ijs, quibus ut ind quæ proba-  
tur ex d. l. si quidē, C. de præd. minor. magis  
vero in terminis probatur ex tex. not.  
(agente de filio læso in actu, in quo in-  
teruenit authoritas patris, eiusdemq; tu-  
toris) in l. etiamsi patre, 30 ff. de minor. Quæ  
iura citare debuit Panor. in d. c. cum causa,  
cum Bar. opinionem impugnat.

23 Ex quibus consecutio infertur ad  
id, in quo Cagno. hic, num. 160. reprohen-  
dit Cremensem hic, nu. 120. limit. 21. Cre-  
mensis enim cum Vital. quem refert, li-  
mitat hanc l. ne procedat in conuentio-  
ne, quam partes fecerunt confirmari à  
iudice, & assumere nomen sententiæ,  
iuxta id, quod sæpe in praxi contingit, &  
tradiderunt Bart. & Plat. in l. si. quos, C. de  
decur. ad quam primum confirmandæ  
conuentiois per sententiam, pon-  
dero Bar. in l. stipulationes non diuiduntur,  
num. 40. versi. præterea. ff. de verb. oblig.  
probat etiam tex. in l. si. conuenerit. 26. &  
ibi notant scriben. ff. de re iud. tex. etiam  
in l. tale pac. Cagnol. autem in eisdem  
terminis contrarium tenet: amplians  
hanc l. apte & fortiter arguens ex rece-

ptiori opinione proxime trāditā, circa  
alienationem cum decreto & ita tenen-  
dum videtur, etiam si aliqua catiſe cogni-  
tio interuenit, quo ad aliud, non princi-  
paliter super aestimatione rei: magis ve-  
ro quando absque causæ cognitione sim-  
pliciter (vt sæpe fit) per iudicem con-  
tmatur partium conuentio, vt magis col-  
ligi potest ex Plat. in d. l. si quos: & in simili  
ex Alc. in l. filius fa. §. diu. num. 32. in fin.  
ff. de leg. 1. & in decreto Dec. consil. 351. n.  
7. vt sic obiectio, quæ obstaret conuen-  
tioni, admittatur aduersus nudam illam  
confirmationem, imaginariumque sen-  
tentiae nomen: ad quod conductit tex.  
notab. in l. ex stipulatione, C. de senten. &  
interloc. ibi, non omnis vox: &, ibi, si non  
causa cognita. In quo etiam eleganter in-  
duci potest notab. tex. in l. i. §. si quis sub  
cōditione ff. vt legat. seu fideic. nom. caue. ibi,  
easdem causas & conditiones inesse: & ibi,  
eandem quoque opponendam. Et tex. in l. Ti-  
tius. 54. in fin. ff. ad Trebell. Oldrad. consil.  
238. quod in proposito probare videtur  
Gregor. Lup. in l. 56. tit. 5. parte 5. verbo me-  
nos, in fin.

Tandem in eodem articulo dicebant 24  
nonnulli, decretum iudicis, vel eiusau-  
thoritatem (si quādo operari potest) in-  
telligi debere de maiori iudice, non de  
pedaneo vel infimo: vt ex Cardi. Parisiē.  
refert Cagn. hic, num. 158. & ex Bal. tra-  
dit Rebuff. vbi *supra*: & vltra eos gene-  
raliter ad limitandam præsumptionem  
iuris pro iudice, tradit Ias. in Rub. C. qui  
admit. col. 2. & in tit. qui fendi. dar. poss. num.  
10. & Hippol. sing. 438. Gerard. notab. 57. in  
fin. facit quod ex Arctin. de iudice indis-  
creto tradit Alcia. reg. 3. præsup. 10. nu. 10.  
Quibus addo tex. ad id notabilem in l. 3.  
versi. si quis ad pedaneum ff. ne quis eū, licet  
contradicere tentet Dec. in l. pacta nouis.  
n. 6. C. de pac. Vnū vero nullibi animad-  
uersum in eo articulo non omitto: Dd.  
enim q. proponunt, quod alienatio fuit  
cum decreto: & querunt, an ea nonob-  
stante agi possit remedio huius legis?  
Quæ inuestigatio principaliter respicit  
venditorem læsum, sed cum præmitti-  
tur alienationem fuisse cum decreto,  
agnosci debet regulariter alienatam  
fuisse rem minoris vel fisci, vel ecclie-  
siae: quibus propriæ decreti solemnitas  
congruit: regulariter enim in alijs  
non requiritur. Vnde secundum iu-  
ris principia, & receptas traditiones,  
neces-

necessario sequi videtur, non obstante decreto, illis personis vel causis ob læsionem succurrentum fore, etiam non spectata læsione vltra dimidiam: quod Dd. non aduerterunt.

- 25 A præcedenti articulo, pendet alius similis de venditione in publica subhaftatione, quem plures Dd. à præcedenti non distinguunt, vtrumque pro vno accipientes. In quo Ang. Perusi. ex d.l. I.C. de præd. decur. non semel tenuit, remediu huius l. locum non habere, quando res distrahitur in publica auctione: idq; nō nulli sequuntur. Sed contrarium verius & receptius est, vt sic decisio huius legis procedat etiam re distracta in publica subhaftatione: quod cum Imo. & melius sententibus tradit Alex. in d.l. si quis cum aliter, num. 16. & ibi Rom. num. 8. Alex. in d.l. precia rerum. Aret. in d. §. si quis agens, Instit. de actio. Anton. Gom. vbi supra. Corn. consil. 56. libr. 3. Burgen. in d. cap. cum causam, nu. 27. Rebuff. in d. tom. 2. pag. 186. nu. 38. & pag 452. tit. de præconi. in fin. b dicens hanc esse veram & cōmunem sensib Hoc idem testatur Alex. consil. 117. num. 8. vol. 7. pro qua sententia adde glo. in l. 3. C. de iur. fisc. libr. 10.

tentiam, & ita in praxi seruari. Eandem probat Crem. hic, num. 102. communemque & veriorem dicit Cagnol. num. 161. eandem sensit Bart. in l. 1. C. de prescri. 30. vel 40. ann. Hæc autem receptior opinio fortissime probatur ex proxime deductis circa alienationem cum decreto, quo interueniente, verius & receptius esse probauimus, non cessare remedium huius l. Regulariter autem, vbi in alienatione decretum requiritur, subhaftatio etiam præsupponitur, vt notant plures ex supra citatis, & Bart. in l. licitatio, nu. 3. ff. de publica. & vettig. tex. & Alb. in l. & si sine, 8. §. 1. ff. de mino. Bald. in l. ordo, nu. 4. C. de execu. rei iud. Ioan. Plat. in l. si tempora, col. 1. C. de fide instrum. libr. 10. & Matth. Afflict. lib. constit. Neap. Rub. 38. in fin.

- 26 In eodem articulo vltra scriben. considerandum videtur duplex subhaftationis genus, alterum *necessarium*, alterum *voluntarium*. *Necessarium* censabitur in distractis rebus fisci, minorum, Ecclesiæ, vel Reipubl. secundum receptiores traditiones ex Dd. proxime citatis, & Soc. consil. 95. num. 5. lib. 3. Dec. consil. 556. num. 4. Jacobin. à S. Georg. in l. Titi. ff. de iure dot. Dicetur etiam necessaria

subhaftatio in rebus condemnati pro executione rei iudicatae, iuxta tex. in l. ordo. & in l. à diu Pio §. in venditione, cum seq. ff. de re iud. Voluntaria autem subhaftatio dicetur, quando extra has causas quis voluerit res suas in publico loco ad vocem præconis distrahere: vt ex licitatorum calore carius res vendantur, vel saltem ex hominum concursu citius distrahanter, vt saep fit in magnis ciuitatibus. In subhaftatione autem necessaria notabilior erit communis opin. cum in illis terminis iudicis authoritas, magna que solemnitas interueniat: non ita in auctione voluntaria. Vnde de priori loquuntur iura, quæ subhaftationi magnū effectum tribuunt, l. fin. C. si prop. publ. pensata. l. si hypothecas. C. de remis. pig. quam in sua decisione extollit Paul. in l. 2. C. si aduer. fisc. & tradit Afflict. decis. 340. Quæ iura utiliter limitantur ex hac receptioni opinioni, iuncta l. si quos, infr. hoc tit. quam bene adduxit Bar. in l. 1. C. de prescri. 30. vel 40. anno. Eandemq; cōmunem sententia notabiliorē reddit id, quod in rerū aestimatione nimiū attēdi solet, locus scilicet publicus, seu mercatus, vt loquitur tex. in c. 1. de emp. & vend. Bart. in l. si seruum, ff. de condic. furti. Sed cōsideratio loci publici, & cōmunis licitationis solam præsumptionem inducit, contra quam concludens probatio negari non debet: ex quibus hæc recepta opinio magis amplectenda est, eamque sequitur Jacob. Burgen. lib. 2. conicetur. ad frat. cap. 10.

Tutior etiam redditur communis opinio, attento eo, quod experientia docet, in ijs quoque publicis distractiōnibus fraudem aliquando committi, d. l. si quos, infra eod. l. 2. C. de fide instrum. l. 3. C. de execu. rei iud. l. fin. C. si in caus. iudi. Sic Cic. lib. 3. offic. tollendum ex contrahendis rebus omne mendacium tradit: subdens, non licitatem venditor, nec qui contra se licitatur, emptor apponet. Denique in hoc articulo subhaftationis repetendum est, quod noue animaduertimus in præcedenti articulo decreti: cum frequenter subhaftatio præsupponat distractiōnem fieri nomine fisci, vel alterius personæ vel causæ: in qua etiam ob minorem læsionem restitutio concedi debet, non obstante solemnitate interpolata, iuxta d. l. si quidem, C. de præd. minor. & d. l. 8. §. 1. versi. 1. ff. de minor. A fortiori igitur ex subhaftatione negari non debet  
reme-

remedium huius l. præsupponentis maiorem læsionem, nempe ultra dimidiam iusti precij, quod Dd. aduertere debuerunt.

- 28 Apud Lusitanos vero circa quæstionem rei venditæ in publica subhastatione, & iudicis autoritate, locum adhuc esse remedio huius l. decisum est libr. 4. tit. 30. §. fin. vbi vnum egregie additur, quod apud scriben. non ita reperitur: nempe quod si post solemnes licitationes & præconia debito tempore peracta, debitori, cuius bona distrahuntur, denuncietur ut soluat, nec ipse satisficerit, transactis octo diebus, tunc nec vendor, nec emptor læsus audietur, ob eam maximam solemnitatem, & gemitatam denunciationem, arg. glo. in §. penul. verb. maior. Inst. de iure person. ibi, tan ta solemnitas. Ex qua Ang. Aret. inibi notabilem doctrinam elicit ad sustinendū actum, in quo non tantum ordinaria solemnitas, sed & alia exactior interponitur: quam ad propositum nostrum notat & ornat Burgen. in d. cap. cum causam, nu. 28. licet absque fundamento contradicat Cagn. hic, n. 159. in fine. Nec decipiaris cum aliquibus, qui contra communem opinionem in hoc articulo subhastationis adducunt Bal. in d. l. ordo, num. 6. C. de execut. rei iud. qui (si bene attendas) tantum loquitur de creditore pro debito accipiente pignus, in quo sit executio iuxta terminos l. ad iu. Pio, §. si pignora. ff. de re iud. De quo tex. & articulo (qui diuersus est) superius diximus, maxime in 4. cap. 1. par. huius l.

- 29 In prædicta materia subhastationis (quæ frequentissima est) vnum addo, in quo sape dubitari contingit, nec Dd. in eo satis sibi constant: si in publica auctione unus licitator certum premium offert, alter vero maius pretium promittit; an & quo modo liberetur primus ex licitatione secundi? In quo Bar. in l. licitatio, nu. 1. q. 1. ff. de publ. & vectig. indistinctè inquit, non liberari primum licitatorem, si poste a secundus domino, vel vectigal locanti displiceat, idque sequitur Alex. ibi ad Bar. Et secure tradit nouissimus Iodoc. Burg. in compend. subhaft. c. 4. num. 8. neminem pro, nec contra citans: & cum Bar. est Sal. in l. penes, C. de vecti. Firmian. de gabel. 1. par. nu. 20. Bart. autem ad suam opinionem citat tex. quasi expressum in l. Sabin. ff. de in dict. addit. vbi &

Costal. in annot. seccutus Bar. idem putat. Contrariū vero aliquando consuluit Bal. quem refert Pau. in d. l. licitato. refert etiam & sequitur Crem. not. 40. & ibi additio: & Cha. in consu. Bur. Rub. 5. §. 1. n. 23. ch. 1. 207. In ea varietate concordia adhibet Pau. Cas. in d. l. licita. vt opin. Bar. procedat, quando vectigal secundo licitatori adiudicatum fuit, vel tempus licitandi lapsus est: contraria autē opinio locū habeat, quando adhuc tempus durat, adiudicatioque facta non fuit: eodem modo in alio confilio distinguere Baldum tradit Alex. ad Bar. inibi, & Boer. decis. 208. vbi magis probare videtur distinctionem Pauli: & eo nō relato, ita distinguere videtur Rebuf. in d. 2. tom. pag. 451. n. 21. tit. de præco. art. 7. Varietatē autē opinionū nude refert Hippol. in l. 1. §. si serui, nu. 21. ff. de quæstio. Et secundum opinionem Bal. vt primus licitator liberetur, magis concludit Alberi. in l. si vendor, ff. de in diem addit. dicens ita se in praxi consuluisse. Contrarium vero, & sic secundum opinionem Bart. cōsuluit Ang. cons. 324. quē nō percepit Boer. in d. de. if.

Ego in ea varietate aduerto concordiam illam Paul. Castron. totam fere esse pro opinione Bart. qui vero similiter non negaret, quin postadiudicationem secundo factam, primus liberetur, nec Bald. in alio confilio eam distinctionem probauit, sc̄cum iudicio expendas relationem Alexan. & Boer. secundumquā nec Bal. in eo sibi contrarius dici debet, sed id voluisse, quod statim probabo. Ang. autem in d. con. nu. 3. aperte concludit non liberari primum licitatem etiam ex acceptatione secundi, nisi acceptatio plena sit, secundum traditionem glo. in l. quod autem, ff. de in diem addit. quam citat, aperte sentiēs, distinctionem Pauli Caltr. vt primus non liberetur, nisi post addictionem secundo factam. Bald. autem in d. con. melius voluit priorem liberari, quum dominus vel locans secundum licitatem statim non repellit, sed magis licitationem eius admittit. Et ita aperte Alber. in d. l. si vendor: & his non relatis ita resolutus Cur. Burgen. lib. 2. coniect. ad fratr. cap. 10. ad fin. Et ita videtur intelligendus Rebuff. vbi supra: & Joan. Plat. in l. si tempora, num. 2. ad fin. versic. & intellige, Co. de fide instrumen. & iure hast. fiscal. Quæ resolutio tutior videtur: nec enim iustum effet,

efset, vt dominus velloans possit non admittere primum licitatem ob secundum plus offerentem: postea vero secundo ausigente, vel non idoneo reperto, primum obligare. Et sic cum vtriusque contrahentis æquale ius esse debeat, id longe iniquum, & consequenter non admittendum.

<sup>31</sup> Nec obstat tex. in d.l. Sabinus: nec glo. in d.l. quod autem, ff. de in diem addict. quibus Bar. Ang. & alij fundantur, dum tex. & gloss. priorem non liberant ex oblatione secundi perfecte non acceptati: & ita d.l. si venditor, cod. tit. c Aduerto c Hac solutio eadem est cum Bald. & Crem. num. 40.

enim ea iura agere de venditione perfecte cum priori contracta, quæ suspendebatur ex oblatione melioris conditionis, iuxta l. 1. cum alijs, cod. tit. Et sic partio illa adjictebarur prorsus in fauorem & utilitatem venditoris, vt oblata meliori conditione alteri vendere possit: ac proinde id negotium voluntati commissum censetur, per tex. notab. in l. 2. ff. de leg. commis. ibi, ita accipitur, si venditor incepsum esse velit, quia id venditoris causa cauetur. Iuncta vulga. reg. l. quod fauore, cum ibi notatis. C. de leg. Et in id poterunt ingeniosi inducere tex. in d. l. Sabinus, vezsi. quid tamen, vbi si pactum illud adjicitur æqualiter pro emptore, liberatur omnino ex oblatione secundi, etiam in uito venditore. At in nostra q. & licitatione vectigalium nihil magis cum primo, quam cum alijs actum censetur, imo ex qualitate rei, & consuetudine semper magis acceptari videtur, qui plus offert, quod etiam iuris est, vt in l. penes, C. de vectiga. & commis. Et sic primus licitator recte obijcere potest liberatum se censendum, cum alterius plus offerentis licitatio recipitur. Nec obstat argumentum Alex. ad Bar. in d.l. licitatio, arguentis ex eo, quod primus licitator fraudulose poterit submittere alium inidoneum, vt se liberet: respondeo enim, quod dominus vel officialis locans vectigal potest non admittere non idoneum licitatem: eiusque conditionem inuestigare debet, iuxta l. qui cum alio ff. de regu. iur. quod si fraus primi probetur, actio contra eum ad totum id, quod interest, dabitur, iuxta d.l. si venditor, ff. de in diem addict. & ita apud Lusitanos habet Ord. da fazenda. cap. 161. Procederet autem opin. Bar. quā-

do locans statim repelleret secundum licitatem, vel quando vectigal locandum proponeretur ea forma, vt post tempus & examen licitationum dominus eligat: tandemq; in ea re consuetudo prouinciae maxime obseruabitur, vt generaliter habet tex. in l. 4. §. 5. ff. de pub. & vectig. Et ita resoluo utilem articulū à Dd. male explicatum.

In materia huius l. negantis remedium in laſione non excedente dimidiā iusti precij adducunt nonnulli pro limitatione tex. in l. Medicus, ff. de varijs & extraord. cognit. ne valeat venditio, quam æger medico facit durante ægritudine. Et ita eam l. generaliter ibi notat Alb. & Bar. dicens cā sing. Et ita indistincte intelligit & extollit Ant. Burg. in d. c. cum causa, nu. 52. & Panor. in cap. quia plerique, num. 34. de immun. eccl. & Reb. d. 2. tomo, pag. 187. num. 44. Et ita generaliter citant eam leg. Bart. Ang. Plat. in l. Architri. C. de prof. & medi. Sed contrariū regulariter aperte sentit Bal. in l. interpositas, n. 5. ad si. C. de transact. ex verbis eiusdem l. Medicus, quæ ita habet, Medicus, cui curados suos oculos, qui eis laborat, comiserat, periculum amittendorū eorum per aduersa medicamina inferendo, compulit, vt ei possessiones suas contra bonam fidem ager venderet, in ciuile factum praeses prouinciae coerceat, remque restitui iubeat. Quæ verba IC. vere non præstant generalem conclusionem, quam Ld. colligunt: sed magis onerare videntur improbum medicum, qui maligne curationem differt, malis vtens medicamentis, vt maiorem impressiōnem ægro faciat. Et ita Bal. sentit, Al. ibi. numer. 20. & nemine relato Iaf. in §. quadrupli, num. 7. Inst. de actio. & ita Cagnol. hic, num. 192. magis contendens textum illum regulariter admittere passionem medici cum ægro: vt etiam iudicauit cons. Neapoli. secūdum Matth. Afflict. decis. 123. vbi nec Bald. nec alium pro aut contra citat.

Ego priorem sententiam receptionē verioremq; arbitror, quam ultra Dd. aperte colligo ex glo. in l. 1. §. sicui, ver. susvensa, ff. de varijs & extraord. cognit. ex glo. clariori, in l. quisquis, §. præterea, verb. contractum, C. de postul. quæ generaliter intelligit d.l. Medicus, ne villa conuentio valeat inter medicum & infirmum, durante ægritudine, ad exemplum cliētuli & aduocati, inter quos durante lite conuentio

uentio non admittitur, iuxta tex. not. in d. §. præterea, quasi valeat argumentum de aduocato ad medicum, arg. c. ceterum, de iur. calum. vbi Pano not. Imo maior prohibendi ratio videtur in medico eum ægro, quam in aduocato cum clientulo, ut constat ad sensum: & ita vi rationis d. Medicus, extendi debet, licet eius verba restrictionia sint. Aduerto etiam, quod d. l. loquitur in venditione, & sic in causa onerosa: vnde multo magis procedet in promissione lucrativa. Et ita intelligi debet d. l. Archiatri. quæ male ab Afflict. & alijs restringitur ad medicum habentem salarium publicum: cum verbâ eius l. generalem sensum magis exprimant, ibi, quos etiam patimur accipere quæ sani offerunt, non quæ periclitantes pro salute promittunt. Et sic ea l. manifeste ex verbis & ratione omnem medicum comprehendit: aliter enim tempus non distingueret. Et ita suadet ratio publicæ utilitatis, ne alias fiant iniquæ extortiones, quod lex abhorret, ut in l. si per impressionem, C. quod met. cau. Non negamus hic, posse e medicum ab ægro donata.

e Intellige id processurum in medico, cui salarium publice constitutum non est, nam alioquin is nec sponte ab ægrotto oblata potest recipere, iuxta tradita per Hyp. in l. una, n. 239, C. de rap. vir.

licite accipere, nec eum astringimus, vt gratis curet, iuxta tradita per Anan. & Felin. in c. tua nos, de homicid. Rip. de peste, ad fin. cum supra citatis. Ex gl. autem in dielto loco, ex professo irritante conuentiōnem inter medicum & ægrum, noue aduertes contra eandem gl & Dd. in l. Martius, ff. locat. in quæstione promissionis medico factæ fad curationem

f Hæc glo. cum sequacibus in neutrā partē allegari potest, nec seu à Bar. & commenti, seu à Btl. & non minus communi (si adiunxeris glo. auctoritatē pro eo noue expensam) stes, carpi potest, nam loquitur de conuentione facta cum medico ad morbi curationem, & sic antequam ab eo curari inciperet, & in eis fidem receptus esset, quo tempore rite omnis conuentiones iniri possunt: maxime que ad salarium spectent, in quo etiam post curam & patrociniū suis optum declarando contrarctum recte procederé aliqui sunt opinati, ut colliges ex glo. verb. contractum, ad fin. in §. præterea, l. quisquis, t. le post. quemadmodum probat tex. aperitus, & vbi omnes nota-

runt in d. §. præterea, ibi, in propria recepit fide.

ægri, qui sanatus ad infirmitatem redijt. Præsupponere enim videtur gloss. indistincte inter eos valere contentionem, & ita Specul. in tit. de Salar. Medic. nume. I. in fine primi tom. quorum auctoritate excusari possit sanatus Neapolitanus in dec. de qua supra.

In minori etiam læsione, seu non vltra dimidiā vulgare est illud, quod præcautela aliqui cum Ana. tradunt, ut conuentus interrogetur, an sit vir bonus:

quod ipse veròsimiliter non negabit. Vnde eo asserto, colligebant posse conuentum damnari ad resarcendum læsionem etiam, quæ dimidiā iusti precij nō excedat: argentes ex gl. celebri, in l. semper in contractibus, 158. vel secundum alios, 197. ff. de reg. iur. quæ limitando §. idem Pompo. l. in causa ff. de mino. dixit non licere bono viro etiā in minori quātitate alium decipere: quam cautelam ibi refert Dec. nec improbat, concludens tantum, non teneri conuentum tali interrogatiōni responderē, & ita Fel. in c. si. n. 13, de presu. Ias. in l. pe. n. 5. C. de pac. Ferr. caut. 4. Creme. hic, n. 169. Rebuff. in Auth. habita. Omphal. de usurp. leg. lib. 2. ca. 9. Sed nemo doctus, forique digestionem habens eam puerilem captionem probabit, vt melius aduertit burge. inc. cum dilecti. n. 15. Dec. in d. l. pen. n. 11. Cagn. hic, n. 20. Rebuff. 2. tomo, pag. 178. idque necessario euincitur ex eo, quod hæc l. tam bonos, quam iniquos compræhēdit, vt bene aduertisse videtur pract. Papi. inform. libel. in causa vendit. vers. pro precio. idemq; colligi potest à D. Tom. relato à Cæpol. de simulatio. contract. nu. 23. Vnde licet interrogatus respondeat se virum bonum, deficit ius quo minor læsio tunc in iudicio emendari debeat, cū à cōstituto iure recidi nequeat. iuxta vulg. l. prospexit, ff. qui & à quibus. Vnde etiā necessario cōsequitur, inepta esse differentiā, quā plures cōstituunt in ecclesiasticos & laicos, quasi in ecclesiasticis minor læsio emendada sit, cū glo. in c. hoc ius porrectū, 10. q. 2. ver. ut plus. & Cre. hic n. 161. & Zanet. differ. 131. & alij quos citat Tiraq. in 9. l. connub. numer. II. sed in foro contentioso id nullatenus sustineri potest, iuxta d. c. cum dilecti, vbi Bur. notat, & Dec. in l. pen. n. 8. & seq. ibi Cur. num. 8. C. de pac. & me. lus Cagn. hic, n. 10. licet in ea re multa ad-

salutem & securitatem animarum ample & neruose tradat insignis Nauar. *in rep. ca. nouit. ad fin. 6. notab.*

35 In eodem proposito, vt aliquando succurratur læso etiam ob minorem quantitatem, memorabilis est traditio Anchar. *in c. peccatum. nu. 21. de reg. iur. lib. 6. vbi inquit hanc l. & c. cum dilecti*, quatenus non succurrunt, nisi in læsione ultra dimidiā, procedere, quando voluntarie contrahitur: diuersum autem fore in eo, qui ob necessitatem vilius vendit, vel carius emit, vt tunc ob minorem læsionem ei succurratur, duoque exempla speciatim proponit, ex quibus multa alia deduci possent. Exempla Anchar. sunt in eo, qui ne familia fame periret, vel vt se hostibus redimeret, vel ad vietandam communionem aut vicinitatem socij vel vicini rixosi carius emeret, aut vilius venderet, subditque Ancha: etiam in foro exteriori & ciuili succurrendum fore. Idque ad forum canonicum refert, & multis comprobat insignis Nauar. *in cap. nouit. 6. notab. num. 92. de iudic.* Similiter ad forum contentiosum eandem traditionem refert & extollit Laure. Calcan. *con. 27. ad fin.* cuius consilio subscripterunt viri doctissimi, vt patet *ex conf. ibi seq. & eius fine.* Et ita in exemplo redimentis vexationem socij vel vicini rixosi: doctrinam Anch. sequitur & extollit Ias. §. sed iste quidem, n. 107. *Inst. de act. & Alex. ad Bar. in l. item si precio. §. fin. ff. loc. Ioan. Const. ad const. Galli. pag. 209. Pet. Gera. fin. 22. ad fin.* & generice Ancharanum vbi supra referendo sequi videtur Fel. *in c. cum causam. ad fin. de testib.*

36 Ego autem in priori exemplo de cemente vel vendente ob necessitatem, scio in iudicijs opinionem Anch. nullatenus admitti, nec magis succurri læso ob necessitatem contrahenti: atque ideo etiam in eo seruari decisionem huius l. & c. cum dilecti. Nec ista iura admittere possunt restrictionem Anchar. quæ amplior esset, latiusque inventore pateret, quam ipsa regula. Sæpissime enim contingit homines (falsum immobilia) non nisi necessitate pressos vendere. Item necessitas vendentis non inducta ex culpa vel facto euentis, non debet emptorem ipsum onerare, quoad forum exterius. Et ideo tantum ad sanitatem conscientiae traditio-

tio Anch. procedet, ex Salic. ita cautius intelligente *in autb. ad hac. q. 21. C. de vñs.* & ita colligitur ex Crem. *hic. num. 162.* probaturque in terminis per tex. vbi notant Pau. & alij *in l. non idcirco, infr. hoc titu.* vbi respondeatur, non magis succurrendum fore vendenti ex vrgen-

*g Probatur & hac eadem verior opinio contra Anchar. & sequaces ex tex. in ca. ad nostram de rebus eccl. non alienan. quem subtiliter idem noster Pine. ad hanc rem inducit inferius, ista ead. par. ca. 4. n. 27.*

te necessitate: idemque probatur *ex l. 4. C. de pig.* Ex quibus iuribus periclitatur etiam, quod aliqui referunt consuluisse Pau. Cast. vt tradit Calcan. *conf. 28. numer. 4.*

Quoad secundum exemplum emen- 37  
tis vel vendentis, ob socium, vel vicinum rixosum, credo plures ex *supra* citatis non satis rem expendisse, dum generaliter loquuntur. Si enim quis vilius vendit alicui tertio, vt vitet socium vel vicinum rixosum, nemo sanus probare debet venditorem tunc ex minori læsione admittendum fore: tum quia obstat generalis regula huius l. & c. *cum dilecti*, tum & magis, quia emptor subit tunc eandem vexationem socij vel vicini rixosi: & ita pro emptore retorquebitur argumentum Dd. ex onere & incômodo mali vicini. Sic etiam si quis emat partem socij vel vicini rixosi, non videtur audiendus, si alleget aliquanto carius emisse. Adhuc enim in iudicijs non licebit ex ea causa læsum admittere, nisi læsio sit ultra dimidiā iusta decisionē horum iuriū, iuncta reg. l. *prospexit, ff. qui & à quibus.* Maxime quod emptor, & si aliquid plus iusto precio tunc det, minus lædi videtur, tollendo seu vietando malum socium vel rixosum vicinum. Et ita retorquetur fundamentum Dd. *ex gl. l. quod s̄a, §. fin. ff. de cont. empt.* viget etiam contra Dd. quod in eiusdem terminis aliquid lucratur, qui emit partem socij vel vicini: ita enim auget valorem rei suae: vt probat tex. *notab. in l. si cui fundus 56. ff. de leg. 2. ibi, confines fundos etiam supra iustam estimationem interest acquirere:* quem tex. ornabis, & ad multa utilia applicabis in materia diuisionum ex notabiliter traditis ab Ant. Cap. *dec. 42.*

Aduerte tamen, quod IC. *in d. l. si cui fundus,* 38

fundus, respicit actus voluntarios: nec illa consideratio onerabit emptorem laesum ultra dimidiam communis & iusti precij. Adhuc enim ei succurretur ex remedio huius l. resipientis iustum & commune, non singulare premium vel interesse, ut colligitur ex generalibus verbis huius l. & l. *precia rerum, cum ibi notatis, ff. ad l. Falci.* cum ijs, quæ infra dicemus, & Dd. tractat de modo aestimandorum rerum, in hac materia facit bonus tex. in l. 1. vers. sed si rem, ff. si quid in frau. pat. ibi, opportunitatis vel vicinitatis. & ibi, nudo pacto erit audiendus. Qua ratione idem è contrario dicendum est, si vendor se laesum queratur, laesionemque augeat simili de causa, quod rem suam diuiserit, vel quod emptor plus precij dare deberet, eo quod aliam partem, vel rem vicinam habebat. Non enim dicitur damnum, nisi ex precio cōmuni, iuxta proxime dicta & tex. in d. §. si rem. ibi, *Fraus enim in damno pecuniario accipitur.* Et ita cessat argumentatio ex l. si in emptio nem, ff. de minor. quæ loquitur specialiter in minore, & in eo sing. est secundum Burg. inc. 1. col. 4. nume. 23. de emp. & vend. Ornabis autem ex multis per Tiraq. in prefat. lib. de retract. n. 44. cum seq.

## SECUNDA PARS L. I. L.

C. de rescind. vend.

### CAPUT III.

#### SUMMARY.

- 1 In materia huius l. tractatur notabilis q. de impensis, & melioramentis ab emptore factis in re, quam vendor postea auocat remedio huius t.
- 2 Ad eam q. agitur de inductione tex. in l. intra utile, §. fin. ff. de minor. & num. 3.
- 3 Adductur notabilis conclusio in materia deducendi expensis, eademque limitatur nu. 5.
- 4 Agitur de intellectu l. pen. ff. loca. circa impensis coloni, vel conductoris: & explicatur glo. ibi aliter quam scriben. fecerint.
- 5 Resolutur q. frequentissima de impensis factis ab emphiteuta, an ei, vel heredi satu. debeant.

- 8 Tractatur utiliter ad eundem effectum, an idemius sit in conductorē ad longū tempus, quod est in emphiteuta: no- naque distinctio traditur ad Ias. & Beroum variantes.
- 9 Adducitur in eō proposito noua declaratio Moli. & Baldai.
- 10 In eadem materia traditur alia declara- tio utilissima circa expensas factas ex conventione.
- 11 Tractatur exactissime celebris q. in qua variant Bar. & Bal. an per remedium huius l. resoluta ut hypotheca interim ab emptore contracta: expenduntur que Dd. argumenta, & probatur op. Bal. usque ad n. 15.
- 15 Ad opinionem Bal. noua & egregia de- claratio traditur: ut emptori succur- ratur bonam fidem agnoscendi, & num. 17.
- 18 Agitur de intellectu l. nouissime, ff. quod fals. tut. auth. quam Cagnol. hic ad- duxit.
- 19 Ex resolutione praecedentis q. infertur notabiliter contra Molin.
- 20 Latissime & utilissime confutatur vni magni momenti, quod Cag. & Go- zad. secure tradunt circa pactum re- uendendi: ostenditurque ex eore sub- tare obligationem rem precise tra- dendī: emendanturque multa à Dd. scripta, & explicantur alia ab eis con- fuse tradita ad materiam l. 2. infr. de pact. in emp. & vend. usque ad n. 29.
- 30 Agitur de donatione, vel pacto donandi pro gl & Bar. contra plures.
- 31 Tractatur ad praecedentes questiones de emptore lesō agente ex remedio hu- ius l. usque ad nu. 33.
- 34 Tractatur è conuerso de deterioratione rei penes emptorem contingente.
- 35 Agitur de gabella & laudem ijs, alijs que oneribus pecuniarijs ab empto- re vel venditore solutis, an deduci, vel repeti possint, rescissa ven- ditione per remedium huius l. usque in fin.

**D**e vigore & effectu actionis hu- ius l. non pauca ex superius tra- ditis colligi possunt: quibus alia non minus utilia addenda sunt. Inter quæ sese offert illud, de quo agit Bal. numer. 23. q. 19. si emptor fecit expensas & melioramenta in re: inquit enim, quod tunc vendor agens ex laesione vl-

tra dimidiā repelli poterit, nisi soluat expensas & melioramenta, quod probat pertex. quem dicit sing. *in l. intravtile*, 40. §. si. ff. de minor. vbi id deciditur in minore per restit. rei auocandæ ab emptore. Quem tex. no. idē Bal. *in l. fin. §. fin. nn.* 5. C. *communia de leg.* contrarium autem probat Sal. *hic q. 17.* quos refert dubitans Crem. *hic in rep. nu. 95. 4. limit.* Sed opinio Bal. verior & receptior est, quam sequitur Alexa ad Bar. *in d. §. fi. & Cagno. hic, num. 153. quæst. 20.* Burg *inc. cum causa, num. 56. de empt. & vend.* Jacobi. à S. Geor. *in l. si res, §. 1. num. 5. ff. de iure dot.* Fabia. *de empt. & vend. 8. q. nu. 4.* Boer. *videndus deci. 47. nu. 8.* Et ultra eos in minore rem vendicante est tex. *in l. si prædium, in fin. C. de præd. minor.* facit *l. in fundo, ff. derei vend.* Nec id ius reputandi expensas negatur, nisi ob dolum, d. l. *fin. §. fi. C. communia, de lega.* imo & non obstante mala fide ius co-competit ad impensas necessarias, secundum Pau. & Ias. *in d. §. fin. per l. domum.* C. *de rei ven. no. Boer. dec. 44. nu. 7.*

Licet igitur tex. à Bald. adductus, non probaret eius sententiam (vt Sal. cōtēdit) iam patet non deesse alia iura & fundamenta, quibus opinio bal. iuuetur: Sal. autem respondebat *ad d. §. fin. l. intravtile*, rem ibi præcise auferri inuitio emptore ex vi restitutionis, hic autem voluntarie emptore non supplente iustum premium. Sed pro Bal. contra Sal. replicabis ex eo. Sal. *in seq. q. vbi cum Bal. cōcludit, in casu huius l. restitutionem non voluntariam, sed necessariam appellari, quod tutius est, & fortasse receptius, vt paulo inferius deducemus.* Induci etiam noue potest tex. ille loquens de restitutione minoris, quæ læsionem præsupponit, fauorabiliorque est remedio huius l. vt ex multis deprehenditur. Ergo cum minor ibi astringatur ad impensas, multo magis teneri debet venditor, vtens remedio huius l. Aliter etiam & noue induci potest tex. *in d. §. fin.* dum indistincte loquitur de minore restitutione petere aduersus emptorem. Potuit enim læsio contingere, non quia vendiderit, sed in precio tantum. Quo casu receptius est, restitutionem minori non dari ad rescindendum contractum, vel rem re-petendam, sed ad supplementum precij: vt colligitur ex glo. Bart. & alijs *in l. si quidem, C. de præd. minor.* tradit Gozadi. *conf. 44. numer. 14.* quod fortasse latius *infra*

discutiemus *in quæst. minoris.* Sed iam in his terminis tollebatur responsio Salic. non enim tunc stare posset, quod inquit, *in d. §. rem præcise repeti.*

Ex nostra autem inductione me- 3 lius sustinetur opinio & allegatio bal. ex d. §. si. non vero ex eo, quod bal. sensit in hac quæstione, & iam expressebat numer. 16. male putans generaliter valere argumentum de restitutione minoris ad remedium huius l. quod falsum est, vt diximus *in 1. cap. huius par. numer. 33.* & latius *in seq. cap. probabimus*, quod alij in hac q. non aduertunt. Ex sententia autem bal. & communis contra Sal. satis colligitur Dd. indistincte loqui in quacunque læsione, etiam enor-missima, scu longe ultra dimidiā iusti precij, vt & tūc venditor ita laetus teneatur emptori expensas & melioramen-ta soluere, quicquid absque fundamen-to contradixerit Cagnol. *hic, numer. 153. in fin.*

Ex ijsvero ad multa similia inferri pos- 4 set circa repetitionem expensarum, vel retentionem rei pro expensis & me-lioramenti, de quo agunt plures cita-ti à Cagnol. *hic, numer. 154.* maxime Ne-guz. *de pignor. 5. par. 4. memb.* & Afflict. *in cap. 1. §. si vasallus, tit. hic finitur lex.* Pau. & Ias. *in l. si in area, ff. de condit. inde.* de cuitus intellectu agit Moli. *in consue. Par-ris. §. 1. gloss. 5. numer. 89. & seq. & Bald.* *in §. certe Institut. de rer. diu. 1/2.* Omissis autem multis, illud menti commenda, quod deducturus vel compensaturus expensas, non solum deducere, vel compensare potest premium, quod de-dit pro operis alterius, sed etiam quando per scipsum laboravit. Deducet enim premium operarum suipius iux-ta quantitatem, quæ alteri pro eisdem operis daretur, vt notat Panor. *in ca. ad nostram, numer. 8. in fin. de reb. eccl. non alien.* sed prius Bald. cuius ipse non meminit *in l. si quis, C. de rei vendit.* Quod extollit Pau. *in l. diuortio, §. fin. numer. 4. ff. solut. mair. & ibi Arctin.* videndus, & alij quos citat Boer. *decis. 24. num. 24. & prececd. & alibi Ang.* quem solum refert Moli. *in consue. Paris. §. 1. gl. 5. num. 86.*

Potest tamen restringi hæc commu-nis conclusio, ne procedat in expen-sis excessiuis, maligne ab emptore fa-cies, fortasse, quia sciebat venditorē læ-sum

sum agere posse remedio huius l. vt sic cum deterreat ob magnitudinem expensarum, argu. tex notab. in l. p. sernos, ff. de pignor. actio. quem in proposito notat Alber. in d. §. fin. intra utile, ff. de minor. Boer. decis. 47. ad si. extollit Tiraq. de retract. conuent. §. 7. n. 5. Cum autem emperor in proposito dominus sit, non obstante laſione venditoris, iuxta l. dolus, infra eod. consequitur, posse eum expensas deducere, nec eas cum fructibus compensare teneri, iuxta doctrinam gloss. celebris in l. emperor, ff. de rei vend. quam extollunt plures citati à Tiraquel. vbi supra, numer. 4. & latius dicemus infra in quaſt. fruct.

**6** Nec omittendus fuit in hoc articulo expensarum tex. notab. in l. penul. ff. loca. vbi Scœuola in colono electo respōdet eum consecuturum expēſas. Advertendum autem est, tex. ibi loqui de colono vineas in fundo instituente, quod opus rei formam mutare videbatur, & tamen colonus expensas consequitur: quod expendit, & commendat Tiraq. de retract. conuent. ante fin. §. 7. n. 16. Sic etiā Bar. & calijeundem tex. commandant, dum id iūs præstat colono vel inquilino, etiam ob culpam non soluendi electo: & ita eum extollit las. in §. action. n. 183. in fin. inst. de actio. & sing. dixit Pau. in authen. qui rem, n. 6. a C. de

a Adde Hippo. singul. 321. in fine.

sacrosanct. ecclesi. Ex quo infertur ad utilem quæſt. quid scilicet dicendum sit in emphiteuta: in quo Dd. variant, nec ullus eorum satis assequitur mentem gloss. in d. l. pen. verb. consecutum, quæſi iudicio meo, id voluit, vt regulariter idem iuris sit in emphite. electo ex eadem culpa. Idque vult etiam gloss. in emphiteuta ecclesiæ regulariter, quod Dd. non aduentunt. Excipit enim tantum emphiteutam ecclesiæ, qui rem contra legem, vel canones accepit, & sic non excipit simpliciter emphiteutam ecclesiæ, vt Dd. & gl. colligunt. Et cum gl. male intellecta, est Sal. ibidem dicens, speciale esse in emphiteuta ecclesiæ, aperte volens d. l. loquentem in colono, procedere etiam in emphiteuta priuati.

**7** Sed contra gloss. & Salic. communis opinio est, vt tex. in d. l. pen. ad colonum, de quo loquitur, restringatur: nec ad emphiteutam etiam priuati trahatur, vt

not. Bar. bal. Pau. Caſtal. ibi, Paul. & las. in d. auth. qui rem, & ibi Dec. num. 14. & las. in l. 2. num. 27. C. de iure emphit. Cagnol. in l. si quis maior, num. 53. C. de transact. Dec. consil. 518. qui resoluunt communem esse sententiam, vt distinguatur, b an emphiteut-

b Cogita, an hæc sententia vera non sit ex infra traditis, numer. 10. vbi, que ex necessitate conuentio[n]is melioramenta sunt, finita emphit. soluenda non esse ex communi asseritur, & emphit. ex natura ipsius contractus, ad melioramenta facienda teneri, & ad meliorandum conducere dicitur, atque inde hominis emphiteute appellatio proficietur, vt ex ratione Bar. in hac l. colonus colliges, & aperte firmat Paul. num. 4. & Bal. qui clare illum & colonum cum onere meliorandi expressum conducentem equiparant, faciunt tradita à Bald. hic citato in l. 1. numer. 4. versi. 4. in remouendo, C. de iur. emph. cuius traditioni omnino consonant verb. Pau. supra citati, vnde inferes contra Afflict. infra, num. 10. citatum, necessariam non esse clausulam meliorandi, cum ex contractus natura intelligatur, que sane omnia vera sunt contra communem, & ex alia communis sic deducata: aut saltē communis ratio ad differentiam coloni & emphit. circa d. l. colonus prorsus falsa est, nec sane hec noua sententia a quietate carebit, cum & idcirco minorem pensionem præstet emphiteuta, quæ tamen omnia mature identidem cogitato, & aliam semper ingentium, atque utilium expensarum rationem ineundam intellige.

sis finiatur tempore: & tunc impensa seu melioramenta solui debeant: in quo cauendum est à Bal. in l. 1. nn. 5. C. de iur. emp. & à Caſtal. in d. l. pen. ff. locat. aut emphiteuta ob culpam non soluendi ejicitur, & tunc melioramenta amittat, & Mol. in consue. Pari. §. 1. gloss. §. num. 69. Alex. in l. senatus, §. 1. in fine, ff. de leg. l. Augustin. Ber. in cap. potuit, num. 146. de loc. Quia in re, vt emphiteuta sui culpa cieetus, melioramenta omnino amittat, fortissime pro communi vrgettex. à glo. & Dd. adductus in Authe. de alie. & emph. §. si quis vero, non tantum secundum vulgarem literam, sed etiam secundum translationem Hollandri. Nec parum vrgettex. in d. l. 2. C. de iure emp. dum emphiteutam non soluenter eiſei permittit, nec eum audiendum inquit, respectu expensarum vel meliorationum. Et ita in praxi

iudicatum tradit Gui. *decis.* 169. & *decis.* 438. Rationem vero differentiae inter colonum & emphiteutam assignat Bar. & clarius Paul. *Cast.* in d.l. *pen.* ff. *loca.*

8 In eodem articulo egregie dixit Ias. in d. *Authen.* qui rem, numer. 9. d.l. *pen.* locum de colono seu conductore, ampliandam fore ad conductorem longi temporis: quod expensas repeatat, etiam si ob culpam suam ejiciatur, & in hoc conductor longi temporis, ab emphiteuta separetur. Contrarium vero magis probat Bero. in d. *cap.* *potuit,* numer. 166. cui suffragatur Dec. *conf.* 142. numer. 3. cum alijs saepe aequantibus conductorem longi temporis, & emphiteutam, idque colligi potest ex late traditis a Boer. *decis.* 234. & latissime Tiraq. in lib. de *retract.* ligna. §. 1. g. ff. 14. ex numer. 79. Ego autem in eo articulo ratione & aequitate rei satis pensata, distinguendum putarem, inter locationem *ad vitas* (ut vocant, utque sit in rebus ecclesiasticis) & inter locationem *ad decennium*, vel ad longius tempus, non tamen ultra vitam conducentis. Et priori casu, cum locatio in personas extenditur, & si omnino perpetua non sit, iure tamen emphiteusis in totum censetur, ut in ea locum habeat communis opinio supra tradita, de emphiteuta amittente melioramenta, quando ob sui culpam ejicitur. Nam & haec locatio in *vitas*, iure & consuetudine, *emphiteusis* appellatur, in caue militant rationes Bar. & Paul. in dicit. l. *pen.* ff. *locati.* Diuersum autem sit in locatione ad longum tempus, non ultra vitam primi conducentis: tunc enim (si cum iudicio attendas) non ita vigent rationes Bar. & Paul. vbi supra, nec qualitas conventionis ita tunc in uitia conduit ad expendendum in re aliena, quam videt ad successores suos non transiitram. Nec tanta ratio est, ut minori tempore fruens, magnos sumptus facere & amittere debeat. Et sic ex aequitate res haec temperanda videtur, iuxta doctrinam IC. in l. in ambiguis, 86. vers. fin. ff. de reg. iur. ibi, iustis decretis res temperanda. Nec enim perpetuo verum, nec prorsus tutum est argumentum illud Beroi, de emphiteusi ad locationem longi temporis, ut ego multis probo in commenti leg. 1. terci. parte, ex nume. 66. C. de bon. mater.

Comprobatur nostra haec distin<sup>9</sup> *ctio* ex alia, quam in eodem articulo noue tradidi, & constanter probat Mol. in consue. Parif. §. 1. gloss. 5 numer. 73. contendens ex vi verbi, emponemata, vel melioramenta, (quibus vocibus vtitur Imp. in d. l. 2. C. de iure emphit. in d. §. si quis vero, in Authen. de alien. & emphit. dum punit emphiteutam culpa sua electum) emphiteutam ibi tantum non audi<sup>10</sup> ri ob impensas ordinarias, vel modici sumptus, non vero excludendum fore a satisfactione meliorationum magni sumptus, & quae rei acceptae formam excederent, prout aedificia, vel molendinum: ne dominus cum iactura emphiteutae immodice locupletetur. Quam declarationem ex eadem vi verbi, in proposito tradit Bald. in §. adeo, Inst. de loc. Quod verius puto contra mentem Dd. indistincte loquentium, & expresse contra Guidon. d. *decis.* 438.

Sic etiam (ut utiliter articulus hic cōcludatur) receptum est, ut expensae resarcientiae colono in d. l. *pen.* ff. *loc.* & haeredi emphiteutae, finito tempore emphiteusis, intelligatur illae, quae citra necessitatem conventionis fiunt, ut tradit Molin. in d. §. num. 96. ex Ias. quem ibi citat, & colligitur ex Afflict. inc. 1. §. si va-  
sallus, numer. 12. hic finitur lex Feder. Idque in colono sentiunt Bar. & Paul. num. 4. in d. leg. *pen.* & apertius exprimit Baldus ibi, quos praedicti nouiores non referunt. Impensae enim, quae fierent ex cōventione, pars precij & pensionis censentur, ex l. fundi partem, ff. de contra. empt. Non tamē omitto, quod Afflict. vbi supra indistincte dicere videtur, nunquam emphiteutam vel haeredem eius audiendum fore, circa impensas, quando res expressim cōcessa est cum c. clausula meliorandi, ut saepe contingit.

c Hac opinio inanis esse videtur, cum ex natura ipsius contractus haec clausula intelligatur, ut noue obseruasti supra n. 7. & frustra adycitur, quod tacite inest, tex. not. in l. quod recte, in fine, C. de fideiuss. cum sim. atque etiam ob rationem, quam noster Pinelus probabiliter hic adducit.

Ego autem ob generalia verba, vel ob clausulam consuetam, quod emphiteuta rem meliorem faciat, non recedrem ab aequiori & recepta sententia, ut emphiteutae solui debeat, utiles impensae non modicæ, nec culturam respicientes, sed ædi-

edificia sic & alia, de quibus *supra*. Illa. n. generalia verba de re melioranda, non debent mutare iuris dispositionē, quum non aliud exprimant, quam quod iure continetur, vt cum iudicio colligi potest ex Pau. in d.l. pen. nu. 4. iuncta reg. l. non recte, C. de fidei s. l. qui mutuam, ff. mand. tex. notab. in l. si conuenierit. ff. pro socio. Imo clausula ex stylo parum momēti habere debet, iuxta notabilem doctrin. Bar. in l. i. num. 10. in fine, ff. de iure codicil. Resoluo igitur, vt necessitas conuentio- nis excludat emphiteutam ab ijs impensis, quæ speciatim in conuentione ex- primuntur, ita enim res tam notabilis, specialiter exprimi debet, iuxta doctrinā IC. ad multa memorabilem, in l. item apud Labeonem, §. ait pr̄etor, ff. de iniur.

11 Alia quæstio est in materia huius l. ob varietatem Dd. & rationum conflictum regia decisione digna, quando emptor medio tempore rem obligavit, an postea venditore læso agente & emptore rem restituente, resoluatur hypotheca? Bar. constantissime tenuit, hypothecam tunc non rescindi, sed rem ita effectam, ad venditorem redire, ita Bar. in l. si res, ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. solu. idem Bar. in l. vbi autem. §. sed Marcellus, ff. de in diem addict. Bar. in l. in diem ff. de aqua plu. arcen. & ibi Cuma. & Roman. Fulg. in d.l. si res, Alexan. consi. 45. numer. 4. lib. 5. Boer. decis. 18. l. nu. 10. vbi eam opinionem com- munem dicit, māle citaris *consilium* Dec. 239. ad fin. vbi de alio articulo agit. Et opinio Bart. tenuit prius Ioan. And. quæ referunt Roman. & Alexan. Et eandem tenuit Anchār. vt refert Boer. Eandem videtur sequi Alber. hic num. 18. eandem nemine citato, vt receptam tradit Corras. in l. 3. pag. 149. ff. de seruitu. Contra- riām opinionem probat Bal. hic num 17. 13. q. Imo quod tune resoluto iure em- ptoris, extinguatur hypotheca, aliud- ve onus rei impositum, & ita Salic. quest. 15. & Paul. num. 11. & ita Crem. hic, num. 189. Alex. ad Bar. in d.l. si res. Alc. in l. debit- orum, num. 2. C. de pac̄t. Neguz. de pig. 5. par. 1. membr. num. 43. Cagn. in l. 2. num. 199. C. de pac̄t. inter. empi. & vendit. Idem Cagn. hic, num. 120. Molin. in consue. Par. §. 22. nu. 45. Tiraqu. de retract. conuent. §. 3. glo. 1. num. 10. & in l. si unquam, ver. reuertatur, num. 271. Soc. Nep. consi. 119. numer. 16. lib. 2. dicens opinionem Baldi veriorem, & magis cō- munem.

In ea Dd. varietate præcipuum fun- damentum Bart. & sequacium est, quod tūc emptor videtur voluntarie rem re- stituere, cum eam retinere posset sup- plendo iustum premium, & ita inducunt aliqua iura, loquentia de resolutionevo- luntaria. Bal. autem è contrario hanc re- solutionem iuris emptoris, non volun- tariam, sed necessariam censet, arguens principaliter ex reg. l. lex vettigali. ff. de pignor. Bene etiam respondent Bal. & Sal. ad iura, quæ Bar. adducit, nec ba. incolo- rate respondet ad l. lex vettigali. quod ibi præcise res auocatur absque vlo con- sensu eius, qui rem obligavit, hoc autem casu non auocatur, nisi emptore nolēte supplere premium. Nec enim placere de- bet replicatio Baldi arguentis ex facto debitoris non soluentis canonē domino directo, quem soluendo vitaret cōmis- sum: & tamen in eisdem terminis re- scinditur hypotheca, & res ad dominum libera rēdit: Quod à remotis est, nec respicit tempus auocationis: si autem ad præcedentia respiciendum esset, omnis rescissio vel resolutio diceretur includi sub actu voluntario, cuī semper originē habeat à contractu, qui voluntarius est in sui initio.

Mihi autem opinio Bal. magis placet, 13 ex æquitate huius l. quæ səpissime eluderetur ex opinione Bartoli, maxime quum frequentissimum sit, homines cō- trahentes bona sua obligare. Nec ob- stat, si quis replicet, posse emptorem ma- gis nocere vendendo rem alteri: respō- detur enim quod emptore vendente, datur actio aduersus eum ad premium, vt *supra* vidimus. Et ita non auocatur res, nec extinguitur ius emptoris, & cessat argumentum d. l. lex vettigali. Siautem emptor possidet, & res ab eo auocatur, tunc consequenter hypotheca resolui- tur: & inducitur argumentum d.l. Quic- quid enim Bart. & sequaces dixerint, nō debet in terminis huius l. restitutio ap- pellari voluntaria: fit enim restitutio ex actione, iudicio, & sententia, quæ omnia in inuitum dantur, nec dicitur actus vo- luntarius, in quo datur necessitas, etiam- si ex duobus alternatiue debitibus electio conuento detur, vt eleganter probat Ti- raqu. de retract. ligna. §. 32. num. 67. adducens bonum tex. in l. illud, §. 1. ff. de constitut. pecu. Ad idem facit etiam tex. in l. que sub conditione, §. si quis, ff. de condit. instit.

ibi, ne alia eum urget. Et satis in terminis idem colligitur ex Alex. in l. diuortio, nu. 36. in fin. ff. solu. mat.

**14** Magis contra Bart. retorquentur iura quæ loquuntur de venditione cum pacto addictionis in diem, quæ habent, hypothecam interim ab emptore contracta resoluti, veditore postea rem auctorante, eo quod melior conditio allata sit. Non n. tunc procedit ratio Bart. quod ibi fiat restitutio præcise: namque & eo casu, primus emptor rem retinere potest, offerendo etiam meliorem conditionem, dandove maius premium, d quam aliud offert, vt habet tex.

**d** Atque idem etiā preciū, quod aliud offert, & non maius, l. si in emptionē 36. ff. de minor. in l. licet, & in l. necessē, ff. de in diem addit. Et sic, si verum esset, quod bar. inquit, de restitutione voluntaria ad casum huius l. idem dicendum fore in casu pacti addictionis in diem, quod est contra IC. in l. 4. §. sed Marc. ff. de in diem addi. & in l. 3. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Et ita contra bar. maxime retorquetur eius argumentum.

**15** In eodem articulo contra Bal. arguebat Cuma. in d. l. in ditem, Ful. in d. l. si res, ex eo, quod hoc casu emptor tenetur actione personali: hypotheca autem realis potentior videtur, concludentes opinionem Bal. ideo procedere non posse, sed eorum argumentationi sufficienter respondet: quod licet realis obligatio soleat esse maioris efficaciam, subest tamen periculo resolutionis ex dispositione iuris, finito scilicet iure obligantibus ob causam anteriorem, etiā in fauore primi nō extet realis obligatio, vt satis probatur ex generalitate tex. in d. l. lex vectigali, in qua non agitur de prælatione vnius hypothecæ ad alteram, sed de priori obligatione personali, ratione rei, qua rescinditur ius debitoris in eadem re, & consequenter, hypotheca interim contracta: vt deducitur ex d. l. lex vectigali, quam nos multis ornauimus in comment. l. in 3. par. n. 72. C. de bon. matern.

**16** In eodem articulo subdunt Bal. & Sal. hic suam opinionem intelligendam fore, quando emptor ex necessitate iudicij rem restituit, secus si extrajudicialiter, & omnino voluntarie: quo casu admittunt opinionem bar. Et ita Cagn. num. 111. qui tamen contra arguit ex regula, ad quam særissime citatur tex. in l. nouissime, ff. quod falso tut. auto. paria esse aliquid ex necessitate facere, vel timore necessitatis: cui argumento Cagn. non respondet. Ego respondendum arbitror id arg. non obstare, sed potius concedendum fore: nam & hoc casu in effectu idem ius erit, si emptor absq; fraude ante sententiam vel iudicium, rem vendori læso restituat: quod Cagnol. non percepit, ostendetur vero statim num. seq. Loquuntur autem Dd. de restitutione necessaria per sententiam, ne tertio fraus fiat: vt in simili diximus supra in 2. par. Rub. c. 2. numer. 3. & in simili specie notat Molin. in consue. Paris. §. 22. num. 81. ad fin. facit iuris decisio in materia euictionis, iuxta l. emptor, C. de euictio.

**17** Ex qua similitudine actionis de euictione, eleganter deduci potest, tutius esse, quod restitutio in nostra q. fiat post probationes & sententiam, vt sic rescindatur hypotheca interim contracta. Si tamen ante iudicium vel sententiam emptor agnoverit bonam fidem, & rem vendori læso restituerit, adhuc venditore se tueri poterit ab eo, cui res obligata fuerat, probando læsionem ipsam, vt probanda fuisset in iudicio, ex remedio huius l. quia eodem modo, & cum eodem onere probandi, ad repetendum premium à venditore admittitur emptor, à quo res euicta fuit, eo (incaute) non denunciante litem venditori, vt colligitur ex relatis à Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 18. num. 63. & præced. vbi in simili agit in terminis nostræ l. & q. clarius vero in emptore ad repetendum premium tradit Molin. in consuet. Paris. §. 44. ad fin. n. 25. idem ad Alexan. cons. 63. lib. 6. & Afflict. lib. 3. feud. tit. de contro. int. Vasal. & alium, num. 24. fol. 86. quæ opinio, vt receptio traditur à D. Couarr. lib. 3. resolut. ca. 17. num. 6. & Iaf. in l. si domus, §. de euictione, n. 14. ff. de l. 1.

Dum vero Cagn. ad propositum adducit reg. d. l. nouissime, ibi, aut metu ne compelleretur: iam vides eam regulam aliqualiter hic conducere, emptore timore iudicij rem restituente, cum one retamen probandi postea veram ipsam læsionem, quod onus vitaretur, spectata sententia ex remedio huius l. Nō omitto, quod d. l. nouissime, vt notab. commendat Bald. ibi, ad prædictam reg. & Iaf. in l. 2. num. 4. C. de transact. notat Xuar. alleg. 23. pag.

pag. 2. ornat notabiliter Dec. in c. cum M. num. 34. de constit. Hippol. in l. I. ex num. 42. ff. de quest. extollitque Alexan. consil. 99. num. 6. lib. 3. Aduerto tamen contra plures ex proxime citatis, & contra alios alibi, ad verum intellectum d. l. IC. ibi non agere de materia metus, seu edicti, quod metus causa. in quibus terminis Dd. cam l. citant. Tunc enim non quilibet metus excusat, sed magni periculi, quod timendum sit a constantiviro. At in d.l. non iste, non punitur tutor, nisi qui dolo facit, & ideo IC. excusat cum, qui compulsus fecit vel in metu compelleretur: ut sic vitetur dolus, ad quem vitandum minor causa sufficit, quam ad iustificandum metum, quum dolus ex causa etiam minus colorata cesset, vt in l. sed & si lege, §. scire, ff. de peti. har. & in ligitur, §. potest, ff. de lib. caus. Ias. in l. qui iurasse, num. 5. ff. de iure iur. Dec. consil. 37. col. 4. cum alijs que omitto. Et ita utiliter resoluitur praedicta quæstio, varietasque scribentium.

19. Ex deductis in precedenti q. liquet, aliquando venditionem vel similem alienationem totius rei factam ab emptore, non irritati a venditore, agente & obtinente ex remedio huius l. nec enim rem alienatam auocare potest a tertio, in quem alienata fuit: ut supra deduximus in l. cap. huius par. hypothecam vero vel pignus eiusdem rei, ab emptore interim obligatae rescindi: venditore ex eodem remedio huius l. rem auocante ab emptore: & ita eleganter ex diuersitate rationis limitatur vulgaris regula de toto ad partem, l. que de tota. ff. de rei vend. cum notatis ab Ias. in l. qui sine ff. de cond. ob cau. Inde magis infertur, lapsum in tali argumentatione in hac re fuisse doctum & ingeniosum Mol. in consue. Par. §. 22. num. 57. char. 213. col. 3. & §. 30. nu. 85. char. 26. dum reprehendit Ripam in l. fi. q. 42. C. de reno. dona. vbi sustinendo opinionem Alber. in l. his solis, eod. tit. dixit, quod si donator rem auocauerit ob ingratitudinem, rescinditur hypotheca interim a donatario contracta: & ita Tiraquel. in l. si unquam, verbo, renuntatur, n. 172. Quod Molin. improbat ex dict. leg. his solis, vbi alienatio antea facta a donatario ingrato, non rescinditur. Sed Alber. & Ripa ad eam l. responderunt, separantes in hoc hypothecam a tali alienatione: nec male, si adiuerteras ad l. in quorum, & l.

lex vestigali, ff. de pignor. in neta l. fin. & contumini resolutione, C. de tute en. ph. cum egregie traditis à Neguz. de pign. 2. par. 2. memb. num. 28. & seq. Nec valet argumen. Mol. de toto ad partem, seu de totali alienatione ad hypothecam, constat enim ex proxime deductis secundum receptionem & veriorem sententiam in nostra quæstio. simillima irritari hypothecam rei inuictæ penes emptorem, non vero alienationem ab eo factam, quod mirum est, non aduertisse Mol. cum ipse fecutus sit opinionem Bal. in hac q. vt supra diximus.

Nec omitto aliud magni momenti, 27 quod secure scribit Cagno. hic n. 110. & in repet. l. 2. infra de pac. inter emp. & vend. numer. 129. q. 29. qui arguens pro opinione Bal. in eadem q. inquit, eum qui emit cum pacto reuendendi suo venditori restituto precio, non teneri præcise reuendere seu rem restituere, etiam si habeat facultatem rei tradendæ, sed tantum ad interesse obligari, idque multiplicitate probare conatur Gozadi. in repe. d. l. 2. col. 2. & seq. citantque Alexan. Cor. Dec. in multis consilijs, & primo Cag. hic, d. numer. 110. adducit Alex. consil. 10. lib. 1. Sed Alex. agit ibi de re interim prouersus alienata & apud tertium existente, non quando adhuc est penes primum emptorem, & sic patet, esse casum longe diuersum, maxime si repeatas proxime dict. numer. preced. imo & tunc contra Alexan. est æquior opinio Paul. Cast. in l. si cum venderet, ff. de pign. act. in qua Dd. nimis variant, vt post Tiraqu. Couarr. & alios late id tractantes, non superfluo labore, nec aliorum dicta transcribendo, copiose trado in electione seu commen. l. quoties, C. de rei vend. codem modo nihil ad rem facit consil. Dec. 239. quod etiam adducebat Cagn. hic citant etiā Cagn. & Gozad in d. l. 2. consil. Corn. 256. lib. 1. vbi Corn. col. 2. hoc sentire videtur, sed facti qualitas, seu species non satis ibi exprimitur, vt agnoscat, qui consilium illud attente legerit, dicit etiam Cagn. ibi hoc tradi ab Aret. consil. 6. sed Aretin. ibi loquitur in diuersis terminis, vt inferius ostendimus, imo si diligenter inspicatur, videtur contrarium probare in terminis supra propositis: Citat etiam Cagno. Alex. consil. 232. ad si. l. 6. Sed Alexander loquitur aperte, quando res alienata est,

est , nec apud primum emptorem reperitur , vt supra dixi. Citat ibidem Curtium(intellige seniorem) consi. 12. sed hic agit interminis Alex. d. consi. 10. & præced. vbi res non est iam apud emptorem. Citat etiam Soc. consi. 253. quæst. 3. col. 4. lib. 2. qui magis contradicit, vt inferius explicabo cum consi. Aret. Citat etiam lai. qui aliud probat, vt infra resoluam. Eodem modo Cagn. & Gozad. incaute pro sua opin. citant eos, qui sequuntur opinionem Alex. d. consi. 10. lib. 1. contra Paul. Cast. in d. l. si cum venderet , qui omnes magis contradicere videntur: quia loquuntur , vbi res iam erat alienata, & ita nō obscure sentiunt emptorem præcise teneri ex eo pacto: quando rem penes se habet, & ita colligi videtur ex Dec. consi. 88. nu. 3.

Possent Cagnol. & Gozadi. colorare 21 suam opinionem ex Pau. post glo. in l. in bona fide i. ff. de eo quod cert. loc. distinguendo pactum de vendendo à venditione: & quod plurimi Dd. per eam differentiā tradunt, vt licet vendor habens facultatem rei tradendæ , teneatur præcise tradere: nec liberetur præstanto interesse secundum gl. receptam in §. precium, Insti. de emp. & vend. glo. & Bart. in l. prima. ff. de act. empt. cum multis alijs, vt late probauit, aliqua iura noue inducendo in commen. l. i. in tertia parte, nu. 25. C. de bon. mater. diuersum traditur in pacto de vēdendo, vt tunc nō teneatur promittens præcise tradere, secundum Dec. consi. 502 num. 8. & alios citat Tiraq. de retract. conuen. in fine, nu. 55. & nouiss. Riminal. in §. 1. nu. 60. Insti. de dona. inuolute Gome. in prin. insti. de action. col. 2. & non explicite Boer. decis. 48. Purpur. in l. i. col. 6. ff. de iurisdict. omn. iudi. Sed latius quam alibi ad differentiam contractus & promissio- nis de contrahendo agit Tiraq. vbi sup. ex nu. 41. Sic igitur videretur dici posse in hoc pacto, ne præcise obliget.

22 Ex his generalibus , & speciatim ex authoritate Goz. & Cagno. repetentium d. l. 2. non pauci decipi poterunt: recep- tumque & verum putabunt, vt ex eo pa- cto reuendendi non resultet præcisa ob- ligatio, etiam data facultate rei tradendæ: vt prædicti Dd. asserunt . Ego autem ab hinc multis annis, hos & plures alios im- prouide lapsos , eorumque opinionem veritati & publicæ utilitati contrariam arbitror. asseroque, nō solum verius esse

sed & longe receptius videri , vt ex pa- cto d. l. 2. C. de pacl. inter emp. & vend. em- pto rem possidens seu habens facultatē rei tradendæ, præcise teneatur tradere, vel restituere dato sibi precio, nec libe- retur præstanto interesse , quod in ter- minis d. l. 2. & in pacto illo frequentissi- mo reuendendi (quod concipi solet per eadem vel æquipollentia verba) manife- ste probat d. l. & ibi sentiunt communiter scriben. quicquid cauillentur Goza. nu. 26. & Cagn. comminiscentes perple- xitatem eius, quod interest: cum lex per- spicue probet, rem ipsam tradendā fore. Idem fatetur in his terminis Aret. d. consi. 6. quem illi male referunt: hoc etiam nō obscure volunt Alex. & plures, quos illi incaute citant: dum scribunt empto- rem ex pacto reuendendi teneri ad in- teresse, si alteri vendiderit: quasi non tā- tum ad interesse, sed præcise ad rem tra- dendam teneatur , quando habet facul- tatem rei tradendæ, Aymo. cōsi. 201. Soc. consi. 80. lib. 3. Iaf. consi. 128. lib. 4. Rubeus consi. 159. Boer. decis. 182. Curt. Senior. cōsi. 12. Iaf. in l. ab emptione, ff. de pacl. Hispanus Xuar. in l. post rem iudicatam, fol. 129. Hanc sententiam satis probat Ba. ( si cum iudi- cio legatur ) ipse enim semper retinuit restitutionem, quæ sit ex eo pacto reuē- dendī, necessariam seu præcisam dici de- bere. Ita Bar. in d. l. in diem, ff. de aquapluu. arc. Bar. in l. si res. ff. quib. mod. pign. vel hy- poth. sol. bart. in l. ubi autem, §. sed Marcellus, ff. de in diem addit. maxime, cum inquit, tunc esse magis præcisa restitutionem ex eo pacto, quam ex remedio huius le- gis. Eadem opinio receptissima videtur ex Bald. Salic. Paul. & omnibus scriben. supra citatis , ad quæstionem nostræ le- gis, ex nu. 10. Discordant enim tantum in auocatione rei ex capite læsionis , con- cordant vero omnes in restitutione ex vi illius pacti: quasi absque dubio asse- rentes, tūc dici restitutionem ex neces- sitate præcisa, vt supra deduximus, in quo misere hallucinatur Gozad. in d. l. 2. num. 37. versi. non obstat : quod Cag. aduertere debuisset. Et ultra citatos, id tanquam receptissimum tradit Mol. in consue. Pa- ris. §. 22. nu. 18. & n. 40. & §. 13. gl. 5. nu. 39. & seq. Hoc interminis vult Alex. (quem ibi male citant) consi. 232. n. 1. lib. 6. vbi præ- cise obligatum inquit emptorem ex hoc pacto: tantumque in fine excipit casum, in quo res fuerit alienata : hoc voluit

voluit Dec. si bene inspiciatur, in consilijs citatis ab eodem Cag. Idem apertissime tradit Soc. (quem deterius referunt) *conf. 253. col. 4. n. 7. lib. 2. vbi afferit tāquam sine dubio, tunc præcise teneri emptorem ad tradendum.*

<sup>23</sup> Idem noue colligo ex Pau. ( quem Cagnol. & Tiraqu. vbi *supra*, & alij in contrarium male adducunt) *in l. in bona fidei, ff. de eo, quod cert. loc.* Pau. enim non loquitur de pacto reuendendi: & sic nō potest obstare, cum in hoc pacto res sit fere indubitabilis, vt *infra* ostendam: sed etiam in promissione vendendi loquitur Paul. quandoverba concepta sunt tantum in fauorem emere volentis: tūc enim dicit, eum non arctari ad emendum, quia negotium voluntati suæ commissum fuit, quod pulchre confirmabis ex doctrina *l. 2. ff. de legat. commis.* Et ita cum Pau. est boer. *decis. 48.* & Anto. Rubeus *conf. 29.* Sed & tunc Ias. ibi, & alibi contradicunt, vt per eos & Galatul. *in repe. rub. ff. de verbor. obligat. n. 114.* Hæc opinio Reip. vtilior est, vt qui non aliter res suas distraherent, non fraudentur iure illo recuperandi. Eandem opinionem vsus vbique recepit: & ita secure, quasi sine controueria notat Chass. *in confue. Burg. rub. 5. §. 1. numer. 38. versi. dixi etiam.* Et ita in fortioribus terminis in pacto non formato, nec tanti vigoris æquisime iudicauit senatus Parisien. vt (post multa vtrinque adducta, nec satis explicata) tradit Tiraq. *in d. lib. de retract. in fin. numer. 60.* iuncto themate proposito, *nume. 25.* Quod etiam suadetur, quia hoc pactum declaratur ex venditione principali, in qua concurrunt omnia requisita veræ venditionis, & ideo pactum reuendendi tunc adiecitum, restituto præcio nihil differt à pacto, de quo loquitur *dicta l. 2. & cap. ad noctr. de emp. & vend.*

<sup>24</sup> Ex quo infertur, non satis rem hanc percepisse Tiraqu. in copioso tractatu eiusdem retractus conuentionalis, *§. 1. gloss. 7. in fin. vbi q. proponit*, nec eam resoluti, citans Dd. in alijs terminis loquentes, non in pacto reuendendi pro eodem præcio, quod idem centeri debet, ac pactum restituendi, de quo agit *dicta l. 2.* putavitque Tiraq. in his terminis esse articulum ambiguum, cum vere ex regulis iuris & æquitate non possit recedi à conuentione licita, nec

dubitari debeat emptorem præcise restituere debere, si facultatem habeat rei tradendæ. Graues autem Dd. dubitantes & distinguentes loquuntur in diuersis terminis, vt mox explicabo. Vnde etiam peritus lector deprehendet, huius rei veritatem non perceperisse Ias. *in l. si vir. ff. de prescr. verb.* Cum enim IC. ibi agat de pacto rei pro eodem precio restituendæ, non erat indecisum relinquentum, quasi nimis controuersum, an eo casu emptor præcise teneatur rem tradere & restituere, an soluendo interesse liberetur? occurrit enim tex. clarus *in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* cum *supra* notatis, nec de eo dubitauit Aret. inibi ab Ias. adductus.

Ex eadem resolutione infertur nota. <sup>25</sup> bilis differentia, (ad quam Dd. non aduertunt) inter pactum vel promissionem vendendi, & pactum hoc reuendendi, vel restituendi rem restituto præcio. Nam priori specie cum alia venditio non præcedit, dubitari potest, an promissio æquetur venditioni: & an maioris sit efficaciam veditio, quam promissio de vendendo, ex glo. & traditis ab Ias. *in d. l. in bona fidei, ff. de eo, quod cert. loc.* latius Tiraq. vbi *supra* & boer. *dict. deci. 48.* Sed vbi præcedit perfecta venditio, ad quam fit relatio in eo pacto reuendendi, nō est ea dubitatio, sed potius id pactum censendum, pars prioris venditionis, vt Aretin. egregie aduertit *dict. conf. 6.* per vulgarem *l. fundi partem, ff. de contrah. emp. & l. qui fundum 75. eod. tit. & l. tenetur 9. §. 1. ff. de act. emp.*

Addo etiam ultra Aretin. & omnes, <sup>26</sup> quod in hoc pacto adiecto venditioni, satis videtur eius rescissio, vel rei restitutio arbitrio & facto vendoris relinqui, si precium emptori restituat. Que conuentio simul cum principali venditione contracta præcise seruari debet: nec est, cur ab ea recedi valeat, iuxta *l. 1. & seq. C. quando lsc. ab emp. disce.* siue etiam diceretur cum aliquibus agi tunc de noua venditione: adhuc secure dicendum est, emptorem præcise teneri rem vendori restituere, quia preciu[m] expressum est, nempe, quod datum est ab eodem emptore. Concurrunt igitur requisita emptionis, res & precium & consensus, solaque ibi videtur adiecta conditio, si vendor precium restituat, quæ prorsus in eius fauorem a liicitur, & ita cum effectu

effectu accipi debet ex d. l. 2. ff. lege commis. Cum igitur vendor postea preciu restituit, purificatur conuictio illa retratiua, quasi à principio pure fuisset ei dem res vendita, iuxta doctrinam tex. in l. potior, ff. qui pot. in pig. hab. ibi, Cum enim semel conditio extitit: perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio facta est, sine conditione facta esset. Ac proinde, consequitur ex hoc pacto resultare præciam obligationem rei tradendæ, sifacultas suppetat, prout in venditione habet communis opinio cum gl. & Bar. vbi supr.

27 Inde notabiliter deducitur in his terminis, parum referre quoad rei effectū, an pactum appelletur reuendendi, seu de retro vendendo (vt vulgo vocatur) an pactum restituendi: vt aliqui præpostera subtilitate ad sonum verborum, non ad effectumattendent, distingue solent, vt Corn. consil. 4. lib. 1. & in aliis consiliis post Aret. d. consil. 6. & conf. 28. & alij, citati à Tiraq. in d. lib. de retrah. conuen. §. 1. gl. 7. in fine: & maiori verborum fastu Cagno. in d. l. 2. nu. 13. in 3. not. C. de pact. inter empt. & vend. & ibi Gozad. A prudenuibus enim & pe ritis substantiae & effectus ratio præcipue habenda est, l. mulier, ff. ad Trebel. l. 3. cap. de instit. & subtit. l. si uno, ff. loca. magis etiam mens disponentis, quam verba attendenda, vt in l. quisquis, 116. ff. de verb. significat. l. fin. Cod. que res pig. oblig. pess. & ita cessat eadem differentia verbalis, quam vt noue à se animaduersam tradit Corras. lib. 3. misc. c. 9. in prin.

28 Non tamen negauerim, apud peritos magis propriodistinguendum videri inter ea verba: vt pactum restituendi dicatur, quod communiter vocatur de retro vendendo, est enim idem, de quo loquitur d. l. 2. C. de pact. interempt. Proprius autem dici videretur pactum reuendendi, quando non pro eodem precio, sed novo, vel aliis conditionibus res veniret restituenda vendori: quasi tunc nouatio illa diuersam venditionem indicat, vt nomen reuendendi magis congruat: iuxta supra tradita, & in l. ab emptione, ff. de pact. facit tex. in l. duo 72. ff. pro soc.

29 Ex his deducitur contra Cagno. & Gozad. vbi supr., & contra plures ex supra citatis, hoc pactum reuendendi non

differre à venditione sub ea conditione restituendi precium, quæ purificatur præcio restituto, ut sup. probauit. non debet ergo tale pactum simplex de vendendo appellari, nec in eo verificatur glo. dict. l. in bone fidei. ff. de eo, quod cert. loc. contra eosdem Cagno. & Gozad. contra Tiraq. in d. libr. de retract. §. 1. gl. 7. in fine, & in fine eiusd. tract. ex num. 41. Ex quibus rectius intelliges Alex. in multis consilijs, & Aret. d. consil. 6. & consil. 28. & Dec. in multis consilijs, & Matth. notab. 46. dum loquuntur de simplici pacto de vendendo, illud à venditione distinguentes: e sentiūt enim & agunt

e Nota, quod retenta hac veriori opin. si tamē expressim eodem precio rem reuenditum iri conuentum non sit, emptor præcise rem tradere non erit compellendus, ex qua limitatione eleganter inferes prioris verioris & receptoris sententia rationem in eo non consistere, quia hoc pactum de reuendendo pars sit alterius perfectæ venditionis, contra supra tradita, num. 25. eadem enim ratio militat, quando non eodem precio rem restitutum iri conuenit: sed potius ea elegans est ratio, quoniam cum substantialia & requisita emptionis interuererint, venditio censetur facta sub eadem conditione, si vendor precium restituerit, ut sup. nu. 261.

de simplici promissione, quæ non sit pars alterius perfectæ venditionis: vel quando pactum non est perfectè explicatum pro eodem precio, sed spectat nouam explicationem: tunc enim deficiunt substantialia emptionis, quæ sine precio certo non consistit, l. pacta conuenta, ff. de contra. empt. cum late supra in Rub. adductis. Quam resolutionem & differentiam colliges ex Soc. d. conf. 253. n. 7. lib. 2. ex Aret. etiam & ijs, quos citat in dictis conf. 6. & 28. & ex alijs in hac recitantibus dicta bar. & aliorum in l. fissidius. §. meminisse, ff. de leg. 1. satis colligitur ex Rubeo, d. conf. 29. & in hoc satis induci potest gl. recepta in l. in ement. C. de contra. emp.

Hinc cessant argumenta, quæ Tiraquel. & alij adducunt circa differentiam contractus, & pacti de contrahendo, & Galiaul. in Rub. ff. de verb. oblig. ex n. 115. vbi mire vacillat. Hinc etiam inseritur ad gl. f. notab. in §. aliae, verbo

f De hac etiam glo. videto late Cest. in l. si ex cautione pag. 265. C. de non numer. pec. n. 4. vbi contrarium opin. subtiliter agit, verū mani-

enimvero quicquid ille & alijs argutentur, gl.  
opinio verissima est, quia, ut noster Pinel. ait,  
vidonatio a reru traditione non auspicatur,  
nihil aliud, quam promissio donandi subtextitur,  
& parum nihilque reipsa interest, quibus ipsi confletur verbis.

manifestauerit, institut. de donat. circa quam  
nimis variat scriben. Glo. dixit donationem  
esse non tantum si per verba presentis  
temporis donetur, puta, *dono tibi cemum*,  
sed etiam per verbafuturum temporis, vt, *dona-*  
*bo tibi cemum*. Dd. nimis variant, plures  
que contendunt non esse tunc donationem,  
sed promissionem de donando:  
inferentes, in ea promissione non pro-  
cedere decisionem. *si quis argentum, §.*  
*final. C. de dona.* vt sic promittens tunc  
citra stipulationem tradere non tenca-  
tur, quam opin. maxime asserit Salic.  
quem sequitur Alex. in l. iurisgentium,  
num. 11 ff. de pœt. vbi ad idem refert Ioan.  
Imol. & speciatim improbat d. glo. & ita  
cum Sali. & Alex. sentit Dec. in l. si pœt.  
quo pœnam, col. 3. C. de pœt. & ibi Alcia.  
Alios etiam in id refert Tiraq. de retract.  
conue. in fine. nu. 47. & ita non citata d. gl.  
tradit Excali. de pactis. n. 392. & Galiaul. in  
Rub. ff. de verb. oblig. num. 11. & nu. 120. vbi  
alios refert; & ita Alcia. int. l. n. 21. secun-  
dum vna imprecisionem, vel 15. secundum  
aliam, ff. de verb. oblig. & non citata d. gl.  
ita tenuisse Francisc. Rampon. refert  
Imol. in l. edibus, §. 1. col. 2. ff. de donat. &  
Baptista Cazial. de pact. quest. 6. num. 44.  
Qua in re caendum est à Galiaul. &  
Alci. vbi sup. qui pro hac opinione citat  
d. glo. contrarium apertissime dicentem,  
nec sensum dict. gloss. perceperunt Fab.  
& Ang. ibi. In quo variauit Angel. Arc.  
qui in d. §. 1. contra gloss. concludit; pro  
ea vero in §. in personam, col. 5. versic. sed  
tamen ego, Instit. de action. Est igitur con-  
tra praedictos opin. d. glo. vt per verba  
illa de futuro, inducatur donatio, & tunc  
locus sit dict. §. si. l. si quis argentum, & cum  
glo. est Ioan. Fab. in §. alia, nu. 2. Instit. de  
dona. Bar. in d. l. iurisgentium, ff. de pact.  
hoc secure tradens, & Ang. quem Alex.  
refert; & prius Azo in summa, C. de  
dona. & hanc partem constanter probat  
Fortun. in d. l. iurisgentium; & ita Gome.  
(licet inuoluat) in §. in personam, num.  
41. Instit. de action. ibi Iasi. num. 57. tra-  
dens, hoc vt receptissimum, tantum  
que dubitari de nomine actionis; &  
non citata gloss. ita secure tradit Af-

flict. decision. 61. numer. 1 & Hieron.  
Verius in Rub. ff. de ver. oblige. num. 241.  
& opinionem gloss. dicit veriorem, &  
magis communem Ripa libr. 3 de donat.  
respon. 12. Mihi verior & omnino tenen-  
da videtur opinio gloss. quia vbi dona-  
tio statim re seu traditione non perficitur,  
satis videtur tunc vere donatio  
esse in promissione, nec ob verbum de  
futuro minus desinit esse donatio: nec  
plura membra, seu plures diuisiones  
constituerem inter donationem incipi-  
tentem à traditione, & donationem  
incipientem à promissione. Aduerto  
enim partes tunc verbo futuri temporis  
vti, eo tantum, quod res statim non tra-  
datur: quicquid contra sonent verba Ful-  
ges in l. fin. nu. 12. ff. de cond. ob cau.

Duas qq. præcedentes ample tracta-  
uimus in terminis huius l. cum vendi-  
tor laesus ultra dimidiā rem auocat,  
emptore non supplente iustum pre-  
cium. Nunc videndum quid è conuer-  
so, si emptor laesus agat, venditor recu-  
sans restituere quod accepit supra iu-  
stum precium, totum precium accep-  
tum restituat, & rem accipiat iuxta ele-  
ctionem sibi competentem: tunc au-  
tem ad questionem impensarum, &  
meliorationum puto idem omnino di-  
cendum quod supra traditum est, quādo  
venditor laesus agit. Viget enim eadem  
æquitas, eademque ratio, vt emptori ne-  
cessariæ, vtileisque impensa resarciantur,  
vt ex mente Dd. colligitur. Imo tunc  
magis fauendum videtur emptori tam  
graueriter laeso: argumento tex. in l. debet,  
ff. de edil. edi. Quia vero superius aliqua  
diximus circa impensas in re factas, non  
omitto, quod impensa ad custodiā rei,  
non dicitur ad culturam tantum, vel ad  
fructuum collectionem pertinere, per  
tex. (quem summe commendat Bar.) in  
l. cum quereretur, §. 8. vel secundum Flore.  
60. §. prædiis, ff. de leg. 3. extollit Dec. cōf.  
420. num. 4.

In iisdem terminis, si emptor laesus  
agat, quoad proximam q. an hypotheca  
ab eodem emptore contracta resolu-  
tur venditore rem accipiente? Colligi  
potest ex verbis, & mente scriben. hy-  
pothecā tunc non resolui, sed rē cū one-  
re ad venditorem redire. Id enim omni-  
no & indistincte volunt Bart. & sequa-  
ces, vt supra retuli. Bal. autem & alij cum  
sequentes, cum à Bar. recedunt, loquun-

tur tatum, quando emptor non agit, sed conuenitur remedio huius l. Tunc enim dicunt eum non voluntarie, sed ex necessitate iudicij rem restituere: non obscure sentientes contrarium fore, quando idem emptor ageret: idque magis colligitur ex Bal. n. 17. Sal. quæst. 12. dum respondent ad l. si debitor. in princ. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sal. vbi si emptor rem obligauit, & postea redhibitorie agit, non resoluitur pignus vel hypotheca: Respondent enim Bal. Sal. & qui eos sequuntur, hypothecam tunc non resoluui, quia idem emptor rem obligans eam redhibet, & agendo videtur voluntarie titulum rescindere: atque ideo ex facto voluntario, eiusdem qui re obligauit, non auferatur ius creditoris quæsum: quod quidem summo iure procedere videtur ex d. l. si debitor, & tex. simili in l. bouem, §. pignus, ff. de adil. edit. vbi gl. ita notat, & hanc rationem assignat.

33 Sed quævis id ex scripto iure, & Dd. autoritate negandū non videatur, poterat fortasse ratione & equitate contraria sententia magis probari. Aduerto enim ex ea opinione conseruandi hypothecā, maximi grauamen venditori inferri, ad quæres cu onere obligationis reddit: unde sicut ex opin. Bal. quæ verior, & receptior videtur, vèditore ipso agète rescinditur hypotheca ab emptore imposta, non minus videbatur idem dicendū, si emptor agat, vt vtroque casu venditor preciū acceptū restituens, rem suā libere consequatur. Sed quia iustitia præcepta nō ferūt, vt ex obligatione alterius, vèditor aliquādo rē amittat, emptor necessario in talem cœntū ad interesse obligatur: nec vèditor tenetur à principio rē accipere nisi libera, & omni onere soluta restituatur: poteritq; repellere emptore aliter faciente: vt colligitur ex d. §. pignus, l. bouē, & notat gl. in l. quod si nolit. §. §. mancipiū, verb. præstaretur, ff. de adil. edi. facit reg. tex. in l. Iul. §. offerri, ff. de act. emp.

34 Vidimus superius, quid juris sit, vbi emptor impensas facit, & rem meliore reddit, vt scilicet venditor rem auocās, impensas resarcire teneatur. Non tamen Dd. satis explicant, quid dicendū, si emptor interim rem deteriorē reddit: in quo videtur contra emptorem respondendum, quando eius culpa deterioratio contigerit, vt contrariorum eadem sit disciplina, item quia id habetur in

actione redhibitoria, in qua emptor tenetur de damno eius culpa contingēte, l. quod si nolit. §. si mancipium versi. culpam, & in l. cum autem, §. cum redhibetur, ff. de adi. edit. vbi gl. & Alb. notant, non excusari emptorem, licet eo tempore integre dominus rei sit, vt sic reiicias fundatum cuiusdā Bago. contradicentis in emptore obligato restituere ex pacto vel statuto, aut consuetudine retractus: quem merito reprehendit Tiraq. deretra. lign. in fine: n. 63. & n. 70. vbi recte ad nostrā questionem expenditā sentire. Dd. dū cum gl. tractant de re perempta absque culpa emptoris, in quo non parū variat, pluresque adhuc contendunt emptorem non liberari, vt sup. deduximus in l. c. huius 2. par. Hoc autem contra emptorem magis procedet, vbi ipse sciat, vel suspectur venditorem laesum prope acturum: tunc enim maligne rem deteriorē fecisse cēsabitur argumento tex. in l. & hac dist. 38. §. cum fundum, ff. loca. & in emptore obligato reuendere ex pacto, non dubitandum fore, quin teneatur ex deterioratione, culpa sua contingente, recte tradit Tiraq. d. n. 70. in si. probatq; Cag. in l. 2. n. 289 q. 84. C. de pact. inter emp. vbi excusat emptorem vt tentē re ad vsum destinatū, licet per vsum minuatur. In idq; debuit adducere doctrinā tex. in l. nō vtiq. §. 1. ff. de rei vēd

Ad effectum etiam actionis competentiis, ratione lesionis ultra dimidium, utilis investigatio à Dd. omissa est circa onera vel tributa pecuniaria à venditore vel emptore soluta, an & à quo repeti possint rescisso contractu? Quia in re considero alia esse onera quæ priuatis personis soluuntur, vt laudium in emphiteusi domino directo, vel reueium patrōno in feudo: alia, quæ fisco soluuntur, vt vectigalia, velsimilia onera publica. Considero item duplēm in hoc articulo cadere inspectionem: primam, an condici vel repeti possit ab eo, cui solutum est, quasi post rescissum contractum restituere teneatur is, cui tributum solutum est: alteram, an agens à conuento vel conuentus ab agente repeteret, vel imputare debeat. Quoad laudium vel simile onus, exprestim notat Molin. in consuetud. Par. §. 22. num. 18 in fin. char. 206, col. 3. & nume. 42. & 43. eod. §. dicens, quod rescisso contractu ex remedio huius l. restituere debeat dominus laudium vel reueium sibi solutum,

tum, idemque probat in rescissione per beneficium restitutionis, *nun.* 35. & 39. idque confirmatur ex Alber. post antiquiores *in l. ab emptione, col. 3. num. 8. ff. de pact. dum citat l. 1. ff. de condic. ob caus.* Liuersum autem erit in vestigali vel onere fiscalis, quia tunc etiam post rescissione contractus manebit peries fis- cum tributum illud ei solutum; nec ab eo repeti poterit: ut in maiori rescissione per actionem redhibitoriam notat Bald. *in l. si predium, num. 6. versi. nunquid, Code adil. act. quem refert & sequitur Molin. in d. §. 22. num. 40. cum iudicio aduertens hanc differentiam, inter vestigali fisci, & ius domini directi, quod raro alibi animaduersum videbis: & in vestigali vel gabel. cum Bal. id probat Firmian. in tractatu de gabel. 8. par 4. mem. n. 33.* Ex Mol. autem rationem differentiae inter ea onera videbis, in quo separata est causa nullitatis, ex contractu enim nullo non debetur gabel. & soluta restitui debet, secundum Dd. & ita in sententia declarante contractum nullum, loquitur & intelligi debet constitutio apud Lusitanos, *dos artigos das fiscas.* non vero in alienatione rescissa per remedium huius l. vel actionis redhibitoriae, cum Bald. & alijs.

**36** Longe diuersum etiam ius erit, in rescissione ex pacto reuendendi, in quod non solum non reperitur tributum publicum, vel priuatum ex primo contractu solutum, sed etiam contendunt plures scriben: nouum tributum ex reuenditione soluendum fore, adhibitis quibusdam distinctionibus, quas ipsi obscure tradunt, *in d. l. ab emptione, ff. de pact. vbi Alb. n. 5. & n. 8. variare videtur: nec Paul. Castr. satis explicat n. 9. & seq. idem in l. iurisgentium, q. adeo, n. 2. in fin. & ibi Alex. num. 6. cod. 21. tractat etiam Paul. in l. 1. n. 8. C. quando lic. ab empt. disc. late Mol. in d. §. 22. q. 3. ex num. 11. cum seq. & §. 13. gloss. 5. q. 2. & seq. Firmian. de gabel. 8. par. 3. memb. quest. 14. & late Tiraquel. de retract. conuent. § 6. gl. 2. ex num. 3. vbi post copiosam opinio- num relationem, tandem *num. 19.* ele- ganter resoluit, tributum illud ex con- tractu solutum, non restitui à fisco vel domino, re postea ex pacto vèditori re- stituta, non tamen nouum tributum sol- uendum fore ex restitutione fei, vi pacti in primo contractu à principio, vel re non omnino perfecta interpositi; licet non pauci putent nouum tributum sol-*

uendum ex restitutione, quasi ex noua venditione. Sed præcedens resolutio tutior & receptior est, in restitutione ex eo pacto: & ita colligitur ex Pau. in dictis locis, & Molin. dict. §. 22. num. 18. & num. 20. & 22. cum seq. Et secundum hanc resolutionem accipies constitutionem Lusitanorum, *in dict. lib. dos artigos das fiscas, fol. 31. vers. que ita sentit secus in resolutione voluntarie facta à contra- hentibus post rem utrinque perfectam:* quia tunc noua alienatio est nouumque tributum debebitur, ne fisco, vel do- mino fraus fiat: quod recte colligitur ab eisdem Dd. & Cagn. *in l. 2. num. 237. versi. aliud, C. de pact. inter empt. & ex bal. in l. si constante, col. 2. C. de donat. ante nup. vbi tradit ex rescissione voluntaria, non tolli gabellam, vel simile ius alteri delatum: sequitur & commendat Aret. consil. 74. num. 10. Dec. consil. 107. col. 2. ante num. 2: quod memoro, vt caueas ab Hiero. Paul. incaute contradicente, nec Dd. quos citat percipiente, *in pract. can- cel. pag. 127. secundum impressionem Lug- dun. anni 1545. apud Matthiam Bonhomme:* & ita fere in terminis bene tradit Tiraquel. *de retract. ligni. §. 1. gloss. 2. nu. 32:**

Quoad aliam inspectionem ipsorum 37 contrahentium inter se, raro apti scri- ben: explicatum reperies in terminis huius l. *an vèditor vel emptor Iesus repeatat à conuento tributum, quod fisco vel domino directo soluit ex contractu?* Molin. namque *in d. §. 22. num. 18 in fine, & num. 40. ex Bal. supra relato in d. l. si predium,* bene exprimit ex rescissione per remedium huius l. repeti laudium, non gabellam; distinguens ea onera, quæ ab aliis in proposito confundi videntur, vt de- prehendes ex Pau. *in d. l. ab emptione, ff. de pact. ex Tiraquel. de retralig. §. 26. gloss. 4. num. 1. & seq. Bal. in l. neque perse, C. de her. instit. Cagn. in l. 2. num. 236. vers. 1. C. de pact. int. emp. & vend.* Qui tamen Dd. intelligi possunt, vt gabella & lau- dium, seu tributum publicum, & pri- uatum æquiparentur quoad contrahen- tes inter se, non quoad repetendum à fis- co, vt repetitur à priuato, quod notabis. Non vero tractat Molin. nec alijs ex *supra citatis, (quem legisse meminerim)* an venditor vel emptor Iesus, repeatat à conuento ea tributa à se soluta. In actione autem redhibitoria iure constitutum est, vt utrinque omnia restituantur, *facta*

60. l. cum autem 23. §. Iulianus, & §. cum redhibetur, ff. de adil. edit. Speciatim vero Ulpian. in l. debet, 27. cod. titul. tradit, emptori redhibenti non solum restituendum fore precium, quod venditori dedit, sed etiam quod vestigalis nomine soluit, vel alterius oneris non voluntarij. Ex quo tex. receptum apud scribe. videtur, vt venditor retrahens ex pacto, vel consanguineus retrahens ex statuto vel consuetudine, soluere debeat emptori, quicquid emptor fisco vel domino directo soluerit, vel si quid aliud emptionis causa erogauerit: vt tradit Tiraq. de retr. ligna. §. 26. glo. 4. nu. 1. cum seq. & de retract. conuen. §. 6. glo. 2. n. 1. cum seq. & num. 20. & 21. & Cagno. dicens ita fuisse iudicatum in d.l. 2 q. 82. nu. 236. vers. retenta. bene ponderans Bald. post Cin. in d.l. neque: C. de her. inst.

38 Ex qua recepta sententia g. in pacto reuendendi, argu-  
g. Intellige de venditore: nam emptor etiam agenti, & contractum rescindenti gabellae, & cetera expensarum onera refundenda sunt, arg. tex. in d.l. debet, cu supra notatis, n. proximo. mentari licet (vt scipe Dd. in alijs articulis faciunt) ad terminos huius l. vt scilicet agens, rescindensq; contractum ex laesione ultra dimidium, tencatur conuento ea onera resarcire: in idque adduci potest Fabia. de emp. & vend. q. 8. num. 5. vbi generaliter in omni rescissione contractus, ita scribit, sic indistincte intelligens Baldum in dict. l. neque. Sed in specie contrarium iudicatum fuisse, veriusque esse tradit Jacob. Cur. Burgen. lib. 3. coniect. ad Viuid. colleg. ca. 9. resoluens conuentum non teneri restituere nisi quod accepit, nempe emptorem ipsam, venditorem precium acceptum: non vero id, quod alter eorum ratione contractus tertiae personae soluit, vel aliter erogauit: quod raro alibi in specie reperies, in id autem principaliter arguit Curt. ex eo, quod conuentus in casu huius l. potuit contractum conservare restituendo quod plus iusto accepit, vel minus iusto dedit. Quod fundamentum parum tutum est, cum ex veriori receptorique opinione supra probatum sit, conuentum in casu huius legis non voluntarie, sed necessario à contractu recedere: non obstante electione, quam à lege habet. Item contra eam sententiam non parum urgere vi-

detur tex. in d.l. debet. vbi Iesus redhibet rescidit contractum & repetit à venditore non solum precium, quod dedit, sed etiam quod gabellae vel alterius oneris causa erogauit, maxime iuncta ampliatione Tiraq. in d.loco de retract. co-  
uen. §. 6. gl. 2. n. 2. in fin. Sic etiam in casu huius leg. conuentum onerare videtur culpa tantæ lesionis, quam Dd. dolo & quare solent, per l. si quis cum aliter, ff. de verbo. oblig. & ita ex d.l. & Fabia. cum supr. traditis fortasse iudicabitur contra sententiam senatus Brugensis à nouissimo Curtio relatam in d.loco. Maxime attenta etiam communi opinione, in casu retractus consanguinitatis, & con-  
ventionis, vt in fin. n. preced.

Ex prædictis iam videbis differentiā inter tributum publicum, & priuatum, cognoscere etiam diuersam esse inspectionem repetendi ab altero ex cōtrahentibus, & inspectionem repetendi à fisco vel à tertio. Consultius autem est, vt conuentus statim excipiat aduersus agentem, eique imputet prædictas erogationes, quādo in id ius habet, nec expectet eas postea à tertio repetere, iuxta l. 3. ff. de compens. Inter onera autem, & erogationes tunc enumeratur, quod solutū notarijs officialibusque subhastationis, per tex. in d.l. debet, cum glo. nota que Tiraq. in d. §. 36. glo. 4. nu. 8 agens de eo, quod præstatur proxenetis, & de retract. conue. d. §. 6. gl. 2. n. 21. & 23. vbi de his omnibus agit: & speciatim Cag. in d. l. 2. nu. 237.

Nec omitto, quod Dd. sèpissime commendare solent tex. in d.l. debet 27. ff. de adil. edit. vt in dubio emptor tencatur soluere gabellam, & onera ratione rei eroganda. Et ita illum text. notabilem dicit Bal. in l. si predium, nu. 6. C. de adil. act. commendat Iaf. in l. fin. n. 41. C. de iur. emph. extollit Roma. sing. 582. Et ita per illum tex. iudicauit Capella Tholosana, vt habetur in eius decif. 451. & tradit Ale. conf. 51. n. 4 li. 3. & Ioan. de Ami. conf. 151. n. 2. Firmia. de gabel. Cagn. in d.l. 2. n. 236. C. de pact. inter emp. & plures alibi, male ad illum tex. aduertentes. IC. enim nunquam id sensit. nec iuris necessitatem, sed facti relationem tantum tradit: vt patet ex verbis tex. ibi, vestigalis nomine, quod emptorem forte sequeretur, vt melius aduertisse videtur Cep. ibi nō solitus referri: vbi verius ostédit tex. ibi nō probare eam

re eam communem allegationem, quod etiam agnoscit Mol. in consue. Paris §. 23. n. 7. sed Cepol addit eandem conclusio nem falsam esse, nec consuetudine vel praxi seruari contenditque onus soluendae gabellæ pariter diuidendum fore inter vendentem & cumentem: quod apud Lusitanos habetur in constitutione gabellarum, vulgo, *artigos de sisas, sol. i.*

**41** Prædictis autem nihil obstat, quod Bart. & Dd. sape notant de oneribus erogationibusque deducendis ex precio: loquuntur enim in diuersis terminis, quoad quantitatem soluendam, nomine gabellæ vel laudimij alteriusve oneris: ut ex precio deducantur necessariae impensæ, vel erogationes, Bart. & alij in l. sed si hoc, §. 1. ff. de cond. & demon. Alex & Ripa in l. vbi pure ff. ad Trebellia. Ias. in l. cum quadam puelli, §. 1. nu. 6. cum seq. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. non amplius, nu. 4. ff. de leg. I. Tiraq. de retract. ligna. §. 15. gloss. 1. nu. 4. & seq. Est tamen tunc egregie aduertendum, quod solutiones, seu erogationes ex causa gabellæ, vel alterius oneris, non debent computari ad quantitatem precij, & laisionis; quoad principalem effectum inducendi actionem huius l. In hoc enim attendi tantum debet, quod alteruter contrahentium conuentus accepit, non vero quod laesus ex prædictis causis, vel similibus erogauit, h. vt colli-

**h** Hec in venditore agente controverti eleganter posset ex doctrina Bart. omnino vindredi in l. sed si hoc, §. 1. ff. de cond. & demonst.

gi potest ex verbis huius l. respicientis datum datu & acceptum inter emporē & venditorem. Et quia prudenter iudicatum à Sena. Paris. refert Rebuff. in d. 2. 16m. ad conit. gallic. tit. de rescis. contra glo. 15. num. 17. pag. 182. Quæ omnia utilissima sunt, nec alibi hucusque ita enucleata.

**42** Præcedentibus non incongrue additur quæst. in hac materia. si emphiteuta domino consentiente emphytesim alienauerit, posteaque sentiens se laesum fuisse agat, obtineatque ex remedio huius l. an necessarius sit nouus domini consensus, quasi ad nouum titulum, nouamque possessionem? arguendo à conventione ad iudicium: & ex regula l. si ob causam, C. de euictio. Sed contrarium dicendum est: quia ea acquisitione necessario fit, non voluntarie, vt supra cum baldo probauit: atque ita cessat decisio l.

fin. Cod. de iur. emph. magisque militat doctrina tex. & Alb. in l. alienationes, ff. famil. exercit & quæ varijs in locis notari solent, de alienatione necessaria, perl. 1. ff. de fund. dot. idque satis colligitur ex Mol. in consue. Paris, §. 22. n. 13. & n. 16 vbi distinguit inter rescissionem vel resolutionem voluntariam & necessariam: asserens in necessaria non requiri amplius domini consensum: nec ei aliquid ex talia acquisitione deberi. Idem in pacto reuendendi expressim notat Cagn. in l. 2. q. 88. num. 24. C. de pact. int. empt. & vend. potest & in hanc sententiam induc glo: notabilis in l. 5. verb. creuisse, ff. de impen. in reb. dot. ibi, non videtur de novo datum. Diuersum autem esset, quando post traditionem, & omnimodam perfectionem alienationis, emptor & prius emphiteuta in pristinum statum omnia reducerent, tunc enim noua alienatio fit: ideoque omnino procedet d. l. fin. cum supra traditis, maxime ex notatis in l. ab emp. tione, ff. de pact. & ex preciis notat Hier. Paul. in praet. cancell. pa. 127.

**43** Effectus actionis ex hac l. competen-  
tis, ut iliter ad fideiussori extenditur, vt scilicet liberetur rescisso contractu: quod aptius & frequentius applicabitur fideiussori venditoris, pro eo de evictione se obliganti, vt sepius contingit: quod ex antiquioribus tradit Alb. b. c. num. 20. idem Alb. Paul. Fulgo. & communiter Dd. secundum Alexa & Iacob. in l. 1 Co. de fideiuss. minor. reiecta dubitatione Bar. ibi cui dubium faciebat regula eiusd. l. & l. in causa, in princ. ff. de minor. vbi restitu-  
tio minoris non prodest fideiussori, quod diuersam rationem habet ex reg. iur. in l. privilegia, 157. & l. in omnibus causis, 9. ff. de reg. iur. ideoque receptum est, vt mi-  
nor non possit in lite contra fideiussore  
mota, auxilio ætatis vti ad tuendum fi-  
deiussorem, vt tradunt Pau. & Alex. in  
d. l. 1. C. de fideiuss. minor. Ang. in rub. Inst. de  
excep. n. 13. Dec. in l. Diuus Pius, n. 6. ff. de  
reg. iur. Ale. in l. sed hoc ita, n. 9. ff. de reg.  
iur. Quoru ratio sumiture ex eo, quod tunc  
fideiussori non habet regressum contra  
minorem, qui aduersus eum eodem au-  
xilio vtitur: secus, quando fideiussori re-  
cursum haberet contra minorem, vt Dd.  
agnoscunt, nec aliad inquit Bart. (quem  
illi male reprehendunt) in l. Stichum, §.  
quod vulgo, n. 2. ff. de solu.

Extra causam igitur minoris non erat,

cur liberatio ex remedio huius l. non liberet fideiussorem, vt Dd. recte aduertent ex doctrina IC. in l. 7. versi. rei autem ff. de except. Aliter enim per obliquum eluderetur remedium huius l. cum Iesus per se liberatus, teneretur postea satisfacere fideiussori contra iuris regulas & tex. in l. idemque 10 §. generaliter, ff. manda. vbi probatur, principalem debitorem posse assistere liti motæ, aduersus fideiussorem, & propter suum interesse proponere exceptionem, quæ fideiussori non communicatur, vt ibi notat Bart. idem Bar. in l. minor. §. fin. ff. de procur. Bar. in l. verum. ff. pro soc. Bald. in l. mandatori, num. 8. C. de non numer. pec. Fabia. & Ang. in §. l. n. 7. Inst. de fideiuss. & ad hoc illum tex. extollit Pau. Castr. in l. Marcellus, ad fin. ff. de fideiuss. Iaf. in l. si cum procurat. num. 4. ff. de re iud.

45 Decisionem huius l. limitant quam plures cum Bald. in cap. 1. numer. 6. qual. dom. prop. send. pri. ne venditor Iesus agere possit remedio huius l. quando vendit minori precium soluendo, usque ad certum tempus adiecto pacto, vt si intra id tempus emptor non soluerit, tencatur soluere iustum premium, vel aliud statim expressum, quod iustum sit, aut non minus dimidia iusti. Fundamentum Bal. est ex illo vulgari axiome, quod prouisio contrahentium facit cessare prouisionem legis, l. fin. C. de pac. conuen. quam Bal. inibi citauerat, num. 4. eamque declaracionem sequitur ibi Matth. Afflict. num. 18. & ita Alex. in d. l. si quis cum aliter, num. 19. post Roma. & ibi id extollit Aret. numer. 8. versi. & ad materiam, & Catel. Got. in verbo, venditor, & Ant. Burg. in cap. cum causa, num. 46. de empl. & vend. Mantua. lib. 1. locor. cap. 6. ad fin. Cremen. hic, numer. 100. in 7. limit. idem tenent alij, ex quibus patet eam opinionem receptissimam esse. Sed contrarium verius putauit Iaf. in l. 2. numer. 143. C. de iure emph. quem sequi videtur Cagn. hic, nn. 168. licet breuissime tangat.

Ego in eo articulo video contra Bald. & sequaces recte Iaf. retorquere eorum argumentationem ex gloss. in d. l. 2. dum egregie limitat reg. d. l. fin. C. de pac. conuen. & doctrinam gloss. ornat Galiaul. in repe. l. centurio, col. 26 ff. de vulg. Aduerto stiam ultra eos omnes, quod minus

periculose procedet opinio Bald. quando conuentio fit de supplendo iusto precio, quasi tunc significet venditor, se scienter minoris vendere. Receptum autem est, scienti precium negari remedium huius l. sed ex communis praxi, & de iure contrarium verius esse probauimus, supra in l. par. cap. 2. vt sic ex presumpta scientia non debat laeso negari remedium huius legis. Quibus praemissis, vt verissimum & sere indubitate afferro in terminis questionis Baldi contra eum, & contra Dd. cum sequentes, non cessare tunc remedium huius l. maxime vbi non constiterit, laesum scienter voluisse, quod supererat donare, vt vitetur communis opinio tunc excludens Iesum: quem nos tunc etiam admittimus, & Ordinatio Lusitanorum, vt probauit in dicto loc. Moueor contra Bal. & communem ex eo, quod prima principalisque pars illius conuentionis pura & praesens est pro minori precio expresso: statim ergo fit locus remedio huius l. Nec obstat secunda pactio poenalis maioris precij, quando emptor ad tempus non soluerit, nā ultra Iaf. melius retorquetur, attento, quod id conuenit in poenam morosi, & ideo nō debet pro eo, & in eius fauorem tam notabiliter intelligi, adeoque contra venditorem, vt Dd. inique & incaute volebant, negando venditori remedium huius l. contra iuris regul. & contra tex. in l. 2. ff. de leg. commis. Item secunda pars conuentionis condicionem habens, in suo casu & tempore effectum habebit: interim vero ad priorem partem puram minoris precij, negari non potest remedium huius l. arg. reg. l. quod per manus, ff. de iur. codi. nec dubito ita semper iudicandum contra Bal. & alios.

## SECUNDA PARS L. II.

C. de rescind. vend.

## CAPUT IV.

## SUMMARIUM:

- 1 Proponitur, & plenissime tractatur quaestio illa, an ex remedio huius l. euincatur fructus: agiturq; de intellectu l.l.C. si maior facit in s. C. & de explicacione multorum iurium, usq; ad n. 13.
- 14 In eadem q. adducitur tex. in l. ad nos. a de rebus eccles. non alien. de cuius explicatione copie se agitur, usq; ad n. 27.
- 28 Traduntur duo casus, in quibus iutius dici posset ex remedio huius l. fructus restituendos fore, & n. 29.
- 30 Adducitur tex. in l. 2. C. si quis ignor. re minor. & late tractatur de eius intellectu, reiijunturque plurima hucusque perperam traxita, circa acquisitionem fructuum ex iuris errore: & de intellectu s. scire, l. sedetsi lege, ff. de pet. hered. cum multis scitu dignis, usque ad n. 44.
- 45 Proponitur grandis difficultas summe animaduertenda inter titulum nullum & titulum per restitutionem recessum, circa retentionem fructuum. & traduntur multa utilia cum distinctione fructuum naturalium, & industria- lium, extantium & consumptorum, usque ad num. 48.
- 49 Adducitur in proposito tex. in l. de fructibus, ff. de donat. inter vir. & uxor. in cuius intellectu reiijuntur multa, que tradebat gl. & Dd. usque ad n. 51.
- 52 Explicatur diuisio fructuum, agiturque de eorum appellatione cum Bar. & gl. contra nonnullos.
- 53 Tractatur de bona fidei possessore quad acquirendos fructus, & de intellectu multarum legum, usque ad n. 59.
- 50 Comprobatur de iure contra gl. & scribe. praxis Lusitaniae, que relevat bonae fidei possessorem a restitutione fructuum, etiam si factus fuerit locupletior.
- 61 Explicantur alia utilia in materia.
- 62 Ornatur doctrina gl. celebris in l. empator, ff. de rei vend. & num. 63.
- 64 Tractatur utilissimus articulus, qualiter probetur quis locupletior ex fructibus, usque in finem.

Circa effectum actionis lesso competentis ex decisione huius l. explicandus est articulus scitu dignissimus nullique ex iam tractatis difficultate vel utilitate inferior: an empator conuentus remedio huius l. nolens supplere premium, teneatur restituere fructus a tempore traditionis perceptos? In quo variant scribentes, triplexque in eo reperitur opinio: prima receptione videtur, & ita nouioribus communis appellatur: ut scilicet empator fructus irreuocabiliter retineat, et iam si rem ipsam restituat: idque iudicauit Rot. quam refert & sequitur Fabia. in tract. de emp. & vend. q. 8. num. 24. Rot. in nouis decis. 116. Idque tanquam receptissimum secute probat Panthal. hic, & Cagnol. nu. 40. & Hispanus Ant. Gomez in tomo de contract. cap. 2. num. 24. fol. 22. col. 1. & ca. 4. num. 21. in fin. Et hanc opin. probant Bur. & Imol. in cap. ad nostram, de empt. & vend. & ibi secure Burgen. nu. 36. & Cepol. de sim. contract. dicens nullibi se hoc legisse: idemque probauit Anch. & Syluester, quos citat Couar. loco statim allegando, qui hanc opini. etiam tribuit Bald. hic, num. 3. qui magis videtur contradicere. Sic etiam Afflict. in cap. 1. num. 83. de feud. dat. in vic. l. commiss. ad hanc opinionem refert Bald. ibi, apud quem id non inuenio. Et hanc partem quasi receptissimam sequitur nouissime Mantua. lib. 1. locor. c. 6. ad fin. Et hanc sententiam sapissime in praxi obseruatam vidi, nec in eo contrariam opinionem ullo modo audiui. Secunda opinio prorsus contraria multis placuit, imo quod empator teneatur fructus restituere, si vedor lesus obtineat ex remedio huius l. eamq; opinionem probauit Rosfred. a quem referendo sequi videtur Albe. hic, a Hos omnes retulit Cost. in §. & quid si tantum; 2. par. pag. 51. num. 71. cum seq. l. Gal. ff. de lib. & pesthu.

n. 16. & nemine relato aperte hoc probat Salic. hic. num. 5. Bal. num. 3. licet nonnulli ad praecedentem opinionem Bal. adducant. Et ita cum Rofrc. tradit Matth. Afflict. in d.c. I. num. 150. & seq. de feud. dat. in vic. leg. commiss. dicens hanc esse veriorum opinionem de iure, & animae tutiorem, atque ita consultum vidisse per famosos Dd. Eandemque, ut meliorem sequitur Couar. lib. 1. reso. cap. 3. num. 9. & Ant. Gom. sibi contrarius in l. 70. tauri. n. 29. versi. confirmatur: & Augusti. Bero.

*in cap. cum dilecti, in fin. & in c. ad nostram, na. 25. de empt. & vend. & Hispanus Greg. Lup. in l. 56. tit. 5. par. 5. Tertia tamen quodammodo diuersa dici fortasse poterit ex Beroo & Lupo proxime citatis: baddunt enim, ut em-*

*b Et haec est equa, veriorque opin. quam prius magistro & omnib. iudicibus probatam auctor est Harme. libr. 3. tit. 3. pag. 178. §. iste bruitur vñ. vbi vide.*

*ptor eligens rem restituere teneatur ad fructus respectu illius, quod res plus valebat, compensando aliam partem fructuum ad respectum rationemque precij dati, quod si emptor eligat supplere quod deerat iusto precio, teneatur ad interesse illius pluris, quod supplet in compensationem fructuum, quos de re majoris precij percepit. Haec illi.*

**2** Patet igitur maxima scriben. varietas in qua magis amplectendam puto priorem opinionem, quae receptio asservatur, cui Hispaniae praxis non leuem auctoritatem praestat iuxta doctrinam IC. in l. minime, ff. de legi. Facit tex. in l. filius emancipatus 14 ff. ad l. Cornel. de fals ibi, sic enim inueni senatum censuisse: & tex. in §. pen. c. Institut. de farsi. vbi

**C** Adde celebre Anaxagore elogium, censentis manum esse causam sapientie, de quo Duaren. in epistol. ad Andigillatum, pag. 523. adde præterea tanta auctoritatis, ac tam necessarium esse usum forensem, ut & naturaliter legum interpretationem illum desiderare, & ex illo innata auctoritate prudentum conjectam ius ciuilis dicat Pompon. l. 2. §. his legibus. D. de Orig. iur. col. 2. adde & tex. in l. hoc iure vtimur, 10. & in l. stipulatio ista 38. in princ. ibi. & ita vtimur. & in §. si quis ita, ibi, eoque iure vtimur cum plurimis similib. ff. de verb. obli. adde deinceps meliorem tex. in l. 1. §. eodem autem testo, ibi, & ait sextus sic esse sepe iudicatum D. ad Syll. & sin. tex. in l. 39. §. si stichum, ibi Lab. & Officij sententia rationem habet, sed hoc iure vtimur D. de statu lib. & Liuy sententiam à Baldui. relatā in Iust. pag. 498.

Iustinian. ait, omnia apertius à quotidiano iudicio: n̄ usū ipsiis rerū documentis apparere. Facit tex. in l. Labeo 21. de statu li. ibi, more agentiū sequi debemus. & tex. l. 1. 3. C. de adi. fi. priuat. ibi, probatis ijs quæ in oppido frequenter in eodē genere cōtrouersiarū seruata sunt, & tex. in l. ad fin. versi. impubes. ff. ad Sillin. ibi, solet hoc in usu obseruari: & tex. in l. fin. in fine, C. de intur. cū multis, quæ Dd. in

varijs locis tradunt de stylo & praxi antiqua, vt per Afflict. decis. 79. ad fin. decis. 135. n. 3. Alcia. regn. 2. pr. sump. 30. & Boer. consil. 8. late Rebus. in 3. tomo ad const. Galli. post princ. & Chass. in preœm. consue. Burgun. col. 1. & seq. Quæ praxis authoritas prudentissime à Bal. extollitur d. in l. Emiliu. col. 8. nu. 11.

**d** Adde eundem Bal. in vñ. feud. de feudo sine cu. pa. non amitt. cap. 1. vbi dicit proxim es- se veram legum intellectricem, & Saly. in l. per hanc, col. 1. C. de tempor. & repar. appell. scribentem, quod Doctoribus per practicam legum veritas splendescit, quod idem sensit Fab. §. sed non vñque ad fin. inst. de leg. dicens, quod haec iuris scientia parum proficit, nisi bene & frequenter negotijs applicetur, & vi- deto Ferrai in l. 1. versi. sed frustra, pag. 9. D. de regulis iuris.

in fine ff. de minor. vbi ita inquit, leges in scholis deglutiuntur, in palacijs digeruntur, quia practica est scientia digestiva. Ego autem post longam legendi professionem, postque diligentissimam foro nauatam operam, in ea sententia sum, vt theorica sine praxi digestam solidamque iuris cognitionem praestare nequeat, praxisque absque theorica maxime periculosa & manca euadat: quam in rem memoranda sunt verba Quintil. libr. 12. cap. 6. cum inquit. Et hercū e quantumlibet reta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori projectus, alia lux, alia veri facies: plusque si separe, usus sine doctrina, quam circavsum doctrina valeat. Sic alibi Plin. ad Nepotem, veras lites in foro appellat, scholam vero rem inermem.

Eam vero receptionē opinionē & cō-  
mūnem praxim aliquibus fundamentis fulciemus, dummodo prius argumētis cō-  
trariae opinionis respondeamus. Aduer-  
to igitur pro contraria opinione, qua-  
tuor principaliter adduci: primum ex  
vi verbī, restituere, quod cum fructibus  
intelligi solet, l. videamus, §. in faniana ff. de  
vñsp. quo argumento vtitur Lup. vbi  
supra, & aliqui eius opinionis asseclæ: sed  
hoc fundamentum doctis viris indi-  
gnum fuit, cum lex nostra, & similes tali  
verbo non vtantur, magisque ex huma-  
nitate & miseratione læsi actionem pre-  
sent, electione conuento data. Secundo  
pro ea opinione arguunt Bal. & Salic. ex  
iuribus loquentibus de actione redhibi-  
toria, in qua veniunt fructus l. cum  
autem §. cum redhibetur, l. quod si nolit, §. fi-  
ff. de

*ff. de edil. edit.* Quod argumentum bene expensum incicax estimo ex dictis eorumdem Baldi & Salii. retroqueri potest: ipsi enim in opposit. huius l. co. i. hanc actionem separant à redhibitoria: Ad uerto etiam, quod in actione redhibitoria constitutum reperitur, omnia inuidem inter emptorem & venditorem in pristinum statum reponenda fore, l. 4. s. nū redhibetur, & l. fact. 60 ff. eodem, ut sic illa actio restitutoria sit, quasi ex tunc, haec vero simpliciter rescissoria ex nunc (ut nostrorum terminis vtamur.) Tandem in ea actione agit emptor, ipseque causam rescissioni præstat, unde nimis si fructus restituat ex iuris regula ne ex eo quis lucretur, quod impugnat: ut satis in proposito notat Panorm. in cap. illo vos, nu. 6. de pignor. In hac autem q. agitur de venditore læso agente rem ab emptore inuito auocante, ut latius in simili, ad argumentum quoddam rescissionis, ex actione redhibitoria respondebat idem Baldi, numer. 17. versi. uiem non obstat. & Sal. g. 15. quos retuli in preced. cap. numer. 11. & seq. ubi probauimus receptius esse rescissionem appellari necessariam, in terminis huius l. non obstante electio- ne emptoris, ad rem ipsam retinendam.

4 Argumentantur alij tertio loco ex natura restitutionis quæ minoribus 25. annis datur, in quæ fructus veniunt, l. quod si minor 25. s. restitutio, & l. patri, 28. ver. uiem ex diuerso, cum glo. ff. de minor. Quæ argumentatio non paucorum authoritate iuuari potest, qui remedium huius l. ætatis auxilio sëpe æquiparant, maxime Baldi, num. 16. Aymo. const. 272. num. 1. Tiraq. de retract. ligna. §. 32. gloss. l. nu. 69 & nu. 71. & alij alibi. Sed ea argumenatio inter doctos admittenda non est, namque in his terminis recte negat Cagnoli, b. c. nu. 40. dicens, longe diuersum esse remedium huius l. à restitutio- ne minoris: quod ego multis probo. Magis enim fauendum est ætati fraudib. obnoxiae, l. 1 ff. de minor. nec in remedio huius l. scriptus reperitur grandis hic ef- fectus restituendi fructus, qui notabili- ter & speciatim exprimentur fuerat. Probatur 2. quia restitutio minoris faci- lius in tertium extenditur, l. in causa, §. fin. ff. de minor. actio autem huius l. vt me- re personalis, in terium non datur, se- cundum glo. & Dd. vt latius explicauimus in 1. ch. pars, nu. 30. Probatur &

3. hæc differentia, quia remedium huius l. non est præsum in re auocanda, cum electio detur conuento: minor ante sa- pius rem ipsam præcisè auocat, ut patet ex multis legi. ff. de minor. quod latius ex- plicabimus in seq. cap. Quæ maior pote- stas restitutio, ex ætate egregie com- probatur, ex Panorm. in c. ad nostram, nu. 8. de rebus eccles. non alien. Differunt etiam hæc remedia, quoad aliam notabi- lem inspectionem traditam in fine cap. preced. Et ita vere solideque constat non esse confidenter arguendum, à restitu- tione ætatis ad remedium huius l.

Adducitur 4. pro ea opinione contra communem tex. (qui non parum urge- re videtur) in l. i. C. si maior fact. alien. rat. bib. infra in 5. lib. Cod. e quem tex. in ma- teria huius l.

e. Q. em. tex. dicit sing. & vulgo ignorat. Cost. in 6. & quid si tantum 2. par. pag. 51. nu. 71. l. gallus ff. de lib. & post.

maxime ad formam libelli adducunt Bart. & alij hic, in quest. renunciationis, & iuramenti; in hac eadem materia plures ex Legistis & Canonistis, ut per Cagno- bic, numer. 112. & in alio articulo huius materiae, ut per eun. Cagno. bic, numer. 116. In terminis vero pro ea opinione contra magis communem eam l. pon- derat & extollit Bero. in d.c. cum dilecti, in fin & in c. ad nostram, num. 25. versi. mo- derni. de emp. & vend. & expressum Matt. Affl. in d.c. 1. num. 150. de fund. dat. in- vict. leg. commis. & eis nō relatis (quia for- te adhuc in Hispaniam non peruererat) eandem l. in proposito notat Couarru. dist. c. 3. lib. 2. resol. Qui tex inducitur, qua- tenus refert venditionem prædiij factam à curatore minoris, absque decreto, eamque postea ratam habitam à mai- ore facto: deinde compertam fuisse læsi- onem in precio, tandemque subdit Imper- tor, in arbitrio emptoris esse, supple- re precium, vel rem cum fructibus re- stituere. Agnosendum autem est cum gl. & Dd. eam l. loqui de hac læsione ul- tra dimidiā, licet eam non prorsus ex- primat. In alia enim non ita daretur ius rescidendi ratificationem à maiore factam: idque colligi potest ex verbis d. leg. ibi, si minore precio: ita enim lo- quitur hæc l. & l. non idcirco infra. eod. maxime attento, quod ea lex eos- dem authores habuit, quos lex nostra, & dict. l. non idcirco, ut colligatur ta-

lēm fuisse eorum phrasim, ad exprimendam hanc lēsionem. Quibus præsuppositis, roboratur inductio d. l. cum tandem decidit, rem cum fructibus restituendam.

- 6 Cui non leui obiectioni primo responderi posse videtur ex interpretatione antiquorum, quos gloss. inibi retulit in verb. *si minore*, qui dicebant, venditorem maiorem factum dolo inductum fuisse ad ratificandum: vnde ex dolo diuini agi poterat cum emptore, non ubi sola lēsio absque dolo interuenerit. In quem sensum ad alium articulum eam l. accipit Forcatul. *d. dialog. 107.* Nec pugnant verba eius l. ibi, *deceptum*, & ibi, *si diversa pars bonam fidem non amplectatur*. Sed hæc euasio non satisfacit, non tantum, quia glo. & Dd. communiter eam l. citra dolum intelligunt ex sola hac lēsione in precio, sed etiam ex verbis eiusdem l. ibi, *inconsulto errore*, quibus nō aduersantur alia proxime ponderata: cum & deceiptio & circumscriptio non semel pro lēsione absque dolo accipiatur, iuxta textum & gl. in l. item *si precio*, §. fin. ff. loca. l. non omnia. 45. ff. de minor. magisque rei cienda videtur ea interpretatione, quia dolus dans causam ratificatione venditionis, (quæ ipso iure nulla erat) videretur eam nullatenus confirmare, sed cum sua nullitate relinquere, secundum receptas traditiones. Tandem fortius id ostenditur, quia interueniente dolo, etiam circa precium incidenter, nec dante causam contractui, non poterat emptori electio dari, secūdum Paul. *receptum hic*, cum glo. l. 4. C. *si vend. pignor. aga.* vt deduximus in 2. cap. *huius par. nu. 11. cum seq.*

- 7 Vnde ad sustinendam communem praxim, ad eam l. eleganter respondere tentabat Couarru. *in dict. loco*, ideo ibi rem cum fructibus ab emptore restituit: quia idem precium à se datum cum usuris restituebatur: quæ cum hodie ex consuetudine, & Christianorum regum sanctionibus (Pontificium ius sequentibus) non prætentur, recte in praxi obseruatum videatur: fructus ab emptore restituendos non fore, quæ compensatio fructuum & usuræ, probatur in l. *prima & tertia*, C. *si vend. pignor. aga.* melius in l. illud 29. ff. de *edit. edit.* Sed ea consideratio quoad sustinendam praxim non cōtemnenda, satisfacere nequit ei, qui re-

ceptiorem opinionem pro emptore ve- riorem, etiam de iure putat, & secundum eam citra autoritatem praxis iudicandum fore. Aduerto item non semel contingere, vt fides de precio habeatur, vt iura & gl. & Dd. sāpe tradunt, in quibus terminis cessabat ea compensatio precij cum usuris reddendi.

8 Ego pro sustinendā receptioni sententia, & communi praxi, separandam puto speciem illius l. à quæstione generaliter proposita: aduerto enim in ea l. duplex à principio alienationis vicium fuisse, utrumque maximum. Alterum, quod res immobilis absq; decreto alienata fuit, & ita non solum lēsio ad restitucionem, sed etiam nullitas resultabat. Alterum, maxima fraus in precio, vt in simili specie tradunt ijdem Cæsares in l. 6. *C. arbit. intell.* quæ alienatio vicio nullitatis, ex defectu decreti, atque enormi lēsione laborans, non potuit facile in totum confirmari ex ratificatione, quam Imperator inquit, à deceipto, & inconsulto errore, factam fuisse. Adhuc enim attendi debet duplex vicium alienationis, rem in sui primordio inficiens, & qualitas illa minoris ætatis, quæ vel ex nullitate, vel ex restituzione, fructus cūincit, iuxta supra tradita, de restitucione & de nullitate l. *si prædium*, Cod. de *præd. minor*. Nimirum igitur si duplex vicium magis oneret argum. eorum, quæ tradit Bal. in l. 1. in fin. *infr. tit. proxim.* Afflict. *decis. 299. num. 27. Dec. consil. 541. num. 22.* Nec nouum est, originem negotij in odium iniqui possessoris attendi, l. *clam possidere, veiſ. sed origo. ff. de acquir. possess.* cum multis utiliter ab Ias. ibi congestis: facitque illud vulgare, l. *vnice. C. de impon. lucra. descrip.* vt à primordio tituli posterior formetur cūntus. Vnde attenta negotij origine manent inde reliquæ, vt res cum fructibus in ea specie restituatur. Idque comprobatur ex verbis d. l. dum ibi expenditur deceiptio & error ratificationis, quæ nullitatem tantum, non lēsionem tollit, secundum gloss. & omnes. Id verò conditionaliter intelligendum colligi videtur ex verbis eiusdem l. dummodo emptor bonam fidem agnoscat: quod cum recusat, facile res ad pristinam sui naturam reuertitur, iuxta l. *ſe vnuſ, §. pactu. ff. de pact.* Quod etiam suadetur ex manifesta fraude curatoris, sine solennitate, & cum tam enormi lēsione, alienan-

alienantis rem minoris, cuius fraudis sat  
particips videtur emptor fuisse: atque  
ita species dicitur. obstat non debet ge-  
nerali conclusioni communis opinio-  
nis, præsertim, quæ multis vrgentissimis  
que fundamentis non caret, ut statim  
probabimus.

- 9 Sopra proxime respondimus argu-  
men. quod adduci solet de actione red-  
hibitoria, nec obstat rex. in l. 5 ff. de h.  
commis. Loquitur enim de emptore non  
solente precium cōuentum, cuius cul-  
pa rescinditur venditio: ideoque rem  
cum fructibus restituit: quia iniūquum  
esset, cum ipse non soluit, fructus lucra-  
ri: vt not. gl. in l. commissaria, C. de pact. in-  
ter empt. & vend. Nec obstat l. Imperator,  
& l. item quod dictum, ff. de in diem addict.  
vbi in pacto addictionis in diē res post-  
ea cum fructibus restituitur: respon-  
detur enim, id procedere, quādo vendi-  
tio conditionalis fuit, quod differt à pura,  
licet sub conditione resoluenda iuxta  
l. 2. & 3. ff. eo. At nos hic agimus de em-  
ptione perfecta iuxta supra dicta, & l. do-  
lu, infra hoc rati. & ita in simili respondet  
& tanquam receptum tradit Tiraq. in l.  
si unquam, verbo, reuertatur, nu. 230. Poteſt  
etiam ad alia responderi ex traditis ab  
Ant. burgen. in d. c. ad nostram, num. 34, cum  
seq. de empt. & vend.

- 10 Minus obstat rex. in l. filio. §. 1. in fin ff.  
de inoffic. testam. vbi rescissa institutione  
per querelam, restituuntur bona cum  
fructibus, quē tex. extollit Roma. consil.  
454. nam. 25. generaliter & periculose ex  
eo notans, irritato titulo, rem cum fru-  
ctibus restituendam fore: quod refert,  
meius tamen explicans Felin. in cap. cū  
tausa, num. 27. de re iud. & Hispanus Segur.  
in repe. l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. pess.  
Cur. Sen. consil. 71. ad finē, quibus addendū  
est rescissionem ibi iure fieri, vt ex tunc  
quasi nunquam titulus extitisset: vt in l.  
eum qui. 21. § fin ff. de inoffic. testa. ibi, per-  
inde omnia obseruari oportere, at si hereditas  
adita non fuisset. Nimirum igitur si bona  
cum fructibus tunc restituantur secun-  
dum receptas traditiones, vt per Mol.  
in consuet. Parif. §. 30. num. 32, cum præced. &  
seq. sic vitabitur obiectio ex l. in summa,  
versi. et qui. ff. de cond. indeb.

- 11 Sic respondent Dd. ad l. cum quis, ff. de  
condic. ob caus. vbi in donatione causa  
mortis resoluta, auocatur res cum fru-  
ctibus: commendat Cremen. notab. 15.

amplians ad legatum viuo testatore pre-  
stitum, posteaque reuocatum. Com-  
mendat etiam Ioan. Lup. à Palac. Ruu.  
in rub. de don. inter vir. & uxor. §. 72. simi-  
lis tamen est tex. in l. videamus, la. 2. §.  
idemque est. ff. de usarp. Ibi namque titu-  
lus fragilis erat, non obligans, sed pen-  
dens à voluntate donantis causa mor-  
tis: nos agimus de titulo valido inter vi-  
tios, licet ex æquitate cuī onere pro-  
bandi enormem læsionem, & electione  
data emptori rescindi poslit: vt ad alios  
articulos communiter resoluunt scri-  
bent. per Ias. ibi per Molin. dict. loco, &  
Tiraqu. in dict. verb. reuertatur, num. 228.  
Boer. dict. 98. num. 6. Anto. Gome de con-  
tralt. cap. 4. nu. 21. Ex ea de pact. num. 121. ex  
quo cauebis à Ripa in l. 2. n. 10. ff. de leg. 1.  
ibi, saltem in fructibus, vbi videtur imme-  
mor fuisse dictæ regulæ in donatione  
causa mortis.

Ex supr. dictis dilui videntur argu-  
menta, quæ receptiori opinioni obij-  
ciuntur: nec ad decisionem huius l. ar-  
guendum est à restitutione minorum.  
Minus vero obstat argum. Hispani Gre-  
gor. Lup. & Beroi, quos sup. num 1. in fin.  
citaui, quāsi in tertiā opinionem in  
hac q. quorum argumentatio principa-  
liter fundatur ratione seruandæ æquali-  
tatis: item ex decisione l. curabit. C. de act.  
empt. Respondetur enim, quod talis  
æquitas nullo iure in specie probatur,  
imo secundum iuris regulas, læsio in  
precio non emendabatur, iuxta ea, quæ  
supra late deduximus in l. cap. 1. part. satis-  
que erat conuenta implere, & ita cessat  
arg. d. l. curabit.

Sed iam rei ordo, & articuli quali-  
tas aliqua fundamenta communis op-  
pinonis postulat: quæ iuuatur ex reg. l.  
in fundo, ff. de rei vendi. arguendo à bo-  
ne fidei possessore, idque (vt aiunt) à for-  
tiori iux. gloss. celebrem in l. emptor. ff.  
cod. Emptor enim in hac materia vere  
dominus efficitur, l. dolus, infra cod. nea  
poteſt dici malæ fidei possessor, cum  
& ex titulo poſſit præscriptione ſe tuc-  
ri, aduersus venditorem læſum, iuxta  
ea, quæ de præscribendo remedio hu-  
ius l. superius deduximus in hac 2. par. cap.  
1. numer. 26. & vltra ibi tradita circa l. Ca-  
ſtel. notat Couarr. lib. 1. refol. cap. 3. num. 15.  
iupatur magis hæc opinio, vt emptor  
fructus retineat, ex doctrina Panormi.  
in cap. illo vos, numer. 6. de pigno. vbi tradit.  
non

non posse venditorem fructus ab emptore auocare, quando emptor dominus erat, rescissioque fieri poterat, quo cunque tempore venditor ageret, quasi tunc culpa sit eiusdem, qui agere distulit: quam resolutionem receptam, inquit Couar. lib.3. resolu. cap.2. post princip. Titraq. de retract. conuen. §.5. gloss. 2. num. 3. Sed omisssis alijs multis, quæ induci possent, confirmatur maxime haec opinio ex responsionibus ad obiectiones partis aduersæ: hoc enim casu non rescinditur titulus, vt ex tunc, nec rescissionis effetus retro respicit, quod ostendo, nam hæc lex nouum ius introduxit, ICtis anterioribus principibusque incognitum, vt probauit in l. cap. 1. par. vnde cum hæc lex nihil de fructibus loquatur, non potest à Dd. vel à iudicibus ad auocatione fructuum trahi, iuxta communem doctrinam in l. prima, C. de leg. per tex. ibi, & l. prospexit, ff. qui & à quib. Roboratur hæc argumentatio ex eo, quod fructus longe diuerso iure censentur ab ipsa re, vt probat tex. in l. in adibus, §. ex rebus, ff. de donat. notat Bald. in l. fi. C. de vsu cap. pro dona, vt sic decisio huius l. non debeat ad fructus tanquam ad rem diuersam extendi. Idem suadetur retorquendo argumenta aliorum: nam licet æquitas videretur exposcere, vt fructus restituerentur, satiis est id iure cautum non reperiri, argument. glo. celebris in cap. si. de iure patron. tex. notab. in l. at si quis. §. Diinus. ff. de relig. & sump. fun. ibi, non recte facere, pœnam tamē in eam statutam non esse.

14 Ad comprobandum eandem receptionem sententiam & communem proxim, vt emptor fructus retineat, posset fortasse induci tex. in ca. ad nostram, de rebus eccles. non alien. in quo difficulti responso prius aliorum interpretationes referre oportet. Eius capit. f author fuit Innocent.

f Ad hoc ca. ultra hic exactissime scripta, atque etiam ultra, quæ diligenter scribit Did. Couar. lib.3. cap.3. non ineleganter, nec parum acute commentabatur olim clarissimus & ingeniosissimus iur. profess. Hector Rhodericus, mihi non pœnitendus præceptor, restitut. ordinariam fuisse, qua monasterium villam recuperavit, fructus autem idcirco penes possessorem remansisse contra statas restitutionum definitiones, quia omnibus illis transactis annis, vasallus ecclesie fuerit, iniustumq. prorsus foret non solum re ipsa illum labi, sed & fru-

tibus, quos clientela ac servitiorum nomine promovererat, euerti. Nec ille restitutionum reg. ullum negotium facerent, si tunc ipsas penitus processuras intueamur, cum omnia ad pristinum statum reduci queant. At in praesentia fieri non poterat, quin possessor vasallus munibus functus fuerit.

III. author etiam cap. cum causa, de empt. & vend. Casus eiusdem ca. colligitur ex litera, quod monasterium Tusiens. ære alieno pressum, villam quandam in feudum concessit laico eo pacto, vt ipse solueret creditori monasterij octuaginta libras, pro quibus eadem villa obligata fuerat: laicus primo anno ex prouentibus villæ prædictam quantitatem, & plus percepit: monasterium enormiter læsum, post multos annos petijt, vt sibi restitueretur prædicta villa alienata. Summus Pontifex respondet, seu iubet in hanc formam, mandamus, quatenus si prædictum monasterium propter hoc inuenieritis enorme dispendium incurrisse, dictum laicum, vt (pecunia, quam pro exoneratione fundi, seu etiam pro utilitate ipsius monasterij expendisse noscitur, ab eisdem abbate & conuentu recepta: cum sibi fructus perceperit sufficere debeat pro labore) profitum feudū, eidem monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.

Prima difficultas gloss. & scriben. ad eum text. est ex eo, quod ibi secure dicitur, post multos annos monasterium auditum fuisse, nulla temporis præfinitione obseruata: de iure autem videtur non posse monasterium audiri lapso quadriennio, secundum iuris regulas & receptas sententias. Ideo gloss. ibi ad vitandam eam difficultatem intelligit, monasterium egisse, seu restitutionem petiisse intra quadriennium. Sed quanquam verba pluralis numeri ex duobus vel tribus verificantur (vt glo. arguit) diuinatorium tamen, & verborum securitati repugnās videtur restringere, quod tex. inquit, de multis annis, ad breuissimum illud tempus ante quadriennium, vt alibi scripsi ad tex. in hoc proposito notabilem in l. qui fund. ff. loca. suadetur que ex rub. & II. C. de long. tempo. prescrips. vnde licet scriben. ibi vacillent, reiicienda prorsus est diuinatoria ea interpretatione gloss. violenter restringens tempus, intra quod monasterium auditum fuit. Maxime cum illustris doctor Hostiens, ab alijs relatus perspicue afferat, se habuisse

buisse cognitionem illius negotij à Papa relati, monasterijque petitione post decennium oblatam fuisse: ideoq; tanti vi- ri fidei omnino standū est: non enim tamē assertionem controuertunt ea, quæ sāpe notari solent contra Bar. in l. de qui- bus. nū. 21. ff. de leg. Imol. & cuilibet viro idem afferenti credendum fuisset, ex ra- tione & experientia, iuncta traditione Pau. in l. quicunque. C. de seru. fugi.

**15** Agnoscēdum igitur est, vt etiam Dd. communiter intelligunt, d. ca. ad nostram, non intra quadriennium tantum, sed & post multo plures annos monasterium auditum fuisse. Tunc autem prædictæ difficultati responderet Hostiens. ecclesiā auditam fuisse ex capite nullitatis, non per auxilium restitutionis: nullitatem resultasse dicebat Hostiens eo quod defuerat authoritas episcopi, idque in effe- ctu videntur probare Butr. & Imol. ibi, num. 5. & præced. Panorm. autem ibi n. 5. dicit lecturam seu interpretationem Hosti. in se veram esse, non tamen con- gruere verbis tex. quæ consideratio Panor. multis necessario probāda videtur, cum S.P. principaliter fundetur ex dispē- dio seu lassione, non ex nullitate, seu de- fectu solemnitatis: nec Imo. sibi satis cō- stat, cum ibidem contendat procedere tex. etiam in alienatione valida, aduer- sus quam solo restitutionis auxilio suc- currendum sit. Ad difficultatem vero gl. de lapsū quadriennij respondent Pan. & Imol. ex variis causis potuisse post illud restitui ecclesiam, prout ex enormissimo damno, vel quia vixerat idem prælatus alienans, cuius tempore ecclesia de facto agere impediabatur: facit generalitas l. 1. cum seq. ff. de in integ. rest. & l. 1. cum seq. ff. ex quib. caus. mai. gl. in l. Senatus con. ff. de offi. presi. cum iis, quæ scribent. notant ex tex. memorabil in cap. quia diuersitatem, de conces. præbend. & ego plenius scripsi in authent. nisi tricennale, Cod. de bon. mater.

**16** Sed tunc contra vtrunque intelligen- di modum fortissime vrget decisio d. c. cum inquit, fructus manere penes laicū illū, à quo res auocatur: nam si ecclesia audita fuit per viam restitutionis, certum est tunc fructus restituendos fore, vt sup. di- ximus, ex vulgari l. quod si minor, §. restitu- zio, ff. de minor. l. patri, §. item ex diuerso, ff. eodem: quod pungit gl. in d. c. vbi nec ipsa resolut nec Dd. satisfaciunt. Similiter, si

ecclesia ibi egit ex causa nullitatis ( vt plures intelligunt) restituendi etiā erant fructus, cum re ipsa, ex tex. in cap. si quis presbyterorum, eodem tit. & tex. in l. si præ- dium, C. de præd. min. 2. l. C. si quis igno. rem min. vnde circa difficultatem fructuum magis variant, minusq; se explicant scri- bentes ibi: miram autem varietatem vi- debis apud Imol. ibi post n. 7. qui non vi- detur satis sibi constare, nec in cap. si quis presbyterorum. n. 30. atque inde dici solet tex. illum varias habere lecturas, vt per Boc. decis. 44 n. 23. & mclius Cou. li. 1. reso. c. 3. col. 3. & seq. Inde vnuſquisq; ex scrib. diuersam rationem affert, cur is, à quo ecclesia rem ibi auocat, fructus lucretur: eamq; varietatem vltra Imo. ibi colliges ex relatione Barba. consil. 40. col. 7. lib. 1. nec in tanta varietate facile dignosces, quid receptius ad intellectum tex. dice- re possis.

Imol. in d. c. prope fin. cum Innoc. Flo. 17 & Anch. (immemor se superius dixisse in eo casu ecclesiam imperasse restitutio- nem) variando concludit ecclesiam ibi obtinuisse ex causa nullitatis: possessio- rem vero fructus retinere ob bonā fidē, quem intellectum sequitur Alexa. consil. 154. n. 2. lib. 6. & confirmari potest ex gl. à multis commendata in l. 2. C. si quis ign. rem. mino. de qua infr. latius agemus. Sed is intellectus maximam patitur difficultatē ex c. si quis presbytero, ū. eo. tit. vbi ec- clesia rem absq; solemnitate alienatam auocat cum fructibus, & tex. in l. iubemus nulli, §. I. C. de sacros. eccl. Et ita aperte cō- tradicit Butr. in eo cap. contendens nihil tunc prodesse bonam fidem g. ex iu- g. Intellige in rebus ecclesiasticis, secus in re- bus minoris, vt infran. 32. tradit noster Pine- ris errore: & ita clare sentit Panor. ibi ad fin. dicitque receptius Fel. in c. cum causa, num. 27. de re iud. & Thom. decis. 79. Et ita vides dolendam scribe. varietatem.

Aliter variando intelligit gloss. ibi, vt fructus eo casu retineantur propter la- borem possessoris, idque intelligendo quod alienatio valuit rescissaque fuit per restitutionem, quam interpretationem magis probat Pan. ibi: & ita Bar. in d. con- sil. 40. col. 8. vers. faciat, lib. 1. & consil. 80. vers. faciat etiam, lib. 3. idque receptius dicere videtur Couar. vbi supr. n. 3. Mihi autem minus receptum, minusque verū videtur ad intellectum illius tex. nam (si verum amamus) nullatenus ibi cogitatur

de compensando impensas, & laborem cum fructibus: sed indistincte respondet S. P. fructus apud possessorem manere. Quod etiam cuinci videtur ex cod. tex. in vers. unde humiliter, cu inquit, possessorem ipsum priori anno ex fructibus ville percepisse totam sumam ab eo soluta, & aliquid plu: ex quo satis videtur rem talem fuisse à principio alienationis, ut minima, aut nullam impensa necessaria esset, cu statim tam vberes fructus produxerit, & denique ea interpretatio non solum diuinatoria est, sed & perplexitatē non leuem inducit.

19. Aliter illum te x. intelligi posset tentat Couar. in d. cap. 3. col. 4. ex traditis à Molin. in consue. Paris. §. 22. n. 53. distinguens, an possessor ex fructibus locupletior factus fuerit, nec ne, vt quatenus consumpsferit, nec locupletior fuerit, restituere non tencatur, & ita procedet tex. ibi: quatenus autem locupletior fuerit, restituere teneatur. Quae interpretatio non magis placere debet, cum magis diuinatoria sit, nimisque ei repugnet litera tex. indistincte loquentis: tum etiam, quia ex certissima iuris reg. res cum fructibus ecclesiæ restituenda veniebat, ex d. l. iutemus, §. 1. & d. cap. si quis prebyter. tum magis, quia intelligendo (vt hi intelligunt) quod ecclesia ibi audiebatur per auxilium restitutionis, indistincte auctorandi erant fructus, reiecta differentia bona vel malæ fidei, vt Panorm. melius ibi aduertit n. 8. Similiter & reiecta alia differētia, an possessor locupletior factus sit, h iuxta reg. d. §. restitutio, l. quod si h. Intelligit Eman. Cos. in §. & quid si tantum, pag. 52. à n. 75. l. Gall. ff. de lib. & posthu. minor. ff. de minor. l. cum autem, §. cum redhibetur, ff. de adul. edict.

20. Vnde non defuere docti viri, qui (omissis alijs difficultatibus illius tex.) circa hanc difficultatem fructuum in beneficio restitutionis tantum insistentes, tentarunt in d. cap. concessam fuisse restitutionem gratiæ, non iustitiae: atque ideo fructus ibi non restitui, ex recepta differētia inter eas restitutionis species, secundum traditam in l. Gallus, §. & quid si tantum: per textum in authen. idem est, C. de hered. Ex gratia vero restitutionem ibi concedi colligebant ex eo, quod post lapsum quadriennij, temporisque ordinarij restitutio ibi concessa videtur: quod maxime suadebitur ex facti relatione,

quam tradit Hostiens. ibi: Causam autem iustificandæ talis concessionis, colligebant ex enormi ecclesiæ damno: sic etiam Hostiensis ibi, (quem variando referunt, nec prorsus improbant Panorm. & Imol. ibi) dicebat Papam eo casu ita pronunciasse, vel negotium componi iussisse, non omnino secundum iuris regulas, sed quia possessor non aliter rem restituere volebat. Sic etiam ex causa restitutio aliquando concedi debet, sed à solo principe expectanda est, vt in l. Diui, ff. de pæn. l. 1. §. fin. ff. de quaest.

Sed ea arguta interpretatio, simulque explicatio Hostiens. non videtur retinenda, eo quod text. ille iam non contineret iuris decisionem; neque in iuris sanctiones redigi debuisset, magisque appellaretur rescriptum particolare, quam causæ decisio, quod absurdum nimis, & inusitatum est: talesq; interpretationes fugiendas maxime in decretalibus tradiderunt grauissimi Dd. Ioan. Andr. Butr. Panorm. refert Cep. in Rub. ff. de verb. signific. num. 120. quod etiam suadetur ex cod. tex. ad fin. ibi, appellatione postposita: quæ clausula ad iudicia, causasque ex iustitia tractas, magis applicatur, iuxta text. in ca. pastoralis de appet. nec contrarium suadetur ex superioribus verbis eiusdem tex. ibi, humiliter explicarunt: humilia namque verba & subiecctionem referentia, subditis erga dominos congruunt, etiam in ijs, quæ iute petuntur, idque hominum usus ubique obseruat: quod etiam in plurimis epistolis Plinij ad Traianum lib. 10. deprehendit, nec minus ex Cornelio tacito in historia Romanorum Casaram. Aduerto itē quod ij, qui tex. illum intelligunt de restitutione particulari ex gratia, secure præsupponunt, ecclesiæ ibi nullo alio remedio auditâ fuisse, nisi restitutionis: in quo contra eos stat multorū authoritas, ibi & alibi: quod ecclesia ibi ex capite nullitatis egerit. Nec omitto circa eundem interpretandi modum, quod doctiss. Couar. in d. c. 3. lib. 1. ref. n. 14. vers. his omnib. videtur concludere, in eo ca. ad nostram, restitutionem fuisse ex gratia post quadrienniū, ex leſione enormissima, secundum receptas traditiones cum gl. celebri in c. 1. de in inte. rest. lib. 6. atque ideo in ea restitutione tunc non venisse fructus. Ego vero non dubito ex traditione d. glof. & Dd. contrarium colligi, imo quod

quod sicut restitutio ob minorem læsionem intra quadriennium dicitur ex iustitia, ita ea, quæ ob maiorem læsionem datur post quadriennium. Hæc enim nō minus generaliter conceditur concurrente tali læsione, secundum gl. & Dd. nec principis gratiam expectat: & consequenter *restitutione iustitiae*, non *gratiæ* appellari debet, arg. l. 1. §. *lex falcidia ff. ad l. fals. l. 2 ff. de intus rup.*

22 Ex supradeductis satis ostenditur mira Dd. varietas non leuisque difficultas, circa intellectum illius text. in cuius explicatione scriben. ibi nihil firme retinent. Qui autem cum glo. intelligunt, ecclesiam ibi per restitutionem iustitiae auditam fuisse, nunquam satisfaciūt obiectio ex reg. d. § *restitutione l. quod si minor.* Sic etiam qui intelligunt ecclesiam egisse ex nullitate, ob defectum authoritatis & solemnitatis, non satisfaciunt obiectio d. l. *iubemus nulli*, §. 1. & cap. si quis presbyterorū. Nec ego tam perspicuā interpretationem polliceor, quæ omnino difficultates tollat, omnibusque hac inspecturis satisfaciat: multa enim à iuris conditoribus ita relicta sunt, vt docti & in hac disciplina diu versati, non posse ea plane sustineri agnoscant, vt alias notat Bar. in l. si olei, C. de locat. Pau. in l. cum quidam, C. de leg. Pau. in l. naturalis, §. 1. cum do, ff de praescr. verb. alibi sape, vt per Budæum in observatione annuomiarum. Sic & ipsos ICtos & grauissimos alios viros, in iis, quæ obiter incidebant, non semel lapidos ostendere conatur insignis Alciat. lib. 4. par. capit. 17.

23 In ea vero difficultate & varietate verius arbitror contra Hosti. Imol. & plures *sphr.* citatos in casu d.c. non defuisse autoritatem ordinarij vel prælati, quæ necessaria esset: cum tex. aperte fundetur ex enormi detimento ecclesiæ: idq; tantum à iudice animaduertendum iubeat: tum etiam ex reg. d. l. *iubemus*, & capitu. si quis presbyterorum. Placet vero, quod magis communiter Dd. tradunt contra glo. non debere tex. restringi ad restitutionem intra quadriennium. Quibus præmissis, ex fundamento læsionis, cui tex. innititur, considerabam posse tex. dupliciter intelligi, idque sine varietate: Quasi vtraque explicatio & cōsecutio resultare queat ex codéfacto, à quo ius oriri frequenter dicitur ex IC. in

*l. sex pligis, §. in clivo ff. ad l. Aquil.* Primo videtur tex. adduci posse ad materiam huius l. quod gl. ibi variando sensit: extensusq; tentauit Imol. n. 6. qui id reiecit, eo quod in feudo putauit non applicari remedium huius l. Sed contrarium receptius est, vt in emphiteusi, prout deduximus *supra in 3. c. 1. par. ad fin.* Sed speciatim in feudo notat Pau. hic, & per tex. in d.c. ad nostram, punctualiter hoc tradit Rom. in d.l. si quis cum alister, & alij, vt retuli *supr. in 4. c. 1. par. n. 2.* quod cōmuniter probatur ex eudenti incōmodo: maxime in ecclesia particulari, vt erat monasterium, de quo in d.ca. quod quidem ad alendos religiosos ad sumptusve neccesarios, villa sua indigebat magis, quam vasalli imaginaria subiectione.

Sic igitur ex eo, quod gl. sensit, & Imo. 24 expressit, & Rom. speciatim notauit, eo text. adducto ad hanc materiam, dici posset, ibi actum fuisse ex remedio huius l. ob enormem læsionem: qua probata, obtinet ibi monasterium agens, & in his terminis eum tex. accipiendo, recte adduci poterit pro receptioni sententia, vt emptor vel possessor cōdemnatus ex remedio huius l. non teneatur fructus perceptos restituere, imo eos irreuocabiliter retinet. Sed hic intelligēdi modus (præsertim ex Imol. & Roman. fulcitus) difficultate non caret: non quidem in assequendo, cur ecclesia ibi non potius restitutionem peteret, qua sibi plenius & facilius consultum foret: iad id

*i. Cante ac mature isthac intellige: nam huic solutioni adhuc instari posest, restitutionē, de qua in hoc text. propter valde encrime dampnum quadriennio finitam non fuisse, ex gl. in ca. 1. de rest. in integr. lib. 6. cum supra scriptis, nu. 21. ad fin. à nostromet Pinelo.*

enim facilis est responsio ex Hostien. & aliis, & ex litera text. Transacto enim quadriēnio, secundum iuris regulas, cefabat ordinaria restitutio exc. 1. & 2. de in integ. restit. in 6. & Clem. 1. eodem tit. Vnde ad remedium ex læsione deueniri potuit, quod ante Innocen. III. eiusdemc. conditorem iam inter ecclesiasticos frequentabatur, vt constat ex responsio Alexan. 3: *in cap. cum dilecti, de empt. & vend.* Ex Platina enim & aliis liquet longe ante præfuisse Alexa. III. pontificem. Verba etiam, *enormis læsionis*, apte in cum sensum accipiūtur, de quo remedio

agit idem Innocen. III. (d. cap. author.) in cap. cum causa, de emp. & ven. Sed alio nomine hæc explicatio non videtur satisfacere, nam in d.c. res simpliciter restitui iubetur monasterio læsio in remedio autem huius l. electio datur conuento: & ita alternatiue sententia profertur in d. ca. cum causa. Cui obiectioni in tantis difficultatibus, qualis qualis responsio admittenda videtur. Nec fortasse omnino displicebit respondere, quod in materia huius l. & d.c. cum dilecti, receptius est libellum & sententiam ad rem simpliciter referri posse, electione manente ei, qui condemnatus erit, secundum glo. & Dd. hic, & in alijs locis, vt trademus in seq. par. perl. miles, §. decem, ff. de re iud. Nec omnino exorbitans videri debuit, in casu d. ca. ex negotij circumstantijs præcise rem ecclesiæ restitui, ob enormem læsionem, quæ non tantum in precio, sed etiā in alieniādo interuenit, vt statim ostendetur: quæ explicatio si alijs conferatur, quas scriben. ad d. ca. tradidere, minus fortasse displicebit.

25 Posset ex eadem causâ enormis dispendij (cui tex. ille innitur) decisio S.P. aliter nec absurde explicari: vt res præcise restitui iubatur, tanquam alienatio inualida fuerit ab initio, non ex defectu authoritatis prælati, sed ex defectu cause cognitionis, quæ in alienatione rerum ecclesiasticarum non minus necessaria est: cuius etiam defectus irritam facit alienationem, cap. sine exceptione 12. q. 2. & communiter Dd. vt per Rebuff. ibi in suo compendio, verbo prospiciat, & prius in eodem compen. post princ. dum citat Guidon. & alios: & colligitur ex nota. conf. Soc. 15. lib. 1. Dec. conf. 142. ideoque in ea materia pro necessaria solemnitate, additur diligens negotij tractatio iuxta tex. & glos. in ver. tractatus, in c. 1. de reb. eccles. in 6. & speciatim Frederi. conf. 142. & conf. 249. sicut in alienandis immobiliis minorum, vt in l. magis puto, §. non passim, versic. Prætori enim, ff. de reb. cor. & per eum tex. notant Dd. in variis locis, & in proposito Dec. conf. 403. Afflict. lib. 2. conf. Neap. rub. 38. ad fin. & post eum Chass. in confu. Bur. fol. 104. col. 4. & prius Fabian. de empt. & vendit. in 1. par. Parif. conf. 100. lib. 1. ad quos recurreret circa solemnia, in iis alienationibus obseruanda. Cum igitur in casu d. cap. ad nostram, alienatio fuerit ob debitum 80. libra-

rum, villa autem alienata, primo anno redditus præsttit, ex quibus æs alienum solui potuit, euidenter ostenditur, inconsulto, & sine causæ cognitione, vel siue prudenti tractatu alienatione factam fuisse, ac proinde non valuisse, & consequenter rem præcise auocari posse, secundum iura & receptas sententias.

Sed instabis, cur in d. cap. fructus retinentur, nec eccles. tunc restituuntur, ut necessario restituendi videbantur ex iuribus supra citatis tam in rebus ecclesiæ, quæ minoris, ubi alienatio inualida ostenditur? Cui difficultati satisfit, ex eo, quia authoritas prælati & conuentus interuenit, vt supra cum multis Dd. probauimus, suaderiq; ex litera diximus, cum ibi enormis læsio tam attenditur: vnde emptor, seu is, in quem alienatum est, fructus ob bonam fidem retinet, quando ea non solo iuris errore coloratur, vt agnoscunt communiter Dd. & tradit Panor. in d. cap. ad finem. Imol. in d. cap. si quis presbyterorum, num. 30. colligitur ex traditis à Fel. in d. cap. cum causa, num. 27. de re iud. & Molin. inconsue. Parif. §. 22. ex num. 48. cum seq. deduciturque ex infra dicendis. Præsupposita igitur eo casu authoritate eorum, à quibus de iure in iis alienationibus requiritur, satis videbatur excusandus emptor, vel is, in quem res alienatur, ab eo enim tantum exigi debet, ne sit in mala fide: quæ cessat, cum solemnia extrinseca obseruantur: licet alio nomine latenter alienatio corrut, in idq; recte adduci potest, l. bon. & fidei. ff. de acq. rer. domin. quæ differentia colligitur ex Dd. ubi supra, & latius infra comprobabitur: facitque text. ( si cum iudicio expendatur ) in leg. si quis legatum, ff. ad l. Corn. de fals. Sic igitur concludimus, in d.c. rem præcise ex inconsulta alienatione reuocari: fructus vero ex bona fide ob decretum & authoritatem, aliaq; extrinseca retineri: & ita cessare grandes scrib. difficultates. Si qui autem hæc lacerauerint, id ab eis tantum exigi vellem, vt in tantis difficultatibus meliora præstent.

Tandem ad d.c. ad nostram, de quo tam prolixè tractauimus, noue aduerto, ex eo posse urgentissime comprobari quod diximus supra in 2. cap. huius partis, nu. 35, contra Anch. in cap. peccatum, dereg. iur. in 6. vt vilius vendenti ob ne-  
cessi-

cessitatem suam, non magis succurratur, quam voluntarie alienanti, & sic non detur ei remedium huius l. vel aliud rescfitorum, nisi laesio sit ultra dimidium: Patet enim ex d. c. ecclesiam ob æs alienū, villam alienas, summus autem Pontifex, post lapsus ordinarium tempus petendæ restitutionis, eidem ecclesiæ non succurrit, nisi enorme damnum probetur. Satis aperte igitur significat (contra Anch.) necessitatem vel miseriā venditoris in foro exteriori non onerare emptorem: nec eius titulum minus validum reddere, vt etiam probat tex. in l. non idcirco. infra hoc sit. quod hic repetere libuit, vt quæ dixi in d. loco. fulciantur auctoritate insignis Caietan. in summa verb. emp. i. cuius verba ita habent, nec redditur in instiūtū precium ex causa, prout, quia necessitate ductus, ac per hoc non voluntarie vendidit: quia inopia, qua cogitur quis ad vendendum, non reddit venditionem in voluntariam. Roboratur inductio illius tex. quia si vera esset opinio Anch. ad forum exterius, non tantum ecclesiæ, sed etiā cuilibet non priuilegiato, post quadriennium longiusque tempus succurri facillime potuisset, contra id, quod tex. in d. cap. non obscure significat.

28 Retenta sic receptioni sententia & cōmuni praxi, vt in remedio huius l. fructus non repeatantur, aduertendū est ex fundamento Dd. in hoc articulo, id colligi & applicari tantum ad terminos venditoris, vel alterius distrahentis laesi: diuersumque dicendum videri, quando emptor laesus ageret, quia tunc ipse voluntarie rescindere dicitur, non ab alio coactus, vt in aliis articulis distinguunt Dd. supra hoc cap. & latius in preced. cap. relati: & ita in emptore agente ad rescindendum, proprie viget argum Bal. hic, n. 3. & quod in iure habetur de redhibente, vt in d. l. cum autem, §. cum redhibetur, ff. de adil. edit. & ita satis in terminis colligitur ex doctrina Panor. supra relati, in d. c. illo vos, num. 6. de pigno. magis vero ex Ant. Burg. in d. c. ad nostram. nu. 26. Quod maxime suadetur, l quia alias quotidie da-

*l Maxime si fides haberetur de precio: nam alias & pecuniarum usus hoc argumentum aliquatenus eleuare posset.*

retur occasio fraudibus, vt quis etiam ex industria carius emeret, nec ageret, nisi post plurimorum annorum fructus per-

ceptos, sciens se fructus retenturum, & premium sibi restituendum, quod mihi verius videtur, sed contrarium in sententiudicatum vidi, vt etiam emptor ageret & contractum rescindens, fructus lucretur.

Eandem receptionem sententiam limitandam, m con-

*m Hac limitatio licet equissima sit, tamen plane controverti potest ex omnibus fundamentis pro communis supra adductis.*

trariamque saluandam arbitror, quando ultra laesionem alia non leuis ratio concurredit, prout si callidus emptor simplicem venditore suasionibus alliciat, licet non integro dolo, tunc enim videretur emptor non excusandus à restitutione fructuum: argum. gl. in l. I. C. ne fil. pro pat. cum traditis ab Ias. in l. I. col. I. ff. de condic. indeb. & Molin. in consu. Paris. §. 30. n. 98. cum aliis quæ superius adduxi, i. par. ca. I. n. 3. ad intellectum l. contractib. C. ex quibus cau. maio. Confirmatur magis ex egregia traditione n. Pau.

*n Vide infra pag. 145. n. 43. annot. & omnino Cie. lib. 3. officiorum pag. 173. cum preced.*

Cast. in l. item si precio, §. fin. ff. loc. vbi inquit, quod si rusticus adduceret librum vendendum homini doceo, isque rusticus diceret librum non valere ultra triginta, cum valearet quinquaginta, & rusticus ei fidem adhiberet, posset aduersus eum agere, ad supplementum iusti precij, etiam si laesio non sit ultra dimidium. Qua ratione idem dicendum erit in rusticō vel alio ignaro affectante gemmam nobili vel artifici scienti rei valorem, idemq; cum notabili diminutione precij vendente, facit tex. in l. si vina, versi. plane, ff. de peri. & com. re. vend. ibi, cum intelligeret venditor, quod latius discutietur in seq. cap.

Ex supr. deductis in q. fructuum, inferatur ad intellectum tex. cum gloss. celebri in l. y. C. si quis ignor. rem mino. vbi Imp. reg. ponit: vt immobilia minoris distracta sine iuris solenitate, cū vniuersis fructibus retrahatur: à qua reg. exceptionem tradit in haec verba, si non bona fide emptorem fuisse constiterit. Regula certissima erat ex l. si præd. C. de præd. minor. exceptio vero difficultatem habet, quia qualitas bonæ fidei non videbatur applicari posse ei, qui rem minoris emit, non obseruatis iuris solemnibus, attenta doctrina tex. in l. quemadmodum, C. de agr. & censit. ibi. malefidei namque possessorem

*esse, nemo ambiguus, qui aliquid contra legū interdicta mercatur. Sic cum ecclesiæ minus legitime distrahuntur, cum fructibus auocantur: i. iubemus nulli, §. I. C. de sacrof. eccles. ca. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non aliena.*

31 *Glo. in d. l. 2. intelligit eo casu bonam fidem induci ex iuris errore: quod sequuntur bal. & cateri ibi: commendatq; Sal. notans, ibi generaliter determinari, iuris errorem sufficere ad acquisitionem fructuum. Citant gl. & Dd. tex. in l. sed & filege, §. scire, ff. de petit. hared. quem ut expressum in id notant Bart. & plures ibi: & quamplures alij, de quibus infr. hoc cap. num. 3. & Panorm. in d. c. ad nostram, prope fin. Imol. in d. c. si quis presbyterorum, num. 30. las. in l. i. §. si vir uxori, nu. 22. & in l. 3. §. ex contrario, num. 37. ff. de acq. poss. & Aretin. in l. quod uxor, ff. eod. vbi doctrinam dictæ glo. extollunt, quam etiā dicit notab. & receptam Curt. seni. conf. 71. num. 14. col. 5. & alij, quos citat Couar. lib. I. resolut. cap. 3. num. 8. cuius gloss. ad acquisitionem fructuum nō fuit memor Roma. aliam commendans, sing. 90. nec Felin. in cap. cum causa, num. 27. de re indic. & in cap. de quarta, num. 29. de prescript. Sed contra traditionem illius glo. deducitam ex d. §. fortissime obstant iura & rationes, de quibus per scriben. in eisdem locis: nec parum vrget reg. d. l. quemadmodum, num. præced. adducta: nec ullus ex scribent. se satis explicat, à gloss. tamen recedere non audent, quia putant esse pro ea tex. expressum in d. §. scire, & ita ex eorum dictis colligi videtur, quod sublato d. §. libenter contrarium probarent: quod memoro, ut facilius admittatur opinio, quam inferius probamus contra gl. & Dd.*

32 *Retenta autem interpretatione gl. in d. l. 2. ad casum tex. de re minoris, respondent quamplures, ad arg. seu ad iura, quæ de ecclesia loquuntur, vt in hoc magis ecclesiæ faueatur, quam minori: quod variando tradit Imol. in d. c. si quis presby. nu. 30. ad fin. & ex Panor. & aliis, id quasi receptum tradit Felin. in d. cap. cum causa, num. 27. & Curt. seni. conf. 71. col. 7. versic. & si quispiam. & quasi receptum id tradere videtur Couarr. d. c. 3. num. 8. versic. caterum, iuncto præced. Putantque plures, in rebus ecclesiæ, non in rebus minoris, congruere distinctionem illam Bar. (quam innumeris sequuntur, ego vero*

commentitiam existimo) in d. §. scire, dum distinguitur inter titulum, cui ins non assilit, & titulum, cui ins resistit: de qua traditione dubitauit Aretin. in d. l. quod uxor: nec Ictor. traditionibus consonat similis differentia, quam Dd. in multis tradunt. Plures etiam ex nouioribus reperies, nunquam memores huius differentiae à prædictis traditæ, inter bona ecclesiæ, & minoris: imo diligenterissimus Aymo de antiquit. temp. 4 par. nu. 162. versic. quid tenendum, quasi receptissimum scribit, idem iuris esse in bonis ecclesiæ, quod est in bonis minoris.

Ex præcedentibus agnoscunt periti, 33 quanta in hoc articulo sit difficultas: in qua ego in primis longe verius existimo, quod sensisse videtur Bald. non relatus in l. si præd. C. de præd. min. vt non fiat differentia inter res ecclesiæ, & minoris: imo quod ex eadem causa erroris inducatur bona fides in emente rem ecclesiæ. vt in emente rem minoris, idque cum iudicio probate videtur Couar. d. c. 3. nu. 8. licet contrarium receptius putet, quod mihi non videtur, cum hanc opinionem probent Bald. & Aym. proxime citati: Innocent. Flor. Anch. quos refert & sequitur Imo. c. ad nostram, prope fin. vbi hoc asseruit. Contrariumvero non satis asserbat idem Imo. in d. c. si quis presbyt. Hæc autem opinio æquans bona ecclesiæ & minoris, longe magis amplectenda videtur ultra scribent. Nam & in rebus minoris viget eadem ratio iuris resistitis, vt probatur ex l. i. & toto titul. ff. de rebus eor. l. lex que tutores, Cod. de administ. tu. l. bonæ fidei, ff. de acquirend. rer. domin. ibi, si pupilli sit, aut contra legem prædicti data. Idque colligitur ex Bar. in l. cum lex, ad finem, ff. de fidei in ff. notat aperte Bar in l. i. nu. 8. ff. de noua. & minoris & ecclesiæ bona in proposito æquat Paul. in l. Celsus, nu. 4. ff. de usucap. Nec est, cur in hoc magis faueatur ecclesiæ, quam minori, cum potius ecclesiæ, vt piæ matris benignitas, sua temporalia magis communicare, & largiri soleat, mitiusque cum omnibus agere, vt probatur ex gloss. in cap. hoc in verb. vt plus 10. quæst. 2. glos. in l. 2. verb. non obligantur, ff. de pollicit. Nec facile recendum est ab æquiparatione ecclesiæ & minoris, quam egregie ornat Hisp. Bernar. à Luco, reg. 147. versic. eccles.

In eo.

34 In eodem articulo, speciatim ad acquisitionem & retentioneum fructuum in rebus minorum, quoad d.l.2. C. si quis ignor: rem minor. verius puto, regulariter errorem iuris non valere, ad acquirendos fructus, contra id quod sonat gloss. ibi, & contra quam plures supr: citatos, ut sic dum tex. ibi excipit emptorem bona fidei, non intelligatur de errante iure: obstat enim d.l. quemadmodum in fi. C. de agric. & cens. iuncta inductione superius facta de resistentia iuris. Probatur etiam ex iuris regu. vt error iuris ad acquirendum non prospicit, tex. in l.7. ff. de iur. & fact. ign. maxime, quod in rebus minorum id ius requirens causam & decretum, ratione & usu notissimum effectum est, ut iam colorate ignorari nequeat, argum. gloss. in l.1. in fin. ff. de recepta. Vrgent etiam iura, quae tunc indistincte iubent rem minoris cum fructibus restituunt, magisque id colligi potest ex l. si fundus, §. quandoque, ff. de reb. eror. Suadetur etiam ex iuribus loquentibus de rebus Ecclesiæ, reiecta differentia, quæ ad vitandam difficultatem à nonnullis fiebat inter ecclesiam & minorum. Corruuit etiam generalis ea communis traditio gl. & Dd. ex eorum confusione, circa probandum talem errorem, ut infra num. 37:

35 Huic autem veriori sententiæ non obstat text. quem gloss. & Dd. vbiue notant in d. §. scire, vere enim IC. ibi non dixit, nec sensit solo iuris errore excusari possessorem à restitutione fructuum. Glo. autem ibi varie explicauit, ex cuius varietate verior explicatio videtur, quod IC. ibi velit possessorem ex errore iuris excusari à nomine & poena prædonis, quod leuius est, ex glo. in l.1. ff. de abig. & l. igitur, §. potest, ff. de lib. cau. cum traditis ab Alex. con. 127. nn. 8. libr. 4. Gom. in §. ex maleficiis, nn. 52. cum seq. In sti. de act. nec est parui effectus excusare possessorem ob talem errorem à mala fide, & nomine prædonis: nam id profert, ne teneatur de fructibus percipiendis, ad quos etiam teneretur, ut ibi colliges ex Pau. Cast. col. 2. sub §. preceden. vbi notabiliter effectus eius rei tradit colligiturque ex Are. conf. 17. nn. 11. Secundum quam interpretationem, & alias ibi à glo. non inepte scriptas, iam patet non esse veram communem allegationem d. §. quem scrib. vbiue citant

generaliter, quod error iuris valeat ad acquirendos fructus, ut supr. n. 31. & vltra ibi citatos, ita cum tex. adduxit glo. in l. si fur. §. 1. ff. de usuca. Pau. in l. Celsus, col. 1. ff. eodem. Panor. in c. granis, nn. 17. de res. it. spol. Aret. in l. 3. s. ex contrario, ff. de acquir. poss. Bald. in l. 4. C. de usucap. pro emp. Alcia. in l. bona fidei, 110. ff. de verb or sign. Nouellus de dole par. 11. col. fin. Dec. in t. cum causa, nn. 4. de offic. deleg. Ex quo magis sequitur, deterius scripsisse alios; per d. §. ex errore iuris, quantumcunque supino, induci bonam fidem, ut incaute notat la son consi. 46. col. 4. versic 5. li. 3. Bal. in l. 1. in fi. C. vbi cau. sta. nam & Bar. & Dd. cōmuniter in d. §. scire, non notant, ex errore iuris induci bonā fidem, sed cessare dolum & malam fidem: inter quæ datur medium, magnaque differentia, secundum eos, & Panor. in d. ca. grauis, Aret. in d. l. quod uxori.

Manebit igitur regulariter verior cōclusio, ut juris error non valeat ad fructus acquirendos. Nec enim possent aliter verificari iura indistincte dicentia, rem minoris vel ecclesiæ, absque solemnitate distractam, auocandam fore cum fructibus, alias daretur occasio fraudibus: quilibet enim prætenderet iuris errorem, iuxta reg. l. verius, ff. de prob. secundum communem allegationem, maxime secundum veriorem resolutionem, contra vulgarem supr: reieclam, 2. c. l. par. nn. 31. vbi probauimus, in dubio non præsumi quem iura scire: licet ob iuris ignorantiam non admittatur excusatio: & ita procedit tex. in leg. sacratiss. C. de leg. quem Bar. in d. §. scire, & alij in hoc & alijs male citant: & ita accipi debent iura, quæ non excusat à fructibus restituendis ementem rem minoris, vel ecclesiæ absque solemnitate: non enim procedunt ob id; quod emptor præsumatur scienter contra iuris prohibitio nem emere, sed quia de iure damnatur ea ignorantia, cui succurri poterat consulendo peritiores: quod non satis percepit Aret. in d. l. quod uxori, versi. circa secundi

Si autem instes, qualiter exemplifica bitur exceptio d.l.2.C. si quis igno. rem minor. circa emptorem bonæ fidei in re minoris absque solemnitate distracta, facile satisfiet intelligendo, quando fuerit ignoratia facti non iuris; puta, si vedor non dixit rem esse minoris, sed suam, nec emptor id sciebat, & ita probat tex.

in l. bone fidei, 10 ff. de verb. signific. l. potest, & h. iusto, ff. de v. scap. l. 2. § fra pupillo, & ibi Pau. C. ast ff. de v. scap. pro empt. l. qui à quolibet, ff. de contrah. empt. Quæ iura satis probant, ementem scienter rem minoris absque ordinaria solemnitate, censi malæ fidei possessorem, & ita aperte tradit Alb. in l. fin. ad fin. C. si maior fac. in §. lib. C. & Soc. consil. 22. num. 17. libr. 1. Tiraq. alios secure citans, lib. de retract. lign. in fin. nu. 42. & 44. quod tandem videntur agnoscere part. & alij in d. §. scire, cum subdunt, errorem juris non præsumi in proposito, ad excusandum empotorem à restitutione fructuum, difficilimeque probari posse secundum Ang. ibi Alex. consil. 121. num. 14. lib. 4. imo probari non posse, dicebat Bal. in cap. cum super, col. 2. nu. 5. de caus. p. iss. & pro. per quod (si bene attendas) redditur inutilis opinio gloss. in d. l. 2. & scribentium per d. §. scire. Quod enim verum non est, non sollet conitare, nec cohærere.

- 38 Verificabitur etiam facilius exceptio d. l. 2. dum agit de cmente rem minoris bona fide, in alio emente à primo, qui cum minore, vel eius tute, aut curatore contraxerat: nam primus immediate emens absque solemnitate, raro excusatitur à mala fide, secundum supra dicta, tertius autem iam emit ab alio, non à minore: ideoquæ magis excusatur: vt cū iudicio dixit Molin. in consuet Paris. §. 22. num. 54. quem in hoc reprehendere non debuit Couarr. in d. cap. 3. nu. 6. ad fin. Pro Molin. autem vrget tex. in l. in cause, l. 1. §. fin. ff. de min. & reg. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & gloss. notab. in cap. cura, de iure patro. ad fin. ibi, eorum successores ignorant, & bonam fidem habent, & magis pro Molin. vrget tex. in l. bone fidei, 48. ff. de acquir. ser. domin. ibi, ab eo que postea alienata bone fidei emptori. Verificabitur etiam in emente à minore, qui communiter in loco pro maiore habebatur, & tanquam cum maiori eo contrahebatur, l. tertia, ff. ad Macedon. Alex. consil. 60. libr. 5. Guido decis. 173. & 301.

- 39 Similiter in eodem articulo, quo ad fructus acquirendos, & pro intelligenda exceptione d. l. 2. C. si quis ignor. rem min. aptari potest doctrina Bal. & Pau. in d. l. 4. C. de v. scap. pro emp. vt facilius excusatetur rusticus, vel mulier, vel minor emens, & in his iuris error excusat à restitutione fructuum, quod sequitur Aretin. in d. l.

quod uxor, ff. de acquir. poss. facit glo. in l. cum allegas, C. de v. scap. tex. notab. in l. cum de indebito. ad medium, ff. de proba quem in proposito notat Hisp. Segura in l. 1. §. si vir vxo. de quo latius dixi supra, l. cap. 1. parte, nu. 30. notat Alb. in l. 4. C. de v. scap. Sic magis excusabitur, qui emerit cum decreto, alijsque solemnibus exterius obseruatis, licet latenter desit perfecta tractatio, vel cause cognitio: id enim nullam culpam emptori irrogat, vt deduxi supra hoc cap. nu. 26. & colligitur ex notatis in l. 1. & 2. C. quando prouo. non est nec. circa vitium patens & occultum, & Dd. in l. cum prolatis, ff. de re iud. licet in proposito non videatur distinguere Bal. in l. si præd. min.

Excusabitur etiam emptor, quando 40 errauerit in iure dubio, quod scilicet iuris professöribus facile non sit, vel ambigüe interpretetur. Tunc enim iuris error solet æquari errori facti per tex. quem Dd. o commendant, in cap.

O De hac re vide etiam Couar. de sponsa. 2. par. ca. 8. §. 1. nu. 9.

cum dilect. versie. caterū de consuet. extollit etiam Pano. in c. Apost. n. 11. de dona. Soci. in Rub. ff. de reb. dub. ad si. Iaf. in l. iuris igno. n. 2. C. qui admi. Felin. in ca. de quarta, n. 27. de prescr. Cur. iun. consil. 28. num. 8. Bal. in l. Celsu, nu. 17. ff. de v. scap. singularemque dicit Ant. Capi. decis. 62. num. 24. & in tali errore iuris ambigui facilius excusatur iudex, vt notat gl. in § 1. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. quā extollit Bal. in l. mācipia, n. 2. C. de fern. fugi. Et talis error non obstat vscapioni, vt tanquam receptum tradit Felin. vbi supra, Alexan. aliqua cumulans consil. 214. nu. 6. & sequ. lib. 6. & Couar. plures citans in c. possessor, 2. par. §. 7. num. 9. Sic etiam ignorantia talis iuris ambigui causam tribuit restitutioni, vt ex d. ca. cum dilect. & Panor. tradit Afflict. in cap. 1. num. 10. quo temp. mill. Sic etiam vbi ius ambiguum est, afferunt Dd. sententiam non esse nullam. Bar. & alij in l. cum prolatis, ff. de re iud. late Felin. in c. 1. col. 7. ex num. 15. de re iud. Sic etiam in terminis, vt in alienatione reiminoris, emptor retineat fructus, quando inter Dd. est controvrsia, & aliqui aiunt alienationem valere, licet contrarium receptius sit, eleganter tradit Afflict. decis. 87. ad fin. Ex ambiguitate etiam causæ solent prudentes senatores principem consulere, vel litigantes ad concordiam com-

compellere, ut late tradit. Affl. libr. I. Consti. Neap. rub. 34. facit l. C. de leg. & ex maxima controvrsia, vel obscuritate fit diuisio per medium, quæ alias rusticana appellari solet, iuxta glo. p. in l. Nesenn. ff. de neg. ges. vt notat Dec. in l. preci.

p Adde celebre rescriptum Traiani, relatum apud Plin. lib. 10. epist. 119. quod maxime hæc glo. opinionem confirmat. bus, col. 12. C. de impub. & aliis, Dec. in ca. lit. causam, col. fin. de prob. Soc. const. 150. col. fin. lib. I. Soc. Nep. const. 33. lib. 2. Boer. decis. 149. nu. 22. & 42. late Tiraqu. de primogen. q. 17. in 4. opin. nu. 9. & seq. solet in id notari tex. in l. & hoc Tiberius, 41. ff. de har. inst. facit tex. in l. sed ex si lege, §. adeo in fin. & ibi gl. & Pau. ff. de pet. har. q

q Confert præterea tex. vbi etiæ gl. in l. adeo, §. cum quis, vers. est tamen, D. de acquir. rer. domin. text. optimus in l. filio vel seru. D. vt leg. seu fideicommiss. text. vbi etiam glo. in §. cum ex aliena insitu. derer. diuis.

41 Ex præcedentibus autem insertur, ad d. l. 2. & glo. C. si quis igno. rem minorem, vt iuris error in proposito nullatenus excusat iuris precium, ex mente Dd. in dictis locis, Bal. in l. quarta, C. de vñscap. pro empt. facit glo. celebris in l. professo. C. de mune. patrimo. Infertur etiam concurren- te paritate terminorum, non esse in hoc articulo differentiam, inter ecclesiam, & minorem: quod supr. efficaciter probauimus, & ita necessario intelligi debet tex. in d. cap. si quis presbyt. vt egregie sentit Couar. in d. ca. 3. nu. 8: versi. I. in fine, ibi, sic sanc opinor, excusabit tamen titulus, in quo exterius solemnia obseruata reperiantur: sic etiam quoad fructus, qui percipi poterant, quilibet error excusat, vt supra deduxi. Excusandus etiam videtur, qui peritos consuluit, argu. glo. celebris in l. Titio fundus, ff. de cond. & demons. & sentiunt Dd. in dictis locis, dum culpant eum, qui potuit peritos consu- lere, & ita Bald. in cap. cum super col. 2. num. §. de caus. p. ff. & prop. aperte Cur. sen. d. const. 71. post fin. in additio. Couarru. in d. §. 7. nu. 9. & de excusando eo, qui consultit peritos notat Bar. in l. in bonorum, ad fin. ff. de bon. poss. Alexan. in l. si contuenerit, nu. 12. ff. de re iud. tradit r Dec. in l. iuris ignor. 2. lect. ad

r Iaf. etiam in l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 8. C. de iudic. Alciat. de præsump. reg. I. præsum. 51. Paris. const. 7. in fine li. 3. Tiraq. de pandegū causa si. n. 108. & seq.

fin. C. qui adm. requiriens, vt perito- res consuluntur, non nomine tantum literati, arg. tex. & glo. celebris in l. quod si nolit, §. si mancipium, ff. de adil. edic. & ita Iaf. in d. l. iuris ignor. ad fin.

Ex prædictis cessat regulariter labor 42 Bar. & Ang. in d. l. sed et si leg. §. scire, & aliorum, de quibus supra, circa probandum iuris errorem: in quo nullatenus sibi constant, cum & nonnulli eorum addant, non posse talēm errorem probari, vt supra dedu xi, num. 37. Inde etiam ces- sat inepta traditio Baldi in d. l. 2. C. si quis ign. rem. min. dicentis in proposi- f Hanc tamen Bal. traditionem ita uult, quia re- gulariter ignoratia per proprium iuramentum probatur, late Iaf. cum addit. in l. Ait prætor, §. iurari, n. 6. ad mediū, D. de iure iu. cōtendit. to, iuris errorem probari per iuramen- tum partis, si sit persona honesta, quod sequitur Cur. d. const. 71. col. 8. num. 15. versi. verum, & Ale xan. ad Bar. in d. §. serie, Al- ciat. reg. 3. præsump. 30. in fin. Bal. in l. Cel- sus, nu. 27. in fin. ff. de vñscap. & neminem citans ita secure tradit Loriotus de fruct. axio 46. Sed melius contra Bal. aduertit Aret. in d. l. quod vxor, negans tunc eam probationem per iuramentum partis, principaliter arguens ex doctrina Bar. in l. inter omnes, §. recte, numer. 2. ff. de fur. quam inducit ex eo, quod præsumptio scientiae est contra allegantem iuris ig- norantium. Ego vero tale fundamentum non probo, quod sciā illud male col- ligie ex erronea vulgari allegatione d. l. leges sacratiss. C. de legi. vt supra: meliusque arguendum putarem ex ratione & re- gula iuris, ne facile poena eludatur, ex eodem Bar. in d. §. recte, num. 2. ibi, alias de facili euaderet, conducunt notata à Felin. in c. Rodulphus col. 3. de rescrip. Iaf. in l. 1. 2. lector. ad fin. ff. solu. matr. dum tradunt potius extendi, quam restringi significatio- nem verborum, etiam in l. pœnali, nefaci- le ei fraus fiat, vt notat idem Iaf. in l. cum quidem, num. 32. ff. de lib. & post. Crot. in l. omnes pop. num. 177.

Nec dubito (si attente, & cum iudicio 43 superius adducta ex pendan- tur) non so- lum verius, sed & receptius dicebundum fore, vt error iuris ad acquirendos re- tinendosque fructus non valeat, cum tandem scriben. ipsi male sibi constan- tes agnoscat, nec probabilem esse talem errorem, nec excusare, nisi magna ra- tio concurrat, prout in articulo iuris dubij,

dubij, ut per Curt. in addit. sui consi. & Alcia. in d. l. bone fidei, nro ff. de verb. signific. colligiturque ex varietate gloss. & perplexa traditione Dd. in d. l. sed & si lege, §. scire, Bal. & Felin. vbi supra, quod memorandum putaui, vt in iudicando & consulendo facilius admittatur verior opinio nec iudices deterreantur, ex periculis traditionibus de communi opinione sequenda, vt sic maior pars meliorem non vincat, quod in praxi saepe contingere, summe dolendum est, nec ferendum inter doctos, apud quos non numeri, sed veritatis ratio potior esse debet, vt scite & eleganter significat Plinius in epist. ad Traianum, libr. 2. ibi, numerantur sententiae, non ponderantur, nec aliud in publico consilio tam inaequale, quam aequalitas ipsa, nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est. t

t Adde sacram paginam Exod. cap. 23. nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae: vt à vero deuies, & Senecam libr. 5. epist. 33. pag. 119. quam etiam in rem apprime cōducit optima iust. sententia in epist. à Trebo missa, col. 2. cū inquit, Quia nō omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur, sed nec ex multitudine auctōrum quod melius & aequius est, iudicato: cū posse vnius forsitan & deterioris sententia, & multos, & maiores aliqua in parte superare, sed & in iudicis numerari, non ponderari sententias conqueritur Cost. in §. si arbitrat, limit. II. pag. 109. num. 3.

44 Ex prædictis apte insertur ad traditionem Bal. in l. 2. col. si. n. 80. C. de seruitu. vbi cū Innoc dixit, traditionē possessio- nis, inordinate à iudice habitam, non excusare à restitutione fructuum: u quod sequitur Alexand. ad Bar.

u Hanc Bal. traditionem à fortiori iuuat, quod in proposito communiter receptum est, ut pos- sessionem alterius, ex valido iudicis decreto ingressus pēnas possessionis alienae turbatori- bus infictas pendat, quod placitum frequenter cum multis testamur in nostro receptarum sententiarum thesauro.

in d. §. scire, Cur. sen. in d. consi. 71. ad fin. & alij quos refert Dec. in cap. cum causa, nu. 4 de offic. deleg. vbi id controuerit & ve- re longiorem tractationem exigebat ex traditis à Bar. & alijs in l. iuste possidet, ff. de acquir. possē. vbi tamen Ias. num. 27. sim- pliciter sequitur d. Bald. cui non pa- rum obstat gloss. cap. præsentium, 7. quæst. 1. de spoliat. à iudic. In quo videnda est

resolutio Panorm. & Felin. nu. 1. in ca. di- lect. in l. de rescrip.

Sic etiam ex d. l. 2. C si quis ignor. rem 45 minor. iuncto communi intellec̄tu, iun- ctis etiam superius traditis, vt iustus er- ror, & vera bona fides excuset à restitu- tione fructuum, ementem rem minoris, licet distractio nulla fuerit, ex defectu solemnitatis appareat grandis difficultas, à peritissimis etiam non facile resoluenda, rarissimeque à nostris animaduersa. Nam cum minor restituitur aduersus a- lienationem, præsupponitur eam fuisse solemnem, alias cessaret restitutio, age- returque ex nullitate, vt in l. 2. & l. si qui- dem, C. de præd. minor. & tamen minor per restitucionem indistincte euincit fructus etiam à bonae fidei possessore, per d. l. quod si minor. §. restitut. ff. de minor. & sic minus prodest titulus validus, per quem possessor efficitur dominus, sequuta re- scissione postea per restitucionem quam titulus ab initio nullus, concurrente er- rore colorato, vt aduerterit Pan. in d. cap. ad. nostram, nu. 8. de reb. eccles. quod non percepit Imol. ibi nu. 7. versi. & sic multo fortius, vbi quasi à fortiori arguit, idque prima facie nemo non probabit, vt titu- lus solemnis magis excuset, licet postea rescindatur, quam is, qui ab initio irritus erat. Quod argumentum etiam à fortio- ri admittebat Cur. in d. consi. 71. col. 6. ver- si. & tamen. Eam vero difficultatem cor- date sensit Molin. in consuet. Paris. §. 22. nu. 48. ad fin. versi. hoc enim, vbi in sequenti- bus per alias traditiones resoluere co- natur.

Videtur autem ea difficultas maiori 46 ex parte componi, si retineatur recepta opinio scriben. quatenus distingunt in- ter fructus naturales, & industriales, & an possessor effectus sit locupletior, nec ne, vt bona fides excuset possessorem à re-stitutione fructū, etiam naturalium, si ex his non sit factus locupletior: non vero quatenus possessor locupletior sit, ex Bart. in d. §. scire, Ias. & Dec. videndis in l. si me, & Titiū, ff. si cert. pet. Cur. d. consi. & est communis resolutio secun- dum Alex. in l. Nesennius, §. fin. num. 7. ff. de re iud. & secundum Soc. Nep. consi. vlt. lib. 1. num. 21. Ruin. consi. 24. in fin. l. 1. Afflic- decis. 240. num. 2. Silua. consi. 79. numer. 48. colligitur ex glo. & Bar. num. 7. in l. ex di- uerso, ff. de rei vend. late Ang. in §. si quis à non domino, col. 2. Insti. de rer. diuis. & ibi Baldui.

Ealdui. Quod etiam ad casum restitutio-  
nis, ante eam petitam cum iudicio &  
authoritate applicavit Molin. in d. §. 21.  
nu. 53. in princ. quem sequitur Couar. in  
d. cap. 3. lib. 1. reso. nu. 4. in fin. noue ponde-  
rans tex. (secundum vnum intellectum)  
in d. cap. ad nostram, de ribus eccl. Ex quo  
eleganter declarabitur, quo ad fructus  
generalis regulā d. §. restitutio, l. quod si  
minor. ff. de minor. & decis. d. cap. ad nostram,  
dum fructus possessori tribuit secundū  
Couar. in d. ca. 3. & Igneum in l. 3. §. si con-  
dit nu. 42. ff. ad 3. ill.

47 Quā in re obseruauī in praxi, frequen-  
tius reuelari bonae fidei possessores à re-  
stitutione fructuum, reiecta differentia,  
an possessor effectus sit locupletior. nec mi-  
hi ea praxis displicer, maxime in haben-  
tibus titulum exterius solemnem. Sic  
etiam in praxi magis obseruatur opin.  
glo. in d. l. ex diuerso, ff. de rei vend. que ha-  
bet, possessorem nunquam teneri ad restitu-  
tionem fructum industrialem, etiamsi fa-  
ctus sit locupletior: idque verius patet in  
habente titulum ex l. fructus. ff. de usur. li-  
cet mire controvēsum sit apud scri-  
ben. adeo, vt aliqui dicant opinionem glo.  
communem esse, alij contrariam re-  
ceptam afferant. Bar. enim in d. l. ex di-  
uerso, num. 7. communem dicit opinionem  
glo. sed ipse contrarium probat, &  
cum eo Panorm. in cap. grauis, numer. 6.  
de resti. spol. dicens, opinionem gloss.  
communem esse, veriorem tamē si-  
bi videri opinionem Bar. Et dolen-  
dam in hoc Dd: varietatem diligenter  
refert Couart. in d. cap. 3. nu. 6. vers.  
tertia conclusio: & exscriptis videtur ante  
Bar. communem fuisse opinionem glo.  
post Bart. autem eius opinionem recep-  
tiorem dicit Alex. in l. in insulam, §. fru-  
ctus. ff. solu. mat. & ita vitetur varietas  
eiusdem Alex. qui in d. l. Ne sennius, §. fin.  
num. 7. ff. de re ind. scribit opinionem glo.  
communem esse; & secure Fulg. in l. sed  
& si lege, §. quod autem, num. 1. ff. de pe-  
tit. hered. & communem cum gloss. di-  
cit Costa. in l. fructus. ff. de rei vend. & ita  
Cur. sen. d. consil. 71. col. pen. vers. quia ad  
ista, secure inquit in iudicijs particu-  
laribus veriorem & receptiorem esse  
opin. glof. & mirum videtur, quod  
opinionem Bar. quasi nec gl. nec aliquis  
contradixerit, secure refert Dec. in d. l.  
si me & Titium, nu. 2. in qua varietate scri-

ptum reliquit Fulg. in l. fructus, col. 4. ad si.  
ff. de rei vend. quod opinio glo. receptior  
erat, sed quod in futurum opinio Bar.  
fortasse magis communis fieret. Illud  
autem receptissimum est, vt opin. Bar.  
procedat in iudicijs vniuersalibus, prout  
in petitione hæreditatis, vt tradit Mol.  
in d. §. 22. nu. 49. Couar. vbi supra, vbi alios  
referunt, & Cur. proxime citatus: fa-  
cit tex. in l. item veniunt, 22. §. prater hac,  
versi. eos, ff. de pet. hered. vbi tamen  
gloss. non videbatur sentire de indu-  
strialibus.

Fructus vero naturales extantes, seu 48  
non consumptos, indistincte restituen-  
dos esse, licet non rei vindicatione, cum  
bonae fidei possessor factus sit dominus,  
receptum est ex Bar. & alijs in d. l. & ex  
diuerso, Ang. in d. §. si quis à non dom. Dec.  
in d. l. si me & Titium. Feli. in c. significauē-  
runt n. 6. de testi. Alex. consil. 21. li. 4. Panor.  
in d. c. grauis. Sic etiam indistincte restitui  
debent regulariter fructus à lite conte-  
stata ex d. l. sed & si lege, §. si ante, ff. de pe-  
tit. hered. l. certum, C. de rei vendica. & ita  
generaliter praxis obseruat, notantque  
omnes per tex. ibi in l. cum fundum, in  
princi. ff. si cert. petat. tradit Afflict. decis.  
59. vbi emendabis quod corrupte legit-  
tur, publicationis pro petitionis. Cessat  
etiam ea opinionum varietas, vbi post  
fructus perceptos consumptos, vel extan-  
tes à die perceptionis triennium  
transeat. Tunc enim iure usucaptionis  
concludunt omnes irreuocabiliter, libe-  
rari possessorem per glo. memorabilem  
in l. 4. §. fructus. ff. de usuca, ad fin. versi. in  
hoc ergo, quam ibi sequuntur Bar. Imol. &  
alij, & Paul. dicens eam notabilem, &  
perpetuo mente tenendam, intelli-  
guntque omnes, etiamsi possessor tunc  
effectus sit locupletior: & ita Ang.  
in d. §. si quis à non dom. Alex. Dec.  
in d. l. si me & Titium, Curt. d. consil.  
71. numer. 10. Bald. in l. 3. C. quod me-  
ius causa, idem Bal. in l. ancilla, num. 15.  
C. de sur. vbi d. gloss. non meminit, &  
late Balb. de prescript. 4. par. 4. partis,  
quæst. 35. & Flor. dicens eam glo. singu-  
larem, in l. qui scit, §. bona fidei, ff. de  
usur. Socin. Nep. consil. 105. nu. 9. libr. I. &  
plures citat Tiraqu. de retract. ligna. §. 15.  
gloss. 2. num. 17.

Ex superioribus infertur ad tex. in l. 49  
de fructibus, 17. ff. de donat. int. vir. & uxor.  
vbi IC.

vbi IC. inquit coniugem lucrari fructus  
predij à coniuge donati, licet donatio  
principalis, ex iuris regula non teneat,  
iuxta l. 3. §. sciendum, eod. titul. & glo. ibi  
primo intelligit tex. de fructibus indu-  
strialibus, & ita Dd. communiter, & re-  
cte per tex. in l. fructus ff. de usu. Pau. &  
Aret. in l. quod vxor, ff. de acquir. poss. ff.  
Panorm. in cap. consultat, de iure patron.  
Quod suadetur ex comparatione, quam  
IC. in d.l. facit de fructibus advifuras, iun-  
cta l. ex anno, §. 1. ibidem preced. Sed magis  
aduertendum est, quod glo. in eadem l.  
de fructibus intelligit tunc demum cō-  
iugem fructus (scilicet industriales) lu-  
crari, quando in iure errat, putans dona-  
tionem inter coniuges iure non impro-  
bari: & ita Sali. ibi. gloss. etiam, & Dd.  
communiter in l. quod vxor. ff. de acquir.  
poss. Imol. in cap. si quis presby. num. 30. post  
prin. de reb. eccl. Aret. consil. 17. num. 11. gl.  
& Dd. in l. unica, C. si dos const. mat. Ioan.  
Lup. in rub. §. 72. in fin. vbi id generalius  
intelligit.

50 Sed ego ab adolescentia, cum adhuc  
præceptores audirem, verius semper  
putauī ICtos in ea re indistincte locu-  
tos, nec eos aliquid tunc respexisse ad  
bonam vel malam fidem, seu iuris scien-  
tiā aut ignorantiam, quoad fructus in  
coniuge donatario: quod postea secure  
traditum inueni à Connano lib. 8. cap. II.  
sed longe prius & melius id probauit  
Fulg. in d.l. ex anno, ff. de donat. int. vir. &  
vxor. recte expendens literam tex. q̄ i  
hoc probat, ibi, licet am habere donationem.  
Aperte enim significat IC. fructus tunc  
acquiri ex ipsa donatione immediate: &  
sic non ex vi bonae fidei possessionis.  
Quod etiam probo ex prædicta com-  
paratione IC. de usuris ad fructus, & ex  
qualitate fructuum industrialium, iuxta  
d.l. fructus. Ex his enim satis ostenditur  
IC. tantum respexisse coniugem donan-  
tem, in industrialibus non fieri paupe-  
riorem, licet donatarius efficiatur locu-  
pletior, iuxta reg. in ea materia, de qua  
egerat idem Vlp. in lib. 5. §. pen. & fin. eod.  
tit. Et hæc opinio contra gloss. & alios  
suadetur, quia eorum traditio in viro  
accipiente ab vxore inutilis esset, cum  
is fere nunquam posset probabili iuris  
errore se tueri, iuxta tradita à Bart.  
& Ang. in d. §. scire, l. sed et si lege, Bal.  
in cap. cum super, numer. 5. de cauf. possess.  
& propri.

Ex quo minus dubitandum est magis 51  
errasse Ioan. Lup. in d. 5. 72. inf. dū erro-  
rem gloss. & aliorum retinebat etiam in  
donatione confirmata per mortem coniugis donatis, quod est contra decis. l.  
cum hic status, ff. de donat. inter vir. & uxor.  
& l. donationes quas, in fin. Cod. eod. & con-  
tra receptas sententias, quæ habent, do-  
nationem morte coniugis donantis re-  
trotrahi sine dubio, quoad fructus, se-  
cundum omnes: quoad dominium eti-  
am secundum aliquos, vt per glo. in l.  
sequens, quæ st. 70. ff. de leg. 2. gloss. in l. sub  
conditione, 16. in fin. l. schol. ff. de solu. gloss.  
Paul. & Aret. in l. talis script. ff. de lega. l.  
Dec. in l. illud, num. 6. C. de colla. Ant. Nice.  
concor. 119. cum multis relatis à Tiraqu.  
in l. si unquam, verb. libertus, n. 105. Nec du-  
bio caret, quod tanquam indubitabile  
tradebat idem Pala. Rub. dum nu. 1. in-  
quit, reuocata donatione à coniuge rem  
cum fructibus auocari. Iura enim, quæ  
cit, loquiuntur tantum de donatione  
causa mortis: in donatione autem inter  
coniuges, singulare ius est in fructibus  
industrialibus, vt ex particulari con-  
sideratione (quia principaliter non de-  
ducuntur ex re, nec faciunt donantem  
pauperiorem) à re ipsa donata sepa-  
rentur, & coniugi donatario irreuo-  
cabiliter acquirantur, licet principalis  
rei donatio irrita sit. Et quamuis mul-  
ta hic inde adferri possent contra  
Hisp. tamen videtur gloss. expref-  
sa in l. generaliter 24. §. proinde, verb. ex  
aliqua, ff. de fideicom. liber. quam ad alias  
sæpe commandant Dd. vt per Molin. in  
confue. Paris. §. 30. Tiraq. in l. si unquam,  
verb. reuertatur. num. 22. Hispa. Arias. l. 27.  
Tauri. col. 2. & 4. Hispan. Gome. de con-  
tract. c. de dona. fol. 38. col. 1.

In hac utilissima materia ad maiorem 52  
cognitionem præcedentium, & sequen-  
tium memorare oportet, qui dicantur  
fructus naturales, qui industriales: cum in-  
ter eas fructuum species longe lateque  
distinguatur. Qua in re IC. Pomponius  
in l. fructus, ff. de usur. magis, quam ali-  
bi, eam diuisionem ex primis: ex cuius  
doctrina & exemplis, gloss. & Bart. in l.  
ex diuerso, ff. de rei vend. magistraliter  
colligunt hanc appellationem, seu haec  
nomina fructuum naturalium, & indu-  
strialium, & ita Bal. notanter in l. ancille,  
num. 14. C. de furt. Pau. in cap. grauius, de rest.  
spol. & ex nouioribus, Loriot. de fructib.  
axioma.

axioma. 16. nec discrepat Copus in prima p. de fruct. Aliter etiam fructuum diuisi-  
onem tradit Bal. in cap. cum M. nu. 5. &  
6. de const. quem sequitur Boer. dicit 224.  
nu. 1. satisque est ad rei cognitionem, ex  
ICtis agnoscere differentiam inter fru-  
ctus, qui maxime requirunt hominis  
culturam & industria, & alios qui abs-  
que hominum opera producuntur: quo  
habito non tam curandum est de quæ-  
stione nominis, ut cum iudicio tradit  
Costal. in annot. l. fructus, ff. de rei vendi.  
quicquid præpostera subtilitate contro-  
uertat Corras. lib. 5. Miscel. cap. 9 commu-  
nen, vero explicationem probat Couar.  
d. 3 ego autem domorum pensiones &  
similia ab industrialibus non separarem,  
qua Bar. appellat fructus ciuii, & alij vbi  
supra, & Bal. in l. pro oneribus. C. de iure dot.

Specifice autem de oleo, vua, lana, la-  
ete, vt industriae fructus appellantur, no-  
rat Bar. vbi sup. Fulg. l. fructus. n. 4. & seq. ff.  
de rei vñd. Lor. de fruct. axiom. 17. sed noue  
& eleganter contradicit Cur. Burg. l. 2.  
coniœl. ad fruct. cap. 44. De foetu ouium va-  
riant scribentes Pau. enim in l. sequitur, s.  
fructus, ad fin. ff. de vñscap. animalium fo-  
etus fructibus naturalibus connumerat,  
& ita Bald. in d. l. ancilla, num. 13. nec con-  
trarium probat glo. in d. s. fructus, licet  
incontrarium notari soleat. Baldum au-  
tem corrupte citat Montal. l. 10. fori. lib.  
3. tit. 4. licet contra sentiat Bald. in s. si  
quis à non dom. instit. de rerum diuis. ita cū  
Ioan. Copo intelligens tex. in l. bonæ fidei,  
ver. & ouium, ff. de a. qui. rer. domi.  
contra quos pro Bal. & Pau. est tex. (ali-  
bifortasse non adductus) in l. pen. ff. de pe-  
ci. vbi IC. partus ancillæ, & pecorum fo-  
etus distinguit à quæsitis ex operis, & sic  
ab industrialibus arguendo ex receptis  
traditionibus.

53 Quo presupposito, incidit grādis dif-  
ficultas circa conciliandos Pau & Pom-  
pon. hic enim in d. l. fructus, 45. ff. de vñsurp.  
loquens de donatione inter coniuges  
facta, inquit, coniuge donatarium suos face-  
re fructus, quos operis acquisierit, non si pomū  
decerperit, vel ex sylnaceciderit: hos enim,  
inquit, eius nō fieri, subdens generaliter,  
sicut nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia  
non ex facto eius, is fructus nascitur, quasi  
aperte significet Pompon. bonæ fidei  
possessorem solos industrielles fructus  
suos facere, nullatenus autem naturales:  
Ex diametro autem Paul. in d. l. bonæ fidei,

47. ff. de acquir. rer. dō. in hæc verba habet.  
Bona fidei emptor non dubie percipiendofru-  
ctus, etiam ex aliena re suos quidem interim  
facit, non tantum eos, qui diligentia & opera  
eius peruerent, sed omnes, quia quod ad fru-  
ctus attinet loco domini pene est. ex verbis  
autem earum legum, ego reprehenden-  
dos non puto eos, qui antinomiam col-  
ligunt, & ICtos in hoc contrarios putat.  
Glos. autem in d. l. fructus, & in d. l. bonæ fidei,  
& in d. s. si quis à non dom. inst. de rer.  
diuis. & in d. leg. & ex diuerte, & in s. 2.  
Inst. de offic. iudic. & alibi sape retinet,  
distinguendum fore cum Pompon. in d.  
leg. fructus, inter industrielles & natura-  
les: Paulum vero intelligendum esse de  
industrialibus tantum: Et ita Bald. in d.  
l. fructus, & ibidem Sal. & Fulgo. & Flor.  
dicens eam esse communem, & cum his  
Alex. in l. maritus, in fine, ff. ad l. Fal. cam-  
que resolutiouem probare videtur Ang.  
in d. s. si quis à non dom. & ibi Bald. & Bar.  
secure id quasi receptissimum tradut, &  
ita Copus de fruct. l. 2. tit. 4 ca. 6. & com-  
munem dicit Igneus in l. 3. s. si conditio, n.  
40. ff. ad Sylla.

Sed contra glo. stant plurimi ex anti- 54  
quiорibus & recentioribus, verius asse-  
rentes, Paul. in d. l. bonæ fidei, loqui etiam  
de fructib. naturalibus, idque manife-  
ste euincitur ex litera, ibi, non tantum, & ibi,  
sed omnes. Nec sustineri potest violēta &  
inepta impropiatio gl. & sequacium, dū  
exponunt ea verba, vt significant nō so-  
lum fructus propria opera possessoris,  
sed etiam aliorum opera perceptos: quā  
expositionem aures non admittunt, ra-  
ratioque recti sermonis ei prorsus repu-  
gnat. Illud enim verbum, omnes, non ad  
operantes, sed ad ipsos fructus refertur:  
& sic dictio vniuersalis nō potest ad so-  
los industrielles fructus restringi, maxi-  
me cū IC. antea de industrialib. dixerit,  
aliosque addere voluerit: Quod etiam  
euincitur ex generali ratione; quam  
subdit ibi, quia quod ad fructus loco domini  
est. Sed vltra omnes iam id apertius  
euincitur, ex ead. l. ad fin. dum agit de  
foetu pecoris, quem dicit in fructu es-  
se, & bonæ fidei possessori acquiri: pro-  
xime enim ex Bald. Paul. & iure aperto  
probauimus, foetus inter naturales fru-  
ctus connumerari, vt sic agnoscidebeat  
IC. in ead. de fructibus etiam naturalibus  
agere.

Reiecta interpretatione gloss. quam 55  
multi

multi communem putabant, succedit secunda interpretatio, & conciliatio ad ea iura, quod Paul. *in dicta l. bona fidei*, intelligatur de bonae fidei possessore cum titulo non reprobato, ut hic etiam naturales fructus suos faciat: Pomponius autem *in d. l. fructus*, intelligatur de possessore sine titulo, vel tali, qui de iure irritus sit, ut ibi erat donatio inter coniuges, & ita Iac. Are. & Oldr. quos refert & sequitur Bart. *in d. l. x diverso. col. 2. nn. 5. ff. de rei vend.* & *ibi Ang. col. 2. num. 4.* & Albe. *in d. l. fructus*, & Pano. *in d. cap. grauis, nu. 4* & Couar. *in d. cap. 3. num. 6.* *versic. his sane, & versi. secunda conclusio*, & Fulg. *in l. fructus, num. 9. ff. de rei vendi.* idemque probare videtur Felin. *in cap. de quarta, num. 30. de prescrip.* & ita primo soluebat gloss. *in d. l. fructus*, & ex nouioribus Ferretus *de mora*, quem tantum refert & sequitur Costal. *in annotat. d. l. fructus.* Et hanc post tempora Bart. dicit communem Pan. vbi *supr.* & simpliciter dicit communem Couar. *in d. loco*, secundum quem sensum *d. l. bona fidei*, quasi aliquid rarum extollit Ias. *in l. Nescennius, §. 1 n. 4. ff. de re in.* Et ita vides miseram varietatem scriben. qui modo vnā, modo aliam communem opinionem appellant.

**56** Sed ea interpretatio nō minus improbanda videtur, quam præcedens, maxime attenta litera vtriusque l. Nam Pompon. secure & indistincte loquens de bonae fidei possessore, non videretur restringi ad eum, qui titulo caret: cum IC. postquam locutus fuit de donatione inter coniuges, idem generaliter subdit in omni bonae fidei possessore: nec ea differentia ab ullo IC. traditur. Fortissime etiam eadem resolutio improbat, quia rarissime datur bonae fidei possessor sine titulo: & ideo cum Pomp. *in d. l. fructus*, secundum Bart. & omnes, loquatur generaliter de omni bonae fidei possessore, debet intelligi de habente titulum: ne quod pro regula traditur, ad rarissimum casum reducatur, contra l. nam ad ea, *ff. de leg.* Item quoad Paul. *d. l. bona fidei*, videtur (ultra omnes) impugnari ea resolutio ex eo, quod potest non semel dari bonae fidei emptor cum titulo nullo, qui tamen omnes effectus habeat tituli validi, prout ex iusto errore facti, vti late *supr. diximus ad l. 1. C. si quis ignorem minor.* & ita ostenditur titulum

latenter nullum, non tollere acquisitionem fructuum concurrente vera bona fide.

In his difficultatibus ad eas II conciliandas noue scripsit Loriot. *d. tit. defini. axiom. 47.* Pompo. *in d. l. fructus*, generaliter loqui de bonae fidei possessore: Paulum autem *in d. l. bona fidei*, specia-  
liter agere de bona fidei emptore, quasi singulare ius sit in emptione: ut huic magis fauatur, seu potentior effectus ei tribuatur. Atque eius rei rationem colorat ex eo, quod in emptore requiritur de iure ciuili bona fides dupli-  
ci tempore, & conuentionis, & traditionis: cum in aliis non requiratur nisi priori tempore. Sed haec conciliatio prorsus reiicienda est, primo, quia est contra generalitatem *d. l. fructus*, dum IC. loquitur de bonae fidei possessore, quæ verba ad emptorem magis referri debent, cum emptio frequentior sit, iuxta l. *In isto, ff. de usurp.* & quia genus continet omnes suas species, l. si duo, *ff. de administr. tutor.* Improbatur magis ea traditio ex ratione Paul. *in d. l. bona fidei*, quæ generalis est omnis bonae fidei possessoris, non emptoris tantum, ut patet *ex l. qui scit, §. in alieno, ff. de usurp.* Sed omissis argumentis, corruit euidenter ea traditio extexta, expresso *in d. §. si quis à non dom.* *Instit. de rer. dini.* vbi Iustinianus in his terminis æquat emptorem & reliquos possessores ex aliis causis, accedente in quocunque eorum bona fide. Et ita misere lapsus videtur doctus ille vir, in multis de iure ciuili bene meritus. Quo etiam text. corruere videtur similis interpretatione Curtij Burgens. *lib. 2. coniect. ad frat. cap. 4.* vbi argute probare conabatur differentiam inter posses-  
sorem ex titulo onerofo & possessorum ex titulo lucrativo, ita concilians dicta iura. Vbi tamen aliqua ingeniose tentat.

Non desunt, qui tacite conciliare vi- 58 deantura iura: ut Paulus *in d. l. bona fidei*, procedat, quoad hoc, ut bonae fidei possessor fiat dominus fructuum, quos percipit: Pompo. autem significet, eundem possessorum non perpetuo, nec irreuocabiliter lucrari, sed ita, ut domino postea restituere teneatur: quod obiter *ad d. l. bona fidei*, sentire videtur Berous *in c. si quis presby. num. 14. de reb. eccl. non alic. & in fi-*

in simili notat gloss. in d. §. si quis à non domino & gl. variando in l. sed & si leg. §. scire, ff. de petitio. hered. glo. in d. l. qui scit, ad fin. in penult. shol. ff. de usur. notat Bart. per textum ibi, in l. si eius fundi. ff. de rei vendio. Paul. in l. sequitur, §. fructus, ff. de eius. quibus in locis ex gl. Bart. & alijs; & aperte ex Bero colligitur, non valere eam consequentiam, iura dicunt aliquem fieri dominum fructuum: ergo perpetuo eos lucratur, quod etiam colligitur ex Alex. in l. in insula. §. fructus, ff. solum. ex Ang. Dec. & aliis in l. si me & Titium. ff. sicer. petat. Sed non magis satisfacit haec conciliatio, quia prædicti ICti in dictis legibus eisdem verbis vntur, scilicet fieri dominum fructuum, vt sic non magis unus, quam alter intelligi debeat de prima acquisitione, quam de perpetua absque obligatione restitutio- nis: nec videntur eadem verba diuerso iure censenda. Maxime, quod si dicta ICtor. in hoc cum iudicio expen- dantur, videtur ex ipsis colligi contra scriben. omnes proxime citatos, cum dicitur, aliquem fieri dominum fructuum ex titulo & bona fide, nihil aliud significari, nisi id, quod ipsi Dd. appellant per- petuam irrevocabilemque acquisitionem: sci- licet ne talis possessor teneatur restituere. Hoc enim sentit Paul. IC. in d. l. bona fidei, & Pompon. in d. l. fructus. dum tan- tum distinguit, an possessor dominus fiat, nec ne idem satis significat Julianus in d. l. qui scit, ad fin. ff. de usur. & aperte Justin. in d. §. si quis à non domino, cuius in- ductio ex litera patet idem sentit IC. in l. pen. ff. de rei vend.

59 Apparet ex prædictis maxima diffi- cultas, tam circa conclusionem in se quā circa conciliada respōsa illa Pōp. & Pau. Quibus in angustiis si teneatur præcedēs conciliatio, posset ponderari d. l. bona fidei ibi, interim: & ibi, pene domini: quasi non perpetuo, nec irrevocabiliter. Sed verius est IC. ijs verbis significare interim, quod possessor non conuenitur, l. qui scit. §. si. ff. de usur. l. certum: C. de rei vendi. Sic etiā retenta secunda interpre- tatione supra relata ex antiquioribus & Bart. posset ponderari litera d. l. fructus, ibi, nec cuiuslibet bona fidei possessoris, vt nō significet omnem possessorum, sed non quemlibet, nec passim, vt apud authores legitur, non est cuiuslibet adire Corinthum: vel, non est cuiuslibet auris: &

IC. dixit, non quaevis ex hereditatio, & alia similia. Sic etiam ad traditionem, quae habet aliud esse fieri dominum fructuum, aliud eos irrevocabiliter lucrari, egregie & utiliter eius traditionis effectum explicat Paul. Castr. in l. si fundum, C. de rei vend. quem vide: alij enim vbi supra cum glo. in d. §. si quis à non domino & alibi sape, tantum adducunt effectum parui momenti circa nomen actionis. Mea autem sentētia Pau. in d. l. bona fidei, indistincte loquuntur de omnibus fructibus, tam naturalibus, quam industrialibus, contra gl. & quam plures primo ci- tatos. Frequentiusque applicatur posses- sor cum titulo, vt inde vera bona fides resultet, & ita verba tex. magis verifi- centur: idque non tantum in titulo va- lido, sed etiam irrito, in quo tamen pos- sessor iustum facti errorem habuit, se- cundum iuris principia supra deducta, quod magis accedit interpretationi, quam bart. probavit, & secundum hos terminos satisfit obiectioni d. l. fructus, vt proxime dixi ex verbo, cuiuslibet pos- sessoris, accipiendo pro alio simili ei, de quo ibi agebatur ex titulo reprobato, & ita reiicitur differentia, quam in hoc tradebat glo. & plures supra relati in- terfructus naturales & industriales: & concluditur contra eosdem, bona fidei possessorem regulariter ita fieri domi- num fructuum naturalium, sicut indu- strialium, per d. l. bona fidei, quae cauillari nequit: quod etiam probat efficaciter d. l. qui scit, ff. de usur. vers. porro, vbi in- distincte inquit, quoad fructus iuris ha- bere bona fidei possessorem, quod do- minis prædiorum tributum est. Nec di- uersum probat tex. in d. §. si quis non à do- mino, licet Ang. & Baldvi. ibi, & alij alibi, & gl. §. 2. Inst. de offic. ind: cum tan- tū referant ad fructus industriales, quod est longe alienum à mente tex. qui effe- ctum possessoris cum titulo & bona fide explicare intendit, nihil vero de qualis- tate fructuum distinguit, nec obstat ver- bum pro cura & cultura, quo Dd. decipiū- tur. Quamuis enim id magis congruere videatur fructibus, non tamen excludit naturales, in quibus etiam cura custo- dia, & aliqualis industriæ necessaria est, vt ratio docet & usus ostendit, maxime facta relatione eorum verborum ad rē, ex qua fructus producuntur, quod vi- detur sensisse Carond. lib. 1. verisimil-

cap. 7. & ita hæc opinio retinenda videtur ex toti iuribus, & l. 4. § post litem, ibi, lucrarium oportet, ff. fin. regun. in contrarium enim glo. & Dd. tantum adducunt d.l. fructus, ff. de usur. quam ibi dubitans dicebat sing. Fulgo & Ange. in § 2. num. 3. Inst. de offic. iud. sed ei superius satisfecimus.

60 Nec omitto, quod IC. in d.l. 4 §. 1 d. verbo, *lucrari*, ff. fin. reg generaliter loquitur de omnibus fructibus, & sic tam de industrialibus, quā naturalibus, ex quo utiliter & euidenter colligitur contra gl. & omnes scrib. in fructibus naturalibus, bonę fidei possessorem consumptos omnino lucrari, nec teneri ad restitucionem, etiamsi factus fuerit locupletior, hoc enim exprimitur eo verbo, *lucrari*. Similiter in fructibus industrialibus, pro gl. contra Bar. & plures, vt post consumptionem nullatenus teneatur bonę fidei possessor, licet locupletior factus sit, quam varietatem retuli supra hoc cap. num. 47. non enim verba illa IC. admittunt cauillationem Dd. Ad alia iura, quibus respondent possessorem effici dominum, sed postea teneri ad restitucionem, quatenus fit locupletior: nam id negat expressim IC. in d. loco. Sic etiam eadem verba te x. non admittunt aliam cauillationem glo. & Dd. ad alia iura, quatenus dicunt bonę fidei possessore suos facere fructus, nec teneri restituere consumptos, vt intelligantur de inutiliter consumptis, non ex quibus factus sit locupletior. Quæ responsio ad alia iura violenta est & diuinatoria, sed ad dictum textū nullo modo ferri potest, quia textus ille agit de consumptis, & addit verbum *lucrari*, ostendens possessorem utiliter expeditiss. & factum fuisse locupletiore. Ex quo eleganter explicatur tex. in d. §. si quis à non domino, dum generaliter excludit dominum à fructibus consumptis, à bonę fidei possessore. Sic rete intelligetur text. in d. §. sec. Inst. de offic. iud. verji. si vero, vbi idem indistincte cauetur, & l. quæsum, 40. in fine, ff. de acquir. rer. dom. Inde etiam intelligetur vulgaris l. certum, C. de rei vend. dum indistincte tradit, bonę fidei possessorem ad solos fructus extantes teneri, quasi de consumptis inquirendum non sit, an possessor factus fuerit locupletior. Sic ICti in fructibus cōsumptis ante litem contestatam, non obligant ullo modo

possessorem, sed tantum culpabilem, vel morosum, l. *Inianus*, la. I. § 1. & 2 ff. de rei vend. sic indistincte in fructibus cōsumptis plenius, & cum effectu stabunt verba d.l. *bonae fidei*, ff. de acquir. rer. dom. & l. qui seit, versic. porro, ff. de usur. rationē vero vide per Bald. in l. 2. nu. 5 C. de fruct. & lit. expen. Nec tot iura de fructibus cōsumptis indistincte loquentia, sane restringi poterant ad male consumptos, cum experientia sēpe contrarium ostēdat, & tex. in l. in pupillo, ff. de solu. & l. sed & si lege, & quod autem, ff. de petit. here. Ex quibus bellissime comprobatur communis praxis, quæ ita obseruat, licet in id aduerti non soleat. Vbiq; enim bonae fidei possessor generaliter absoluitur à fructibus ante iudicium perceptis, nec vñquam de consumptis tractatur, an possessor locupletior factus fuerit. Sed & de perceptisante iudicium nunquam inquiritur, an consumpti sint, tantumque scrutatur forma d. l. certum, Cod. de rei vend. quoad fructus perceptos post litem contestatam, & l. 2. Cod. de fruct. & lit. expen. & text. in d. l. 4. §. 1. ff. fin. regun. Quæ praxis ita comprobata, rationem habet, vt litium ambages vitentur. Ex quo & aliis multis deprehendent cordati; non parum deferendum esse stylo & praxi. Vsiis enim grauiſſimus omnium legum censor & explorator à Liuio rete appellatur, vt obseruat Balduinus: facit text. notab. in §. quæ omnia, inst. de fatisd.

Nec obstant aliqua iura loquentia de petitione hæreditatis, quæ dicunt in ea teneri bonę fidei possessorem, quatenus ex fructibus factus est locupletior, vt IC. de pet. hered. d.l. l. 43. versic. in bona fidei, ff. eod. Respondeo enim, quod in ea specie non dixerant prius iura, bonę fidei possessorem fieri dominum fructuum, vt dicunt in aliis casibus: imo in petitione hæreditatis expressum erat, fructus augere ipsam hæreditatem, & censeri corpus eiusdem l. item veniūt, §. fructus, ff. de petit. hered. securis in particularibus, l. in enībus, §. 1. ff. de dona. facit in id doctrina Bald. in l. 1 num. 23. C. de fruct. & lit. expen. & ipsi scriben. tradunt differentiam inter iudicia vniuersalia & particularia: idque receptissimum esse diximus supra hoc ca. num. 47. cum Molin. Curt. Couarr. Et in proposito ratio differentia colligitur ex Bart. in l. si rem & precium,

precium, ff. de pet. hæred quod in vniuersalibus datur repræsentatio, & precium loco rei succedit, non in particularibus. Bal. in l. 3. co. 2. in fire, C. de rei vend. camque differentiam probat IC: in l. venditor, versi. sed hoc, ff. de hæred. vel altio. vend. quem extollit Tiraq de retract. lign. §. 32. glo. I. nu. 22. char. 235. vbi in præcedent. vide circa differentiam horum iudiciorum ad text. & Bart. in d. l. si rem, & Alcia. in l. si seruum, 23. ff. si cert. pet Neguzan. I. memb. §. partis, nn. 48. & ita moderari debet æquiparatio Iustinian. in §. & si hæreditas, in sti. de offi. iud. Hæc & omnia nostra à doctis & candidis emendari nunquam moleste feremus.

62 Omnia superius tradita, non solum vtilissima, sed necessaria sunt, ad quæstionem illam, cui totum hoc caput destinatum fuit: an venditor huius l. actione fructus euincat? tam enim ad opinionem affirmativam, quam ad limitationes negatiwas scire oportet distinctionem fructuum, & differentiam bona & malæ fidei possessoris, & qualiter fructus retineantur, vel restituantur, in qua materia frequenter adducitur reg. l. sumptus, 48. ff. de rei vend. vt bona fidei possessor, cum fructibus perceptis, compensare debeat impensas vtiles vel necessarias, quas alias retentione vel petitione consequi deberet. Quam reg. ornabis & declarabis per Alexa. confi. 154. lib. 6. per Neguzan. de pig. 4. membr. §. par. nu. 13. per Capit. decif. 93. nu. 9. Cur. iun. con. 165. n. 15. Sila. conf. 49. num. 47. Affl. dec. 87. ad fin. Plat. in l. fin. C. de omn. agr. deser. In quo, vt insigne, adduci solet, quod notat gloss. in l. emptor, ff. de rei vend. vt reg. d. l. procedat in posseffore sola bona fide fructus percipiente: secus autem in eo, qui interim dominus est, licet temporaliter, veluti rogatus post mortem rem restituere, vel hæres expendens in re sub conditione legata, vel emens à tali hærede, qui & similes interim dominis sunt, vt in l. non ideo minus, 66. ff. de rei vend. In his enim inquit glo. illa notab. impensas soluendas fore, neque cum fructibus compēndas, in qua doctrina eam glo. commendant & sequuntur Bart. Bald. Ang. ibi, eamque dicit sing. Alexand. in l. in insulam, §. fructus, in fine, ff. solut. matri. Crem. notab. 105. Iaf. in l. fin. §. I. in fine, C. commun. de leg. Alex. & Iaf. in l. domos, ff. de legat. I. & alios, quos

citat Tiraqu. in l. si vñquam, verbo, reueratur, num. 235. & Boer. decif. 44. num. 19. Neguz. de pig. 4. membr. §. par. num. 13. eam dicit sing. & communiter approbatam Alex. conf. 154. num. 5. lib. 6. Ea receptissima doctrina à Dd. ampliatur etiam in domino vtili tantum, vt est emphiteuta vel vasallus, vt tradit Bal. in d. l. emptor, & cum eo Iaf. in l. 2. nu. 32. C. de iure emph. Boer. d. dec. 44. nu. 19. & seq. & iis non citatis Ioan. Lup. in rub. §. 62. nu. 17. Præpos. in c. i. §. si vasallus sit. hic finitur lex. Fed. Molin. in consue. Paris. §. 1. gl. 5. nu. 78. char. 39. ex quo infertur ad possessorum expéndentem in bonis maiortus, de quo latius scripsi in commentariis l. 1. in 2. part. nu. 71. char. 69. & seq. C. de bon. mater.

Doctrina tamen d. glo. limitatur per Fulg. ibi, nisi vbi titulus rescinditur, quasi ex tunc, seu quasi à principio nunquam fuisset, prout in restitutione, & in actione redhibitoria, vt superius deduxi, perl. cū autē, §. cum redhibetur, ff. de edil. edic. Limitatur etiam in casu, tex. notab. in l. si is qui, 33. ff. ad Trebellian. quem Dd. notant, & Paulus extollit sub l. proced. vt quāvis hæres rogatus, post mortem bona restituere, interim sit dominus, & interim fructus lucretur, teneatur tamen ex fructibus supplere, vel resarcire diminutionem contingentem bonis restituendis, extollit Rom. sing. 261. Rip. in l. in fidei commiss. n. 18. ff. ad Trebel. de quo videndus est Alex. in l. Balista, ff. eod. Eandem glo. commendat & limitare tentat Fel. in causa, nu. 29. de re iud. Ex illa vero ad nostram materiam infertur, quod cum emptor dominus sit non obstante lectione venditoris, l. dolus, infra eodem, non tenebitur cum fructibus compensare impensas, quas sibi soluendas fore receptius probauimus cum Bald. & plurimis, vt supra, hac par. cap. 3. nu. 1. maxime attenta veriori & receptioni sententia ibidem tradita, quod in casu huius l. emptor, restituens rem, non dicitur id voluntarie facere, vt ita respondeas ad text. (alibi fortasse non animaduersum) in l. quoties ad fin. C. de rei vend. vbi primus emptor effectus dominus, rem non retinendo, repetit precium & usuras, facta compensatione impensarum & fructuum. Patet igitur ibi emptorem dominum impensas cum fructibus compensare. Sed ex mente Aret. ibidem respondendum est,

quod in casu d. l. emptor ipse omnino voluntarie rem dimittit, cum eius causa potior esset ex titulo & priori traditione: ideo sibi imputatur restitutio rei Hie autem emptor restituit ex necessitate iudicij, ut latius deduximus in d. cap. 3. sup. hac parte, n. 13. Ad aliud autem diuersum d. l. quories, in puncto de fructibus not. Igneus in l. dudum, n. 67. C. de contr. emp.

64 Ad superiora vero, & alia multa vtilissima inuestigatio superest circa modum probandi, quod possessor ex fructibus, vel alius ex re semel ad eum peruenita factus sit locupletior, quando de iure non aliter obligatur, nisi quatenus locupletior sit. Qua in rescitu dignissima generaliter scripsit Ang. in l. vtrum, ff. de petit. hæred. notans, & summe commendans glo. i. ibi, ut sufficiat agenti probare premium vel fructus semel ad conuentum peruenisse, ut sic conuentus ipse condemnari debeat, nisi probet se premium & fructus male consumpsisse, vel alteri donasse, vel aliud contigisse, quo liqueat peruentionis effectum non durasse: nec conuentus factum fuisse locupletiorem: & cum Ang. sentit Fulg. in l. sed & si lege. §. quod autem, ff. eod. dicens presumendum esse rem semel peruentam, quoad vtilitatem durare: & ita Alex. cōsi. 63. num. 5. lib. 3. vbi nimis commendat d. gl. l. & traditionem Ang. & cū Ang. idē tradit Ioann. Lup. in rubr. de dona. int. vir. & vxor. §. 48. num. 1. & Dec. in l. ex pñal. n. 5. ff. de reg. iur. & ita cum Ang. (quasi id receptissimum sit) secure respondit Socin. nep. consi. vlt. lib. 1. num. 39. idemque ex d. glo. sentit Roma. consi. 149. num. 2. versi. tertiu, in fin. & aperte Corn. id extollens, consi. 72 col. 5. in princ. versi. ad hoc, lib. 3. & Carol. Ruin. consi. 29. in fin. lib. 2. nimis extollens d. glo. & traditionem Ang. & ita Soc. consi. 24. num. 41. lib. 1. extollens glo. & Ang. & consi. 82. num. 24. lib. 4. idem voluit Felin. in c. scribam, col. 1. ad fin. de præsump. vbi corrupte citat arguens ex præsumptione tex. ibidem de præteritis ad præsentia cum Baldo, in l. ex persona, C. de proba. vbi late agit de præsumptione continuativa, tradens varia exempla, & ibidem, num. 6. concludit, quod allegans amissionem debet eam probare: & multa in simili tradit Alcia. reg. 2. præsump. 25. cum duabus sequent. circa non præsumendam

mutationem. Sed considera nunc miseriā legalis professionis: contrarium enim bis consuluit idem Ang. afferens quod actor probare debet commodū & peruentionem rei vel precij extare, nec sufficiat probare semel peruenisse, & ita Felin. aliquiliter dubitans in ea de quarta, num. 13. de præscrip. & Ias in l. Neffenniu, §. fundum, n. 4. de re ind. & ita Alc. in l. certi condicō, §. quoniam, num. 11. in fin. ff. si cert. pet. Cur. sen. consi. 71. n. 11. dicens meliorem esse opinionem Ang. in d. consi. quam in lectura, & cum his Molin. in consu. Paris. §. 22. num. 52. & ita Cur. Iun. consi. 28. in fin. & Gome. in §. actiones autem, nn. 21. Insti. de actio. Cagn. in d. l. ex pñal. num. 3. & sequen. & hanc partem magis probat doctus & diligēs Riminal. iun. in §. fin. n. 72. Insti. quibus alien. lic. & ita vides Ang. sibi ex diametro contrarium, Felin. etiam variasset sed Cur. sen. in additione d. consi. 71. variauit ab eo, quod primo dixerat: & varietatem Ange aduertit, sed non resolutus Alexan. in l. mulier, §. cum proponeretur, in fin. ff. ad Trebel. nec sat s explicauit Dec. vbi supra, qui etiam magis dubitat, quam resolutus, in l. certi condicō, §. quoniam, n. 3. ff. si cert. pet. dubitauit etiam Soc. in l. in pupillo, ff. de excep. varieque ad gl. & Ang. respondebat Segura in l. quemadmodum, ff. de acq. poss.

In hac dolenda scriben. varietate, multa hinc inde adducuntur: pro Ang. enim in d. l. vtrum, præcipue adducitur reg. iur. de mutatione nō præsumenda. Adducitur etiam alia reg. quod conuentus probare debet fundamentum suæ exceptionis. Adducitur etiam præsumptio illa iuris, quod nemo præsumitur iactare suum, cui argumento maxime innititur Ruin. in dict. consi. E contrario autem retorquetur argumentum de onere probandi, quod agenti incumbit, & ita in proposito videtur necessaria probatio illius qualitatis, quod conuentus factus fuerit locupletior, cum non aliter teneatur. Et inde colligitur secundum argumentum, quod eo casu regula est pro conuento in acquirendo sibi fructus, à qua excipitur casus, cum possessor sit locupletior: vnde arguunt fundatam esse intentionem eius, qui pro se regulam habet, cui argumento maxime innititur uterque Curti. in d. consi. Alci. autem in d. §.

*in d. §. quoniam, numer. 11. ad f. n.* concludit pro possesso circa fructus consumptos, nisi probetur eum locupletiorem factum.

65 Ego autem in ea difficultate & varietate Dd. aduerto imprimis glo. *in d. l. utrum, ff. de peritio. hered.* nunquam dixisse, nec sensisse id, quod ex ea colligunt Ang. & reliqui hucusque glo. enim tam *in l. scholio* (vbi Dd. eam notant) quam inferius in verbo, fuerit, tantum explicat verbā tex. non vero addit, quod Dd. ei impunent de præsumptione vel modo probandi: idque magis patebit attentis iuribus à glo. adductis: quod ampliori explicatione non eget, si cum iudicio glo. in spiciatur, mirorque nullum ex tot doctissimis viris id aduertisse: maxime ut è medio tollerent auctoritatem gloss. quam vbiique magnificiunt. Aduerto item eam q. generaliter propositam (vt à Dd. traditur) maxime afferre ambiguitatem: ideoque oportet ad specialia descendere: quibus explicatis regula etiam inde colligetur.

Ad particularem articulum bonae fidei possessoris circa fructus non extantes, ego superius, nu. 61. contraglo. & omnes probavi, bonae fidei possessorum fructuum non extantium ita dominum factum fuisse, vt nihil restituere teneatur, et si locupletior fuerit: & cōsequenter contra infertur, non esse tunc tractandum de modo probandi, quatenus locupletior manserit.

66 Retenta autem communī opinione, vt possessor teneatur, quatenus ex fructibus non extantibus locupletior factus sit, non levis est difficultas ex varietate Dd. & conflictu argumentorum, de quib[us] s[ic] f[ab]r. Sed mihi verior videtur opin. Ange. *in d. l. utrum, vt possessor seu conuentus restituere teneatur id, quod ad eum pertuerit probatur: si b[ea]tum in cumbar onus probandi, quod illud perdidit, vel male consumpsit: hanc enim opin. euincit ratio & sensus communis.* Nec ex aduerso adducitur ratio, quæ ita vrgeat: maxime ex rerum usu, quo frequentius contingit homines non iactare bona sua, *d. l. cum de indebito, magis autem appetere aliena, arg. gl. in l. defensionis, C. de iure fisci.* Sic etiam expendendo fructus vel redditus circa necessaria, censetur quis locupletior *d. l. sed & si leg. §. quod autem, ff. de pet. her.* Hoc fortissi-

me vi rationis probatur: possessor namque facile erit probare easum, quo damnum & amissio sibi cōtigerit; actor autem difficillimum, & fere impossibile erit stricte probare quatenus possessor effectius fuerit locupletior, facultas autem probandi angustari non debet iuxta *l. quoniam, in fin. C. de hered.* maxime postquam actor probat rem vel precium semel ad cōuentum peruenisse, iuxta reg. *l. siue possidet, C. de prob.* Secundum quam resolutionem tam in agente, quam in conuento pariter seruabuntur iuris regulæ in materia probatoria. Actor probabit rem vel precium ad possessorum peruenisse, conuentus autem probabit amissionem, quam probare debet eam allegans secundum Bar. *in l. i. in fin. C. si aduer. cred. Rip. in l. si is, qui bona, nu. 12. ff. de pig. facit glo. l. cum it. 1. §. species, ff. de l. 2.* quam ultra ord. ornabis ex Alex. cons. 158. nu. 3. lib. 2. & ibi Molin. & Sil. cons. 29. Hip. *in pra. §. diligenter, n. 93.* Et secundum hanc traditionem recte accipietur tex. *in d. l. utrum, licet Rim. post alios putet cum expressum contra Ang. ibidem, sed tex. non tradit præsumptionem, vel modum probationis, quæ satis idonea erit eo temperamento, vt actor probet rem peruenisse, conuentus autem probet datum vel amissionem. Quia in re non ocularis nec prorsus necessaria probatio requiritur, sufficientque vero similes coniecturæ versionis, vel amissionis, vt in terminis tradit Dec. cons. 36. n. 8. versi. 3. probatq; gl. *in auth. hoc ius. in fin. C. de sacros. eccl.* colligitur ex relatis ab Alex. cons. 189. nu. 13. li. 6. & à Rip. *in l. si ventri, §. eorum, nu. 11. ff. de priuili. cred.**

Diuersum reperitur statutū in eo, 67 qui rem minoris absque decreto emerit: is enim minore rem vendicante, non auditur ad precium, nisi probet illud versum in utilitatem minoris iuxta tex *in l. prediorum, C. de pred. min. cum alijs, de quibus in seq. cap. vbi etiam agemus de specie simili minoris mutuum accipientis, quem iura per restitutionis auxilium liberant: nisi creditor ostendat precium versum in utilitatem minoris, l. i. C. si aduers. credit.* quam latius explicabimus in sequen. cap. Inde vero iam constat alius casus, in quo non satis est agenti probare rem vel precium ad conuentum peruenisse, idque expeditius est, quando pupillo absque tutori mutuo datur.

Tunc enim omnino cessat obligatio, nec est necessaria restitutio, ut inquit Mod. de usu. num. 281. ita intelligens tex. in §. fin. Inst. quib. alie. lic. debuitque in id citare tex. expressum in l. in causa, 17. ver.

1. ff. de minor. In quibus iuribus multa sunt, quae suadent, ut necessario probetur effectum peruentionis durare, seu conuentum locupletiorem factum. Id enim suadet culpa contrahentis cum minore sine autoritate tut. vel cura. vel sine autoritate iudicis, vbi necessaria est iux. reg. l. quemadmodum, in fin. C. de agri. & censi. Id etiam suadet qualitas personae ipsius minoris, in quo cessat præsumptio d. leg. cum de indebito, magisque militat alia contraria præsumptio iux ta l. 1. ff. de minor. & l. fin. §. filii autem, C. de bon. que lt. Et ita ex diuersitate rationis, diuersum ius in his particularibus reperitur.

68 Sic vbi quis mutuat officialibus Rei pub. contra eos, non contra eam audiatur, nisi probet pecuniam in eius utilitatem versam, tex. & glo. in l. ciuitas, ff. si cert. pet. ex quo Dd. communiter limitant l. fin. ff. de exercit. vbi contrarium habetur, quando mutuatur procuratori vel gestori alicuius priuati. Tunc enim sufficit probare, rem vel precium peruenisse, licet non probetur commodum durare, vel in utilitatem domini versum fuisse. Quæ differentia inter priuatum & Rempu. recepta est secundum Alex. in d. l. ciuitas, num. II. Iaf. num. 18. & Ioan. Plate in l. 1. in prin. C. de ven. reb. ciui. In quo magis etiam Ecclesiæ fauendum tradunt scriben. in d. auth. hoc ius, vbi Pau. notat ad fin. & Dd. in c. 1. de depos. Ego autem diligenter inspectis Dd. scriptis, & ratione magis pensata, arbitror scribentes non satis expendisse priuilegium illud ecclesiæ vel Reip. nec solidam esse differentiam, quam tradunt inter gestorem priuati, & officiale Reip. vel ecclesiæ. Si enim termini æquiparentur, idem ius apparebit: quod enim dicitur in mutuo dato officiali Rempu. procedit in eo, qui ab eadem Repub. non habet solus specialem, vel integrum potestatem obligandi ipsam Remp. ex tali actu, prout habet solus procurator vel gestor ab eo approbatus, iuxta d. l. f. ff. de exercit. quod si Respub. talem haberet officialem, idem iuris in ea esse, cum nihil tunc possit imputari mutuanti, vt colligitur

ex Barto. in d. l. ciuitas, num. 5. & 8. & ex Paul. ibi, nu. 6. Alexand. ibidem in fin. Dec. num. 4. Rip. in l. si is, qui bona, num. 8. ff. de pignor. Paul. in l. vir vxori, in fin. ff. ad Velleian.

Idem retinendum videtur in contrahente solemniter cum officiali ecclesiæ, qui ab ea potestatem habeat, ut solus contrahat, vtque cum eo tantum tractari negotium debeat. Tunc enim in necessarijs & consuetis sufficere debet mercatorii vel mutuanti probare se dedisse rem vel precium: nec æquum esset in ijs requirere exacta probationē, quod res vel preciū cesserit in utilitatem ecclesiæ: quod colligi potest ex Paū. Iaf. & Dec. in d. l. ciuitas, licet contradicere videatur Alc ibi, n. 10. male arguens à deposito ad mutuum vel cōmodatū, vel simile cōuentū. Hæc enim de se afferre poterat utilitatē ecclesiæ, non depositū, quod dependentis utilitatem tātum respicit. Deniq; vbi contrahens cum ecclesia omnia solemnia obseruauit, nec lucrum aliquod prætendit, sed precium rei suæ, vel mutuum à se datum, non est cur deceptus manere debeat ex culpa alterius, contra tex. in ca. per tuas, & ibi glo. versi. fraudem, de donat. Quæ enim in contrarium citari possunt de restitutione ecclesiæ oblationem, procedunt, vbi contrahens cum ea lucrum prætendebat, non iustum precium rei à se data, procedunt etiam, cum aliqua culpa potest imputari contrahenti, & cum læsionis causa fuit in initio contractus: nec iura tunc negant contrahenti, vt suum consequatur, vt in l. unica, C. de reputati. Non enim ad ini- quum compendium trahi debet priuilegiū ecclesiæ vel minoris, vt probat tex. & ibi nota. glo. in l. penul. §. fin. dereb. cor. tex. in l. fin. C. de usuca pro emp.

Comprobatur hoc magis extra causam mutui, si quis rem ecclesiæ solēniter emerit, preciumque officiali deputato soluerit: non enim eum oportet probare pecuniam versam in ecclesiæ utilitatem, vt magis communiter resoluunt scrib. in ca. 1. de depos. vbi Imol. id latissime tractat, idemque probat Soc. consi. 15. col. 5. & 6. & num. 26. lib. 1. tradit Ripa in l. si is, qui bona, num. 9. ff. de pign. colligitur ex Bar. & Plat. in d. l. 1. C. de vend. reb. ciui. notat idem Pla. in l. unica, C. de solu. & libera. Idemque in terminis receptum asserit Dec. consi. 36. num. 8. & ita agnosces (quod

(quod dixi) æquatis terminis, nullaque culpa interueniente ex parte contrahentis cum ecclesia, non esse eum priuandū à re sua, nec alia probationē ab eo requirendam Ex quoverius etiam & æquius arbitror, cōtra quā plures, quod si ecclesia distrahat rē suā ob necessitatē, vel ut aliam emat, securum esse emptorem, qui in contractu omnia solemnia obseruari curauit: nec ab eo requirendum fore, vt sollicitus sit in pecunia vertenda in utilitatem ecclesiae, vel in id propter quod facta est distractio: licet tanquam receptius contrarium tradat Paul. *in d. auth. hoc tuis ad fin. & Alex. consil. 4. in fin. lib. 3. plures in d.c.) de depos.* contra quos est æquitas & ratio iuris, cōtra eos stat etiam præcedens recepta sententia: in qua non est diuersitatis ratio. facit l. 7. *in fin. princ. & l. quod si minor, §. restitutio, ff. de min.* & ita colligitur ex Soc. & Dec. *in d. consil. ex Ripa in d. loco: idque verius esse, & in praxi seruari, notat Mol. ad Alex. d. consil. 4. in fin. lib. 3.*

**71** Apparet igitur, quod diximus in ea quæstione, descendendum esse ad particularia & in singulis considerandam esse suam rationem: generaliter enim eam rē distinire, periculorum esse, quod in varijs articulis in iure nostro deprehenditur, vt prudenter dixit IC. *in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.* Ex supra dictis autem posset colligi regula, vt quando agitur de maioribus, vel non priuilegiatis, sufficiat probare, rem ad eos semel peruenisse, & ita procedat Ang. *in d. l. utrum, ff. de peti. hered.* Ex diuerso autem diuersa regula constituatur, quando negotium tractatur cum minore, vel ecclesia, nec iuris solemnia omnino seruata fuerunt: & ita procedunt multa in contrarium adducta. In quibus etiam diuersitas rationis, & personarum, diuersam præsumptionem diuersumque ius postulat, vt constat ex supra deducit. Quibus eleganter addendum est, quod traditur *in l. 3. §. pen. vers. curiosus, ff. de in rem verso*, vbi in ea actione non tenetur dominus vel pater, nisi creditor probet rem versam fuisse in eorum utilitatem: quod prima facie supra dictis obstare videtur, & quod dictum erat de priuilegio minoris, vel ecclesiae, ad non priuilegiatos extendere. Sed facilis responso erit attenta particulari ratione illius actionis: ibi enim non agi-

tur de obligando patre vel domino, ex re data procuratori, vel gestori eorum, nec agitur cum persona eorum mandatum habente: tunc enim non oporteret probare, quod datum est, versum fuisse in eorum utilitatem, vt bene aduertunt Alberic. & Paul. *ibi per d. l. fin. ff. de exercitii.* vnde colligunt aliqui, quod vbi ex re data vni prætenditur actio contra aliū, necessario proba. i debeat rem versam fuisse in utilitate m illius: & ita ex eod. text. not. Paul. *in l. vir uxori, in fin. ff. ad Villian.* & Ang. *in fin. C. ad Maced.* & Hisp. Segurā *in l. quemadmodum, ff. de acquir. poss. Jeff.* Sed hi magis traditionem suam explicare debuerant, quando scilicet is, cui res datur, non habet mandatum à tertio, in quem actio prætenditur, nec erat officialis illum repræsentans, iuxta superius deducta.

Ad præcedentia non omitto vnum, 72 quod in eodem proposito non reperio, nisi à Socin. traditum *in l. 4. ff. de except.* vbi tentauit speciale videri in pecunia, vt in ea non procedat opinio Ang. *in d. l. virum, ff. de peti. hered.* vt sic non præsumatur extare, licet probetur peruenisse, arguens ex eo, quod dici solet pecuniam censeri ex ijs, quæ seruari non possunt, glo. & Dd. *in l. prima, §. quæ sit u. ff. ad Trebell.* quod dicterū leue est, multoque aliter id explicari debet, vt scripsi *in commentar. l. 1. in 2. part. ex num. 13. C. de bon. mater.* aptius vero argui posset ex qualitate & natura pecuniae, quæ ad usum quotidianum inuenta est, semperque distractione parata censetur, *l. uxori, 39. vel 41. §. legauerat, x in fin. ff. deleg.* 3. Bal. *in l. fin. ad finem, C. de*

*x Probat etiam id eleganter, ac vere in hunc modum concinens Horat.*

*Nescis, quid valeat nūmus, quē præbeat usum?*  
*Panis ematur, olus, vini sextarius, adde.*

*Quæis humana sibi doleat natura negatis.*  
compens. Sed traditio Soc. reijcienda est, nec in pecunia censeri debet ius singulare, si ad fructus spectes, de quibus idem Soc. agebat secundum gloss. & Angel. quos citabat: nam & in fructibus præsumptio iuris est, quod breui consumentur, glo. & Dd. *in l. unica, C. si aduers. usus cap* idque docet ex perientia: nec in proposito requiritur, vt eadem pecunia, vel ijdē fructus in specie durent, sed an utiliter consumpti fuerint, d. l. sed et si leg. §. q. iod autem, ff. de peti. hered. nec minus usum dicitur,

dicitur, licet idem non extet, quando ob  
iūt relevatus fuit dominus à di nūnitio  
ne aliorum bonorum, l. 2. & 10. § ver. um.  
ff. de tñ rem ver. Vnde contra Soc. resol  
uo, non esse differentiam inter pecunia  
& fructus, quoad præsumptionem, de  
qua agimus.

73 Ex quibus inferri potest ad quæstio  
nem Hispani Seguræ in d.l. q. emadm  
dum ff. de acq. poss quando aliquis damna  
tur ex criminе, ex quo bona ipso iure à  
tempore criminis confiscantur. Recep  
tissimū enim est, fiscū statim factū do  
minū reuocare posse alienata post cri  
men & vendicare à quocunq; possesso  
re ex Par. & nouioribus in l. post contrac  
tum, ff. de donatio. Dec. consil. 235. Tiraqu.  
in l. si unquam, verbo, reuertatur, num. 267.  
in quibus terminis inique (ni fallor) tra  
dit Segur. posse fiscum rem alienatam  
vendicare, nec teneri ad restituendum  
precium emptori, nisi ipse probet illud  
versum in argumentum bonorum dam  
nati arguens ex ijs, in quibus receptum  
est, non sufficere probationem, quod  
res semel peruererit. Sed eius argumē  
ta in id parum efficacia sunt, magisque  
videtur probandum contrarium, vbi  
emptori non possit culpa vel mala fides  
imputari. Quod suadetur ex præsum  
ptione d.l. cum indebito, ff. de probati. nec  
bonæ fidei possessor arctandus est ad  
strictam probationem versionis in uti  
litatem, satisque esse debet probare se  
soluisse, secundum supra tradita. Quod  
intelligerem etiamsi fiscus probare pos  
set, delinquentem male expendisse pre  
cium acceptum. Id enim non culpat em  
ptorem bona fidei, cui secundum iuris  
præcepta magis succurrendum est tra  
ctanti de damno vitando, quam fisco  
agenti de lucro, l. non debet, 41. versic. in re  
obscursi, ff. de reg. iur. & ita in dubio suadet  
iuris regulæ, l. ea, quæ in partes, versic. 1. ff.  
eodem. Idque maxime in penalibus, l. fa  
ctum, 198. versic. fin. ff. eod. suadetur hæc  
opinio ex reg. l. non puto, ff. de iure fisc. Ex  
contraria autem opin. sequi frequenter  
posset, vt plures bona fide ementes re  
& precio fraudarentur, maxime cum  
scriben. in cap. cum secundum leges, de ha  
ret. tradant, restituendum fore precium  
emptori, quando versum fuit in utilita  
tem criminis. In dubio autem secun  
dum supra tradita, magisque in fauorem  
tertiij bonæ fidei emptoris præsumen  
tum.

dum est precium non male consumptū,  
nee debet tertius adstringi ad impossibi  
le probationem, de qua curiosus es  
t: non debuit, cum emerit ab eo, qui  
dominus ab omnibus putabatur: &  
quiete possidebat, & administrabat:  
quicquid contradicat Segura, vbi supra:  
Licet etiam contrarium colligi videa  
tur ex Pico in l. post contractum, num. 69. &  
70. ff. de dona.

Qui cum iudicio animaduerterint  
ea, quæ spectabant ad quæst. fructuum in  
hac materia, agnoscent non potuisse  
omitti aliquid ex superius tractatis: ma  
xime ab eo, qui hunc articulum amplio  
ri dote, quam ullum alium huius l. orna  
re decreuit. Quod autem resoluimus, vt  
venditor ex remedio huius l. non repe  
rat fructus, non solum recepisse vi  
detur praxis Hispaniæ, sed & Galliæ,  
quæ obseruat, vt titulus ex cuset à fru  
ctibus perceptis, etiamsi rescindatur ex  
enormissima læsione, vt tradit Chassæ. in  
const. Burg. rubr. 7. 5. 12. nu. 37. ad s. char. 273.  
sed iam fatis superque.

## TERTIA PARS L. II.

### C. de rescind. vend.

#### C A P V T I.

#### S V M M A R I V M .

- 1 Agitur de q. gloss. quando contrahentes  
iurant se aduersus contractum non ve  
tueros, & primo de maioribus.
- 2 In ea q. expenditur traditio glo. & expli  
catur l. fin. C. de non nu. pecu. & n. 3.
- 3 Tractatur, an vigor iuramenti in ea q.  
sit etiam de iure ciuili.
- 4 Improbatur in eodem articulo opin. Bal. d.  
à multis recepta.
- 5 Examinatur limitatio, quam Dd. tradit  
de rustico vel muliere iurante.
- 6 Tractatur alia limitatio de læsione enor  
misima, & an tunc necessaria sit rela  
xatio à iuramento, & num. 8.
- 7 Tractatur eadem q. in minore iurante, &  
an necessaria sit certioratio, & nu. 10.
- 8 Agitur notabiliter de leg. Castelle &  
Lusitanie de non interponendo iura  
mento in contractibus, usq; ad nu. 13.
- 9 In eodem articulo confutatur traditio  
quædam Matth. Afflict.
- 10 Traditur ratio differentia inter restitu  
tionem,

- zionem, & remedium huius leg. & explicatur gloss. leg. postquam liti, C. de pact. & num. 16.
- 17 Infertur ex gloss. & Dd. hic contra Roman. & plures in alio articulo, & agitur de intellectu leg. 3. ff. rem. rat. hab. & num. 18.
- 19 Probatur contra Bart. & plures verius & receptius esse non cessare restitutio nem minoris, etiam si concurrat remedium huius leg.
- 20 Agitur plene & eleganter de minore lesu in vendendo, cum non expediret vel pro viliori precio: & explicatur gl. in l. si quidem, C. de pred. minor. probantur q. aliqua scitu dignissima contra receptiores traditiones, & declaratur l. 5 Cod. quod met. caus. & l. si res, §. 1. ff. de iur. dot. usque ad nu. 23.
- 24 Proponitur grandis difficultas ex iuribus, & Dd. varie loquentibus, an, & quando minor lesus in vendendo restituere debet precium emptori, & cui incumbat onus probandi precium benerum, vel male consumptum: in quo explicantur multa iura, usque ad num. 29.
- 30 Agitur plene & notabiliter de intellectu l. 1. C. si aduer. credi. & probatur contra glo. & receptio rem traditionem procedere eam l. & titulum in quo cumque ereditore, non solum in mutuante sub usuris, usque ad nu. 35.
- 36 Concluditur hoc capitul. cum quæstione à Dd. hic omissa, à paucis alibi tradita, an remedium huius l. cesseret stante germinato consensu.

**Q**uartus glo. quid dicendum, ubi contrahentes iurant, quod nullo modo venient aduersus contractum: respondet distinguendo inter maiores & minores. In maioribus inquit, ex iuramento cessare remedium huius l. ne iuramentum maneat sine effectu: quæ opinio recepta est, etiam sine certioratione ex bar. hic, nu. 9. Bal. in q. minoris, nu. 12. Sal. q. 10. Alber. col. 2. num. 9. Paul. num. 10. versi. 7 & numer. 15. eamque dicit communem Panthal. & Crem. numer. 175. Et ita Cagno. qu. 8. numer. 91. ubi plures refert, & ita glos. Panorm. in cap. cum causa, de empt. & vend. ubi Anton. Burg. num. 47. eam dicit communem, & Cagno. in l. si quis maior, num. 36. C. de transact. Aymo. consil. 188. num. 3. Bauer. de vigore in-

rament. numer. 12. Alex. consil. 133 libr. 5. Alexan. consil. 125. numer. 9. libr. 1. Couar. in cap. quamvis, 3. part. §. 4. numer. 4. Contra gloss. & communem opin. tenuerunt non pauci ex antiquioribus, vt colligitur ex Alber. imo quod iuramentum simplex de non contraueniendo, non tollat remedium huius l. & ita contra communem plene tradit Burg. in d. cap. cum causa, ita etiam Mol. ad Alexand. consil. 133. num. 11. lib. 5. dicens in Francia non seruari communem opin. Nec desunt colorata fundamenta pro ea opin: vt illud, quod non videtur tunc cogitatum de tanta laesione: iuramentum autem non extenditur ad incogitata, l. fin. C. de non num. pecu. Aliud etiam, quod iuramentum videtur tunc eodem errore procedere, quo ipsa principalis conuentio: & sic non videtur magis excludere debere, argum. l. doli, 19. versi. idem, ff. de nouatio. ibi. rursus circumuenitur: vrgere etiam videretur arg. à renunciatione generali, quæ non tollit remedium huius l. vt supra in l. part. iuncto. tex. notab. in l. fin. §. item quæstum, ff. de condic. indeb.

Ego aduerto, quod hic proponit q. in renunciatione per verba vniuersalia, nullo modo, in quibus terminis cessant plura, quæ obijciebant antiquiores. Plus enim est dicere, quod nullo modo impugnabat, quam simpliciter, vt plures agnoscent, & colligitur ex doctrina Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de usufr. leg. Aduerto etiam faciliorem reddi eam communem opinionem, retenta alia, quæ habet, posse renunciari remedio huius l. per verba clara: nam iuramentum non tam leuiter adhiberi debet, vt saltem in genere non videatur cogitatum de remedio huius l. quod sufficit, arg. tex. in l. qui iure, ff. de milii. testam. & ita ex mente Bart. respondetur ad argumenta, quæ contra communem opinio adducuntur, vt per las. in d. l. fin. §. item quæstum, ff. de condi. indeb.

Hoc modo cessat obiectio d. l. fin. C. de non num. pecu. maxime attento vero intellectu, reiecta vulgari allegatione eiusdem l. quod ibi non fuit iuramentum assertuum receptionis, sed promissionis de soluendo, vt colligitur ex glo. & Dd. ibi & Alex. in l. Seine, num. 131

num.13. ff. ad l. falci. Iacobi. à sancto Georg. in l. fin. num. 15. C. in qui. cau. integ. resti. non est nece. Campeg. de dote. 1. part. qu. 54. Hispan. Xuar. in l. post rem iudicatam fol. 143. Sæpe autem contra veriorem & receptiorem intellectum d. l. errari solet, plurimique magni nominis eam l. citant, quasi ibi confessio recepti fuerit iuramento firmata: in quo errore fuisse videtur Pan. in cap. cum contingat, num. 14. de iure iur. & Ias. in l. qui pecuniam, col. 1 ff. si cert. pet. & magis Felin. inca si cautio. nu. 50. de fide instru & Rebuffus in 1 tomo ad const. Galli. pag. 210. quod latius olim auditoribus tradidi. a Id etiam  
a Et ita etiam intellexisse videtur Couarr. eam l. singul. dicens de spons. 2. part. cap. 3 §. 5. num. 3.

de expendenda cogitatione iurantium bene tractant Dec. & Ias. in l. si conuenient. ff. de iuris l. omni. iudi. Anton. Burg. in rubr. de empt. & vend. col. 2.

4 In eadem q. inter doctos magis insisti posset circa vnum, quod non solet aduerti, an ea vis iuramenti in proposito & in alijs sit de iure ciuali, an de iure pontificio tantum. Paul. enim Castr. hic, n. 15. non obscure significat, effectum vel vi-gorem hunc iuramenti iure canonico tribui: quod non leuiter comprobare videtur, ex l. non dubium, C. de legi. iuncto cap. cum contingat, de iure iur. & c. quatuor de p. cl. in 6. Et yltra Paul. & alios comprobari videretur ex l. adigere, §. si. cum gl. ff. de iure patro. cum ijs, quæ non sine ingenio tradit Stepha. Forcat. videndus, dia. 53. ad l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. de cuius intellectu agit Couarru. in 1. part. d. cap. quamvis pactum. §. 2. ad fin. num. 5. In eundem sensum & eandem differentiam iuris ciuilis, induci possunt verba IC. in l. obligationes qua, 26. ff. de actio. & oblig. Sed effectus iuramenti hoc casu dicendus est, non solum de iure canonico vel ex nouissima constitutione Federi. sed ex antiqua lege Alexand Imper. in l. I. C. si aduer. vend. vbi ex iuramento negatur restitutio minori lafo in vendendo: quasi de iure ciuali iuramentum non validaret contractum omnino nullum, d. l. non dubium, validum tamen irrevocabilem redderet, d. l. 1. secundum gl. Paul. & alios ibi.

5 Est igitur communis opinio cum gl. vt venditor vel emptor iurans etiam simpliciter stare contractui, non auditur

ex remedio huius l. Ex quo videtur necessario agnoscendum, non posse sustineri, quod tanquam diuersum vel pro limitatione notant aliqui, dicentes, quod nonobstante iuramento possit venditor ita laesus agere simpliciter ad supplementum precij, quasi tunc non offendat iuramentum, cum non petat rescissionem contractus, sed restitutio-nem precij excedentis iustum, cuius li-mitationis citatur author Bald. in l. que sub conditione, §. 1 ff. de cond. instit. & ita Paul. & Ang ibi, & prius Alber. (qui re-ferri non solet) quam traditionem se-quitur & commendat Felin. in cap. inter ceteras, col. fin. de rescript. Marcus Anton. Pauer post Aret. in §. 1. num. 22. Instit. de bared. insti Ias in l. vbi pactum, num. 3. C. de trans. & extollit in proposito Ant. Burg. in d. cap. cum cau. sa, num. 40. & cuni Bald. est Catelian. Cotta in memorab. verbo, alterna-tiuia, & ita Socin. in l. si us, qui ducenta, §. vtrum, nu. 1. in principiis de reb. dub. Cas-fador. decis. 1. de empt. & vend. Imo adde-bat Dec. in d. sap. inter ceteras, col. 3. num. 6. (male citans Cin.) hic 6. q. admittendum videri laesum agentem alternatiue: quasi nec tunc offendat iuramentum, cum præcise non agat ad rescissionem contractus: electioque maneat conuento, circa quam traditionem Bal. se inuoluit Cagn. hic, num. 96. & 99. Ego autem non dubito, commentitiam esse traditionem Bal à tot insignibus viris probatam. nec minus reiiciendam esse, quam Dec. ad-didit: mirorque eos omnes non perpendere, eas traditiones non posse stare ad limitandum communem opinio. sed prorsus ei aduersari, nec locum eidem relinquere. Glo enim Bar. & Dd. com-muniter hic & in d. cap. cum causa, & aibi saepe excludunt venditorem & empo-rem iurantes: ex Bald. autem & Dec. ad-mitteretur uterque non obstante iura-mento per illam obliquam viam, contra regul. text. & Bar. in l. Seiu. & Angeriu, ff. ad l. falci. quod cum iudicio contra Bald. & Dec. aliter probat Couar. à Lei-ua in d. cap. quamvis. 3. part. 5. 4. num. 8. char. 127 col. 4. & seq. Qui igitur communem opinionem sequuti fuerint, non dubi-tent traditionem Bal. eam non limitare, sed omnino tollere: quod si imagina-riam limitationem Bal. vel Dec. sequan-tur, certo sciant, se à communi opin. dif-cessisse.

6 Limitatur à Bart. & alijs ea communis opinio, nisi iuramentum dolo vel metu extortum fuerit, ex verbis Authen. *sacmenta puberum, C. si aduer. ven.* quod longam tractationem exposcerre videbatur, cum glo. celebri in Authen. *quod eis, C. de nup. dum tradit ea,* quæ iuramentum comitari debeant, quam ornat Bal. *in l. si ad excludendam, C. de reb. cred. commendat Ang. in §. equè si debitor. col. 4. Inst. de excep. tradit Ias. in §. item si quis postulante, ex num. 68. & ibi Ludoui. Gome. col. fin. Institut. de actio.* Limitatur secundo ea communis conclusio, ne procedat in rusticō & muliere, ut tradit Cag. *hic, nu. 99.* dicens, quod tunc non ligabit eos iuramentum, vel ad maiorem securitatem relaxabitur, citat Alex. & Dec. consulentes in simili circa tales personas iurantes: addit Ias. *conf. 133. lib. 4. Soci. nepo. conf. 144. l. i.* adducitque text. notab. *in l. cum de indebito, ff. de probat.* quem non semel adduxi in præcedent. partibus, arguit etiam à præsumpta ignorantia talium personarum: quod posset multis confirmari, quorum aliqua breuiter reguli *supra 4. cap. 1. par. num. 29.* sed magis in terminis id colligi videretur ex Bal. *hic, num. 7. & num. 12.* dum inquit, rusticum & mulierem non excludi à remedio huius l. licet expressim ei renunciauerint, facit quod cum Aret. notat Ias. *m. l. si quis cum aliter, col. fin. num. 23. ff. de verb. obligat.* ad idem in iuramento alios citat Cagn. *in d. l. si quis maior. num. 39.* Et ita in terminis notauit Imol. *in cap. cum contingat,* quem sequitur Capi. *decis. 159. num. 22. & Corn. conf. 72. num. 7. lib. 3.* in id etiam conductit gloss. *c. cum causa, de emp. & vend.* Ego vellem, ut hæc limitatio à nemine improbaretur, habet enim æquitatem, occurritque fraudibus, quæ facile fieri possunt in eas ignaras personas: sed vereor, ne stricto iure corruat ea limitatio ex vi iuris iurandi: cum talis limitatio scripta non repetriatur, & iura ipsum minorem à suo auxilio ætatis excludant, nec rusticus & mulier in hoc articulo æquantur minoribus, quos specialiter excipit gl. nostra in sequent. membro, item Bald. *d. num. 12.* non repetit in iuramento æquiparationem, quam circa renunciatione tradiderat *num. 7.* Tandem contra eam limitationem vrget *d. l. i. C. si ad ver. vend.* vbi læsus erat minor & miles, ex-

cluditur tamen vigore iuramenti: miles autem æquiparatur rusticō & mulieri quoad iuris ignorantiam, *d. l. cum de indebito.*

Limitant tertio plurimi candem cōmunem opinionem, ne procedat, quādo iurans manet læsus multo plus ultra dimidiam: quam læsionem solent Dd. appellare enormissimam, quæ autem parum excedit dimidiam partem iusti precij, simpliciter appellant enormem: ita specificē Cagn. *hic, num. 100. in fine, & generice idem, num. 88. & in d. l. si quis maior, num. 36. & late Ias. conf. 133. lib. 4. & Curi. Jun. conf. 141. numer. 5.* vbi dicunt communem, & Aymo. *conf. 221. in fin.* & in his terminis ad l. nostram tradit Capi. *decis. 159.* quod in q. transactionis notant plures, quos retuli *sup. in ea q. 1. par. cap. 4. numer. 26.* & ita in terminis in læsione enormissima iudicauit Rota, ut tradit Chass. *d. decis. 1. de empt. & vend. & Granatense prætorium, ut tradit Couarru. lib. 2. resol. c. 4. numer. 5.* in simili generaliter sunt innumerā consilia Dd. vtriusque iuris mire variantium, an decisio d. Authen. *sacmenta puberum, & d. c. cum contingat, & c. quamuis patrum,* procedat, quando non tantum enormis, sed enormissima læsio continet, de quo latius & melius fortasse, quam alibi agit Couar. *in d. c. quamuis patrum, 3. part. §. vlt. vbi curiose refert & resolut.*

Sed omissis alijs, in hoc specialiter videtur receptius ex proxime relatis, non obstat iuramentum venditori vel emptori, enormissime læso, scilicet multo plus supra dimidiam, in quo retineo quod dixi in eadem traditione Dd. in q. transactionis, eam opinionem maxima æquitate fouveri, sed ius scriptum repugnare videri: nullibi enim talis distinctio traditur, nec in illa iuris parte maior læsio expressa fuit ad rescissionem, quam in hac l. sic etiam res obscura tenebrosior reddeatur, si spectandum esset, an læsio exceedat dimidiam: deindean multum, an parum supra dimidiam: dum autem scriben. in id adducunt tex. *in l. si superflite, C. de dol.* videnda sunt, quæ ad eam l. explicandam tradidi *supra d. c. 4. 1. part. in q. transactionis:* & ibi dictis addendum est, quod eam l. notat Socin. *conf. 20. nu. 6. in fi. l. 3.*

8 Nec mihi vñquam placuit multorum differentia inter enormem & enor-missimam læsionem, quia iure non probatur, tum quia ex hac l. satis potest appellari *enormissima*, quæ dimidiam excedit, quod etiam suadetur ex l. *domū, ff. de contrah. en. pt.* Vnde ad impetrandam relaxationem à iuramento, sicut iusta causa videtur cum læsio est supra dimidiā, non vt directo, & absque relaxatione quis audiatur: hac media, vt tutiori via retentia inter magnas Dd. varietates. Plures enim distinguunt inter enormem & enor-missimam, alij in enor-missima, seu longe ultra dimidiā non requirunt relaxationem, in enormi, seu quæ parum excedit, dimidiā requirunt: alij, quibus magis accedo, in omni læsione liberationem à vinculo iuramenti exigunt, quæ varietas colligitur ex relatis à Cagnol. hic, numer. 87. & 88. & num. 109. & seq. ab eod. in d. l. si quis maior, numer. 36. Tho. decif. 66. numer. 9. & 50. Late Afflict. decif. 322. & latius Capit. decif. 15. late Panor. in c. cum contingat, num 21. & 23. Feli. in c. in patientia, num. 8. & ibi Dec. nume. 36. de proba Alex. conf. 125. lib. 1. Soci. confil. 115. nu. 6. lib. 1. Dec. conf. 18. & conf. 203. nu. 6. & conf. 37. col. fin. vbi addit Deci. magis communem esse opin. vt ob enor-miss. læsionem iurans audiatur absque relaxatione, quod etiam tradit Chaff. conf. v. lo. de Amic. conf. 3. num. 42. Bolog. conf. 44. & plures citati à Cag. hic, nume. 88. & 95. & Chaff. n. confue. Burg. 7. & 12. nu. 37. char. 273. latius las. plures referens & hanc communem asserens conf. 133. num. 8. li. 4. Sed tutius est vt relaxatio petatur, nec aliter audiatur læsus, vt colligitur ex Pan. & in d. c. cum contingat, & ex multis consilijs Cornei male relati à Chaff. vbi supra, colligitur ex Iaf. 1. conf. ex Iacobin. in auth. sacramenta puberum, ad fin. & plures relati à Paris: conf. 45. num. 52. lib. 1. vbi hanc dicit communem op. & colligitur ab eod. conf. 99. num. 20. eod. li. Ipse tamen cum præced. magis sentit conf. 75. col. 2. li. 3. & absolutionem prius petēdam tradit Silua conf. 13. nec aliter extra Rot. sentit Chaffa. in d. decif. & ita longo vsu obseruatum colligitur ex Afflict. d. decif. nu. 11. In terminis nostræ q. facilius audietur læsus non obstante iuramento, quia erat læsio de presenti ex tempore contractus, non ita in casu d. c. quan. nis pa-

etum, quando renunciatur hereditas non delata, sed in futurum deferenda, tunc enim licet Dec. & plures sup. citati admittant filium vel filiam, non ita admittitur in praxi; contrariumque iudicari in senatu Paris. tradit Mol. ad Alex. conf. 29. n. 6. li. 3. licet non omnino id probet Co-uar. d. loco.

Secunda inspectio huius q. erat in 9 minoribus 25. annis, & tunc resoluit glo. ex tali promissione iurata, minores censendos iure maiorum, ad effe-ctum, vt iuuari nequeant auxilio resti-tutionis, maneat tamen eis remedium huius l. & sic iuramentum in hoc proposito supplæt ætatem, sed non tollit re-medium maioribus competens, nisi ex-pressim renunciatum fuerit auxilio ætatis & remedio læsionis: quæ resolutio recepta est ex Bart. numer. 10. Bal. numer. 12. Al. numer. 9. post Cin. 6. q. Sal. q. 11. Paul. numer. 15 & ita Ful. numer. 6 & communiter scribentes secundum Crem. ex n. 177. Cagn. ex num. 103. q. 9. gl. & Dd. in d. c. cum causa, & ibi Anto. burg num. 42. eandem dicit com-munem Pau. in Auth. sacramenta puberū, num. 20. & ibi Iacobin. num. 43. & Iaf. nu. 55. & Aym. alios referens conf. 188. nu. 3. Couar. in d. c. quan. nis 3. part. §. ult. nume. 6. Alex. conf. 89. n. 11. lib. 2 Panor. conf. 31. lib. 2. Hiero. o. s. feu. 127. nu. 7. & n. 15 Socin. conf. 48. in fin lib. 4. And. Alcia. in l. 1. §. si quis in a. n. 50. ff. de verb. obl. Et cum hec sit communis opinio in minore iurante, iam caubis à Matth. Afflict. lib. 3 feud. de pæct. iur. fin. §. in g'. 4. num. 3. fol. 125. Et sic in minore fit distinctio, vt vides, secun-dum gl. & Dd. vtriusque iuris, vt ex renunciatione restitutionis & læsionis omni remedio excludatur minor; idque ex Barto. & alijs communiter intelligi-tur, non solum, quando ex pressim renu-ciatur minor auxilio ætatis, & læsionis, sed etiam quando promittit, quod non contraueniet auxilio ætatis, nec ex alia causa: & ita Bar. hic num. 11. dicitque receptum Dec. conf. 403. col. 6. Aymo. alios referens d. conf. 1. 8. n. 3. & Boer. conf. 30. num. 11. Panor. in c. cum contingat, nu. 23. de iure iurand. & ita intelligenda est l. par. tit. 5. l. 55. in fin. vbi nouissime Greg. Lup. refert & sequitur quod supr. ex multis traditum est in læsione enor-missima. Aduertendumque est, quod d. l. par. 11. in minore renunciante cū iuramēto tan-

tantum loquitur, vbi renunciatio simplex est, ideoque inquit minorem tunc non excludi à remedio huius l. nec plus habet, quicquid eam aliter referat Couarru. vbi *supra*.

10. Est autem nimis controversum apud scriben. *an minor iurans excludatur à remedio restitutionis, vbi de eo certioratus non fuit?* Dinus enim *conf. 5.* per plures nec leues rationes verius & aequius probare conatur, minorem audiendum, nec ab auxilio aetatis remouendum, nisi constet de eo certioratum fuisse, quam opinionem defendit Cin. *hic 6. qu.* probauitque Ioan. Andr. quem refert Bald. *hic, numer. 12.* & Alber. *in d. auth. sacramenta puberum,* eamque probauit Cape. Tholos. *q. 49.* Eadem opinionem probarunt Sali. Butf. & non pauci, quos refert Alex. & latius Ias. *numer. 33. in l. sciendum, ff. de verb. oblig.* audacter Molin. *in 2. confil. Alexan.* statim citandis. Sed contra Dinum constanter tenet bart. *hic & alibi* sepe, late Alexa. *conf. 27. numer. 3. lib. 1.* idem *conf. 122. numer. 2. cum seq. lib. 2. Boer. d. conf. 30. numer. 11.* concludentes cum bart. non requiri talem certiorationem, & hanc dicit communem Paul. *in d. Auth. sacramenta puberum, numer. 10.* & ibi Ias. *numer. 56.* & Fabia. *de emp. & vend. quest. 8. numer. 6.* Segura. *in l. filius fa. ff. de verb. oblig.* Cagn. *hic, numer. 107.* & ita practicari afferit Aufre. *in d. quest. Capel. & Socin. conf. 48. in fin. lib. 4.* & quam plures generice relati à Tiraq. *in princ. l. si unquam, numer. 130.* Sed cum Din. quam plures etiam refert Tiraq. *in eod. loco, numer. 146.* adeo ut vix constet in tanta varietate, quae sit receptio op. Ego autem non dubito, stante l. 1. & *auth. sacramenta puberum, C. si aduersus venditi.* maximeque ex decisione iuris Pontificij circa obseruandum iuramentum, non posse recedi ab opinione Bar. Iura enim aperte eam vim tribuunt solidi iuramento, nulla spectata certioratione minoris, cuius ignorantiam & imbecillitatem presupponunt, plus tribuendo obseruationi iuramenti, quam fauori aetatis: nec eam restrictionem admittunt illa iura. Quae obseruanda fore à iudicibus, quondiu à summis Pontificibus & Monarchis non mutantur, necessitatis est, iuxta l. 1. C. de leg. l. *prospexit, ff. qui & à quibus.* An autem è Republica sint ea iura, quae ex iura-

mento excludunt minores & mulieres, filiosque & filias familias, aliasque personas fraudi obnoxias, perpendant sacrati ac seculares principes, nostræ enim tenuitatis non est, in ipsorum constitutiones inuehi, quod in ea materia audacter fecit Cin. *ad d. Authen. & pra. pap. in forma libell. prodote.* grauiter etiam Conna. *lib. 5. cap. 5. ad fin.*

Apud Hispanos autem lege regia Ordin. *libr. 3. titul. 1. l. 6.* & apud Lusitanos *ordinat. lib. 4. tit. 3.* constitutum est, ne in regno ullus fiat contractus, in quo iuramentum interponatur, quod si fiat, nullius sit momenti, tabellioque scribes iuramentum officio priuetur, quas lib. aliasve irritantes contractum iuratim, sunt qui putent non valere extraditis per Ias. *in d. Authen. sacramenta ad fin.* & Alexan. *confil. 125. lib. 1. Afflict. lib. 3. con. Neapol. rub. 5. numer. 38.* Curt. *sen. conf. 43. Ruin. confil. 19+* *libr. 1.* & Chaff. *confil. Burg. rub. 4. 6. 7. fol. 165. col. 1.* Vital. *in tracta claus. pag. 760. & 780. cum seq.* dubitat Fortun. *de ultimo fine iur. numer. 267.* Qua in re scriben. vbiique adducere solent text. & gloss. *in l. adigere, §. fin. ff. de iure patrona.* text. & gloss. *in l. fina. ff. qui satisda. cog.* vbi iura ipsa ciuilia tollunt iuramentum: & glof. colligit, eam legem habere vim Apostolici, & ita eam glos. *d. §. fin.* extollit & explicat Ang. Aret. *in §. aque, col. 3. & seq.* Inst. de mand. Ias. *in d. authen. sacramenta, numer. 81.* Ias. *in d. l. fin. numer. 23.* late Aufrelius *in cle. 1. de offic. ordi. reg. 4. numer. 7. fol. 48.* Ego aduento fragile, nec satis aptum esse argum. glo. & Dd. ex illis Iuribus & similibus: ipsi enim probare nuntiuntur, an leges & consuetudines principum secularium possint tollere vim iuramenti, seu illud prohibere. Ratio autem dubitandi & negandi eam potestatem, est ex qualitate rei, quae ad ius Canonicum, & Pontificiam potestatem spectat: quae consideratio non vigebat apud conditores earum legum tam ICtor. quam principum, sub quibus illi floruerunt. Omnes enim Ethnici erant, & vtrumque gladium sibi vendicabant. Imo & nouiores Cæsares Catholicam fidem agnoscentes, nimium circa religionem & ecclesiasticas suas constitutiones extendebant, vt liquet ex primis titulis C. magisq; ex C. Theodosiano, nota Alcia. *in l.*

*ubemus, C. de sacros. eccles. temerarium autem esset in regno obijcere nullitatem in constitutiones regias, cum à catholicis principibus promulgatae sint: prohibatumque, ne de earum validitate dubitetur, facit l. sacrilegij, C. de diuer. re- scrip.*

Ad quas constitutiones vtriusque Hispaniæ, consuetudinemque Burgundiæ, aliamque relatam à Chass. & Afflict. vbi *supra*, nouam declarationem scripsit Segura in l. I. §. si uxori, ff. de acquirend. posseſſio. vt procedant in contractibus per se validis de iure, non in ijs, quæ absque iuramento non valerent, vel facile rescindi possent. Eandē declarationem probat Ant. Gome. in lib. de contract. char. 106. col. 4. sub capit. de restit. min. b & Couarru. in dicto

b *Vbi sic iudicatum testatur, sequitur nouissime Duennas reg. 335. n. 20. in fine.*  
*cap. quamvis pactum, I. par. §. 3. numer. 8. & in simili id notat Guliel. in c. Raynusius, verbo duas habens, numer. 247. pro qua op. nihil allegatur, quod vrgeat, nec ad eam iure probandā facit pragmatica particularis Hispaniæ, quam adducit Ioan. Lup. in repe. c. per vestras, §. ult. numer. 30. sic ad idem posset colorate induci apud Lusitanos Ordinatio libr. 4. tit. 44. §. fin. quam aliqui expendere solebant. Sed bene considerata non probat, nec admittit iuramentum in contractibus reprobatis: tantumque refert, qualiter iure canonico possent validari: pro Segura etiam videretur posse induci text. in l. si quis libertatem, ff. de manum. test. sed nec ea probat, sicut ex pendatur.*

Contra vero, magis vrgent funda- menta prius in contrarium adducta à Segura: præcipue, quod etiam in contractibus inualidis viget eadem ratio dictæ prohibitionis, vel timor per iurij, vel ne iurisdictio ob iuramentum deuoluatur ad forum ecclesiasticū, Alexan. conf. 63. n. 2. li. 3. Imo videtur, quod leges & consuetudines tunc magis tendunt ad vitandos eos contractus, qui iure comprobantur, & vigore iuramenti erant custodiendi. In quo principes illi prudenter subditis cōsuluerent, quod proprium regum munus cōscetur, l. optimam, C. de contrah. & commi. stip. cap. regum officium, 23. q. 5.

Ad easdem leges & quæſtiones vtilis articulus est, (quem in praxi agitatum videt) an mentio fidei, vel bona fides pro iuramento habeatur, ut irriter promissionem iuxta prædictas II. Hispaniae? Et pro parte affirmatiuavget tex. in c. ad aures, quod met. cau. ibi, iuramento, vel si de interposta, quæ commendat Iason in §. item se quis postulante, numer. 54. Inot. de actio. & ita colligunt Felin. num. 7. & alij in c. querelam, de iure iur. & Matth. Afflict. decis. 389. Sed melius tradit D. Couarru. in d. cap. quamuis, §. 2. I. par. vers. 9. vbi cum Caiet. egregie resoluti, in dubio præsumendum, quod quis promittit per fidem humānam, quanobiles, vel qui se tales iactant, suam fidem astringere solent. quæ præsumptio iuuatur à consuetudine, iuncta. semper in contractibus, 35. ff. de regul. iuris, quod cessaret, vbi quis fidem Christiani exprimet, cessabit etiam, vbi non simpliciter fides, sed bona fides exprimeretur: quia tunc verba magis referuntur ad veram & Catholicam fidem, quam ad particularem veritatem loquentis: tum quia in his terminis magis viget d. Ordn. à qua facile recedendum non est.

Ex prædictis ad quæst. glo. circa renunciationem cum iuramento liquet, difficillime posse tunc laſo succurri, ex quo non videtur sustineri posse, quod dixit Bal. quem refert & sequitur Afflict. decis. 80. numer. 6. dicens, posse iudices per capturam facere, vt partes, quibus taliter iuratū est, iuramentum remittant: sed id iuri contrarium videtur: nihil enim magis repugnans, quam violentia in iudice, l. meminerint, C. unde vi. Item remissio per vim non poterat effectum iuris fortiri, l. I. cum seq. ff. quod met. cau. l. si per impressionem, C. eo. Probatur hoc magis, quia non potest iudicibus licere contra iura clara vim iuramenti abrogare, c. cum inferior de ma- io. & obed. possetque iuste replicare is, cui iuratū extitit, ius sibi quæſitū ex iuris sanctionibus, ideoque non videri dolo facere, cum iure suo vtitur secundum iuris regulam.

Ex glo. & recepta differentia inter iuramentum maioris & minoris patet, hoc casu in minore iurante facilius cessare remedium restitutionis, seu auxilium ætatis, quam remedium communis ex hac l. quod cū alijs colligit Pau. Gaſt.

Castr. hic numer. 15. rationem afferens ex illo vulgari, quod adduci solet *ex l. eius militis*, §. *militia missus*, ff. *de mil. test.* facilius, scilicet tollit remedium iuris specialis, quam communis: facit glo. nota. l. 2. §. 1. *verb. consensus*, ff. *de iud.* quod multis ornat Galia. *in rep. l. centurio*, ff. *de vulgar.* & pup. Sed in contrarium vrget gl. celebris & recepta *in l. postquam liti*, *verb. nulla*, C. *de pac.* vbi sublato omni remedio non tollitur restitutio: sequuntur & commendant Dd. ibi, & Ias. *in l. eleganter*, nu. 8. ff. *de cond. ind.* extollitque eam Bal. *de praf. 1. par. 6. par. nu. 42.* ornat Aym. *consil.* 201. num. 35. non meminit Soc. *consil.* 1. li. 2. num. 30. *versi.* & tenendo. Idem Soc. *conf.* 242. col. fin. lib. 2. nec meminit d. glo. Hispanus Xuár. *in l. post rem iud.* fol. 145. col. 1. & seq. secundum priorem editionem, nec Tiraq. in eo lapsus, *de retract. lign.* §. 35. glo 4 numer. 41. Est autem solida & notabilis resolutio ex mente Decij *in d. l. postquam liti*, ut glo. ibi procedat ex defectu intentionis: lex enim generaliter loquens excludendo, non videtur extendi ad minores vel similes, qui ex iusta causa excipi solent in iure, argum. glo. *in l. si quando*; C. *de silentia.* alias si ad potestatem spectes; facilius tollitur ius singulare, quam commune, d. §. *militia*, cum alijs, quæ contra d. gl. vrgere vide- rentur, & cum Dec. tradit Gome. *in reg. de non tollen. iur. questi. questi.* 6. quod in simili explicauit *in authen. nisi tricennale*, ad fin. C. *de bon. mat.*

16. Sed in hoc proposito minoris promittentis cum iuramento, quod non veniet aduersus contractum, in ea ratione labi videtur insignis Castr. Non enim tollitur restitutio & auxilium ætatis, quia debilius remedium sit, vt Castr. putabat. Nam si bene perpendas, potentior est restitutio, quam remedium huius l. cum in restitutione veniant fructus, non obstante titulo & bona fide, in actione autem ex causa lesionis non repetantur fructus & alia, quæ plene deduximus inc. preced. numer. II. Item restitutio ob minorem lesionem datur, & sic in renunciatione minoris cum iuramento non censeatur renunciatum restitutioni ut debiliori, sed magis (ex mente Bal. num. 12. Sal. q. II. post Bar. & Cm.) eo quod contrahens cum minore vero similiter non aliunde timebit cum venire posse aduer-

sus contractū, nisi ex auxilio ætatis, cui iura sæpiissime succurrunt. Idque suadet reg. l. *plenum*, §. *equity*, ff. *de usu & ho- bi. l. ex militari*, ff. *de mil. test.* & ideo in tali renunciatione iuridicum fuit intel- ligere, quod præcipue renunciari inten- debatur remedio ætatis, cuius timor magis præsens erat: atque ita hoc casu retorquetur ratio glo. *in d. l. postquam liti*, cum resolutione Dec. quod etiam sentiunt Bal. Sal. hic, dum circa gl. addu- cunt tex. *in l. l. C. si maior fact.* *in 5. C.* vbi maior confirmans alienationem rei suæ factam tempore minoris ætatis, censem- tur tantum remittere remedium, quod ex causa ætatis ei competit: non re- medium commune huius l. quod ibi ex- pendunt Albe. & Sali.

Ex qua resolutione nostræ gloss. & proxima explicatione apte & insigni- ter infertur, non posse sustineri, quod tradit Roma. sing. 551. vbi dicit, quod si quis promittat poenam, si minor im- pugnauerit actum, & minor petat in in- tegrum restitutionem aduersus eum actum, non tenebitur promissor: ad quod adducit text. (quem extollit) *in l. 3. ff. rem rat. hab.* & itacum Roman. tradit Galiaul. *in l. 4. §. Cato. numer. 75.* & Hor- manot. Dec. ibi, num. 373. cum Roma. Ti- raq. *in l. si unquam. in fine, pag. pen. versic.* & hanc, arguens ex eo, quod rescisso principali contractu per restitutionem minoris, corruere etiam debeat promissio illa quasi accessoria, vbi alios addu- cit, maxime in simili consilium Ancha. quem refert & sequitur Soci. *consil.* 215. lib. 2. & Chas. *in consue. Burgos.* rub. 4. §. 5. numer. 52. char. 143. Ego vero non dubi- to eos omnes perperam aduertisse, eo- rumque traditionem iuri contrariam ef- se: magis enim dicendum est stipulan- tem, seu contrahentem in ea specie sibi principaliter cauere voluisse aduersus restitutionem, quam magis timere ve- risimile erat, attenta qualitate perso- nae minoris, de cuius facto securum se reddere intendebat. Quod satis probatur ex glo. nostra cum receptare- solutione proxime explicata: proba- tur etiam, quia aliter maneret semper talis promissio nullius fere momenti, contra iuris regulas. Probat magis re- torquendo argumentum Tiraq. incaute arguentis, quai de principali ad accesso- riuum, cum in proposito contrarium iure

constitutum sit: nempe intercedentem pro minori non liberari, licet ipse minor per restitutionem actum rescindat, *l. in cause, l. 14. ff. de min. l. 1. C. d. fideius. mi.* Item cum illa promissio à tertio fiat, nō censetur accessoria, vt fere in terminis tradit gl. recepta per text. *ibi, in l. si is, C. de præd. min.*

**18** Nec obstat text. (à Roma. & alijs male adductus) *in d. leg. 3. ff. rem rat. hab.* ibi enim agens nomine minoris nihil promittebat circa conuentione, vel causam principalem, sed tantum de rato cauebat: quæ cautio interponitur, cum de mandato dubitatur, iuxta tradita *in l. 1. C. de procur.* idque tantum respicit ea cautio, vt conuentus securus reddatur, ne is, cuius nomine agitur, nullitatem postea obijciat ex defectu mandati. Quibus præsuppositis respondet IC. *in ea l.* promittentem sub ea forma non teneri, si minor postea in integrum restituatur, eo quod tunc promissor præstat, quod promisit. Non enim ex defectu mandati impugnatur id, quod ipse gessit nomine minoris, qui restitutionem impetrans potius asserere videtur cauentem de rato non falsum, sed verum procuratorem fuisse. Aliter enim restitutio necessaria non esset, ac proinde nihil succedit, ex quo promittens teneatur: quod plane colligitur ex glo. Bart. & Paul. *ibi:* colligitur etiam ex Bart. magisque ex Alber. *in l. minor. per textū ibi, ff. de euict.* & tradit eleganter Aretin. *conf. 100. num. 1.* licet alibi nonnulli male percipient gl. *d. l. 3. inter quos Anch. in c. mandato, n. 4. de procur.*

**19** Ex glo. & Dd. in ea q. minoris vendentis iurantis ( si bene aduertas ) satis colliges, minorem læsum in venditione duplex habere remedium, particulare restitutionis ex ætate, & commune ex hac l. si laſio fit vltra dimidiam. Si enim minor laſio fit, restitutio tantum seu auxilium solum ætatis competit. Ex quo infertur lapsus fuisse magnum Bar. *in l. 1. C. si aduer. fisc. vulgari fundamento putans,* minori laſio vltra dimidiam non posse dari restitutionem, cum habeat hoc remedium commune, ex reg. *l. in cause, l. 2. ff. de minor.* & cum Bart. Ang. *in d. l.* Contra Bar. vero est recepta opin. imo quod minor vel Ecclesia, licet ut possint remedio huius l. audiri tamen debeat per viam restitutionis, vt melius

probat bald. *in d. l. l. & ibi Iacob.* à San. Georgi. dicens ita communiter tenere modernos cum bald. & ita contra Bart. bene aduertit Cañ. *hic, numer. 105.* qui omnes male cum Barto. citant glo. *in d. l. 1.* quæ magis videtur hoc sensisse, & ita secure Sali. *in l. si quidem, C. de præd. minor.* & Panor. (neminem pro, nec contra referens) *in cap. cum dilecti, numer. 5. de empt. & vend.* secure Gozad. *conf. 44. nume. 14.* Et ita receptum est, remedium huius l. non tollere restitutionem, vt (his non relatis) tradit Couarru. *lib. 1. resolu. cap. 3. numer. 11. versi. 3.* Ex quo liquebit male consuluisse Aymo. *conf. 151. numer. 6. & conf. 7. num. 2. & numer. 12.* dicens, quod præcise tunc agi debet ex remedio huius l. non restitutionis: in quo etiam labitur Cor. *conf. 72. num. 7 versi. nam si excederet.* Ad vulgare autem argumentum Bart. respondet Bald. & nemine relato Panorm. vbi *supra*, quod hic plenius succurritur per restitutionem: ideo quod tunc cessat argumentum ex d. regu. quod remedium commune tollit restitutionem, ex traditis ab eodem Bart. *in l. in provinciali, ff. de nou. oper. nunci.* facit gl. *in l. fin. C. si aduers. rem indic.* Socin. *conf. 177. lib. 2.* eleganter Panor. *in c. ex parte, de rescrip.* probaturque cuidenter hæc conclusio, quia hæc l. generaliter, & noue condita in fauorem læsi, nihil mutat circa personas, vel causas, quibus antea restitutio concedebatur: iuxta reg. *l. præc pimus, C. de appellat.* quod etiam comprobatur ex traditis à Zaf. *ib. 1. responsorum, cap. 20.* vbi ample ornat d. regu. *l. in cause,* circa concursum horum remediiorum.

Circa minorem læsum in vendendo insignis est traditio gl. *in l. si quidem, C. de præd. min.* vbi inquit distinguendum fore, an minor lædatur in vendendo, cum non expediret vendere, & tunc per restitutionem præcise rem auocet, quod Bart. & omnes approbant, multa iura ita intelligentes. An vero lædatur in pretio, tunc inquit glo. electionem esse emptoris conuenti, vt supplet iustum precium, vel rem restituat: quam distinctionem pro maiori parte sequitur Bart. *ibi, & in l. 1. C. si aduersus creditor.* vno tantum excepto, quod vbi læsio minoris fuerit in viliori prelio, Bar. inquit, quod restitutio erit ad precium, nec dat electionem empto-  
ri. Sa-

ri. Salic. autem in d. l. *siquidem*, omnino probat traditionem gl. afferens, ex equitate negandum non esse emptori eam electionem, ne compellatur rem habere pro precio, quo noluit: & ita cum glo. Bald. ibi. Idem vero quod Bar. ibi tradit idem Bar. in l. *si res*, §. *primo*, pertext. ibi, ff. *de iur. dot.* vbi Fulgos. in totum sequitur distinctionem dict. glof. cum electione emptori danda: quia & text. ibi in tali laesione precij electionem viro tribuit, qui emptori comparatur. l. *quories*, & l. *plerumque*, ff. *de iur. dot.* Nec Bart. aperte contradicit, licet de electione mentionem non faciat: ita etiam Iacobi. ibi dicens ita tenere Canonis. in c. *constitutus*, de *in integ. restit.* vbi Panor. expressim ad fin. & ita Alex. in l. *non interest*, C. *quod met. cau.* & tanquam receptum cum glo. tradit Gozadi. consil. 44. numer. 12. & num. 14. & Hispan. Xuar. alleg. 21. col. fin. vbi tamen solum Bart. sequitur, non facta mentione electionis emptori dandæ. Imo videtur sentire præcise tunc supplendum premium minori laeso. Sed alij putant Bar. omnino cum glo. sentire, & ita Socin. dicens glo. magis communiter approbari cons. 57. numer. 47. !ib. 4 quos non videtur percepisse Aymo. consil. 7. numer. 2. Et secundum prædicta consuluit Cuma. consil. 180. ad fin. & ita glo. l. patri. 28. §. l. verbo, opereat, ff. *de minor.* & inde Bar. & prædicti omnes colligunt modum libelli, adduntque nonnulli corruere libellum, si aliter formetur: ita audacter & quasi receptum tradit Aymo. d. consil. 7. col. 1. ex ijs, quæ de forma libelli in hac materia solent dicere Dd. per ca. cum di. eti, de emp. & vend.

21 Non defuere tamen ex antiquioribus, qui contra glo. tenuerint, afferentes quod minor laesus in precio per restitutionem rem præcise avocet, premium restituat, & ita Alber. ibi & Cin. post Richa. & cum Cin. ita tradit Paul. Castr. in l. *non interest*, numer. 4. C. *quod met. cau.* & in praxi ita iudicatum tradit Fulgos. in d. l. *si res*, §. 1. ff. *de iure dot.* & ita præcise not. Bald. in l. C. *si aduers. fisc.* Ego etiam magis puto, quod ita iudicabitur, omisso illa stricta differentia glo. & Bart. & hæc opinio videtur magis mente iuris: nam iura agentia de minore restituendo ob laesione in vendendo, indistincte loquuntur, semper

significando, per restitutionem præcile rem auocari. Et ita contra gl. & bar. pro Richar. & Cin. fortissime videtur probare tex. in l. *quod si minor*, §. *restitutio*, & l. *patri*, §. *item ex diuerso*, ff. *de minor.* verba enim eorum iurium de laesione in vendendo, non minus exprimunt laesionem in precio, quam laesionem ob venditionem, cum vendere non expediebat. Idem sentit text. in l. *tutior*, 49. §. 1. & magis probat text. no. in l. *penult.* ff. *de mino.* vbi ex laesione indistincte distractio ipsa reuocatur. Idem fortissime & iudicio meo expressim probat text. in c. 1. de *in integ. restit.* vbi summus Pontifex agit de alienatione rei ecclesiastice, in qua inquit interueniente lesionem exmodicitate precij: deinde responderet, quod ad exemplum minoris res distracta per restitutionem auocabitur. Expressa igitur videtur decisio illius text. quicquid inuoluat Panorm. post gl. in d. c. *constitutus*, ad fin. eod. tit. Et in hunc sensum accipi potest text. in l. *si sine*, 33. §. *interposito*, ff. *de admi. tuto.* Ibi enim agitur de minor. restituendo ad rescindendam venditionem, & secure respondet, rem ipsam restitui cognita fraude: quæ verba non minus referuntur ad laesionem in precio, quam ad actum vendendi, quando non expediebat vendere: Denique omnem casum restitutionis indistincte exprimere videntur, ex quibus veriore arbitror hanc op. cōtra magis communem, nec in praxi vidi, nec audiui obseruari distinctionem gl.

In hunc sensum etiam videtur accipiens text. in d. l. *non interest*, C. *quod met. cau.* Gl enim & communiter scriben. intelligunt in ea l. duas esse partes diuersum continent, in prima agi de compulso per metum ad vendendum, cum vendere solebat, in secunda de compulso vendere pro minori precio: in prima agnoscent omnes, remedium dari ad rescindendam totam venditionem: in secunda putant tanquam diuersum statui non rescindendam fore distractionem, sed supplendum iustum premium, secundum Bart. Pau. & Alex. & alios ibi. Ego vero ex iuribus de minore laeso agentibus *proxime* adducetis, intelligo idem dicendum in alienatione per metum: ut sic compulsus possit ageread rescindendam prorsus venditionem, & res libi præcile restitui de-

beat:quod suadetur iuridica ratione , ne metū passus inuitus videat rem suam penes eum , qui vim intulit. Suadetur etiā, quia non parum lucraretur vim inferens, tandem inuito venditore rem retineret, licet iustum premium ei suppleret, argu. l. si cui fundus. ff. de leg. 2. Item ex communi declaratione illius l. maxima fraudibus via aperiretur. Potens enim & facinorosus spectaret tempus, quo aliquis vendere velit , in idque illum verbis alliciat, & postea vim adhibeat, sciens rem non esse auocandam, quod perniciosum Reip. esset. Nec in his parum attendi debet interesse voluntatis ad rescindendum actum in poemam dolosi , seu vim inferentis , quod videtur sensisse glo. in d. l. non interest, verbo, ab alio, & verbo, maiore, nec tex. ibi vlo modo contrarium sentit : imo in fine magis hunc sensum probat, cum inquit, improbe factum in pristinum statum reponi debere, vt non tantum de precio supplendo, sed de tota alienatione reuocanda sentiat. Estque mihi verosimilius, quod in d. l. non sit differētia facti , nec iuris inter primam partem & secundam contra gl. & omnes ibi, sed potius , quod secunda pars assertur in exemplum prima.

23 Qua opinione retenta, non obstat argu. Bart. & Sali. & Panormi. & aliorum pro gloss. arguentum ex regula restitutionis , vt resarciat id, in quo fuit læsio: replicatur enim cum Richar. & Cinō, quod iura in proposito magis iubent , vt totum negotium reponatur in pristinum statum , quæ repositio verius & proprius fieri dicetur, cum omnino rescinditur alienatio , & res minori velmetum passo restituuntur , & ita evidenter probat IC. in d. §. restitutio, l. quod si min. & l. pen. ff. de min. & d. cap. 1. de in integr. restit. Nec obstat tex. (quo mouetur glo. & Bart.) in d. l. sires, §. 1. ff. de iure dot. ibi namque singulare ius est in causa dotis : nec id refugium dicatur. Est enim verum & receptū, vt plene deduxi in l. capit. 1. par. & in 4. cap. d. par. numer. 33. ad fin. quo præsupposito, aduerto, quod eo casu ius dedit electio nem marito , an velit supplere premium , an restituere rem : quæ electio non datur conuento à minori , petente restitutionem. imo præcise iuretur , vt alienatio rescindatur , omniaque in pri-

stnum statum reponātur Magis vero ipsa electio datur minori lafo, vt tradit Igneus in l. dudum, num. 68. C. de contr. emp. In eo autem text. datur electio viro, quia de rigore iuris, maxime eo tempore , ex læsione in precio nullum remedium dabatur. Et ita cessat argu. illius tex. quod decepti videntur tot insignes Dd. cum gl. & consequenter idem tex. multo minus adduci debuit à Bart. Alex. & alijs ad d. l. non interest. C. quod met. cau. Non enim aduertunt, quod in d. §. 1. l. si res , electio datur viro, quia non erat in eo culpa, nec de iure competit bat eo casu nullum remedium : at in d. l. non interest , ingens erat culpa metū inferentis, b. extat, ff. quod met. cau. & in eum actio dabatur iure communi, & sic non erat vlo modo danda electio metum inferenti , cum id fauor sit, iuxta l. nostram, & d. l. sires, §. 1. & l. 1. § si quis in fraudem, ff. si quid in frau. patro. Nemō autem ambigit, non esse fauendum vim inferenti, quæ omnia fortasse veriora sunt, nec alibi explicata.

In eadem materia minoris læsi in 24 vendendo magna inest difficultas male hucusque explicata: iura enim varie loquuntur : Dd. vero sibi non constant. Nam IC. in l. patri, 28. §. item ex diuerso, ff. de minor. inquit, quod minor venditionem rescindens per restitucionem rem cum fructibus auocet, preciūque restituat, quatenus locupletior ex pecunia factus fit. Tex. etiam in l. unica, C. de reputatio. inquit, minorem restitutum restituere teneri , quicquid ad eum peruererit: & ita videntur ea iura requirere , quod emptor probet premium versum fuisse in utilitatem minoris. Tex. autem in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de min. regulariter obligare videtur minorem, vt premium emptori restituat, cum aduersus venditionem restituitur. Tex. vero in l. si sine, 33. §. integr. posito, ff. de admin. tutor. inquit minorem cum curatore vendidisse , posteaque agnita fraude in integrum restitutum fuisse, & videtur releuare minorem à restituzione precij , nisi probetur illud versum in eius utilitatem. Sic etiam accipi potest d. l. unica, C. de reputati. ibi, in lucro, & ibi, ad eum peruenit, maxime iunctaregu. l. si pro patre §. versum, ff. de in rem verso. Et ita dici posset, text. in d. §. restitutio, intelligendum fore ex prædictis iuribus clarius loquentibus : quam con- clu-

elusionem secure colligit Cuma. *in dicitur*. §. *interpositio*, notans ex litera, quod emptor probare debeat precium versum in utilitatem minoris, quando minor aduersus venditionem restituitur: nihil tamen pro, nec contra affert Cuma. qui meminisse potuit, contrarium receptum videri ex glo. bart. & alijs, *in l. prediorum*; *C. de predijs mino.* dum ad id distingunt inter nullitatem & restitutionem, ut *inf. proxime*. Hujus vero communis opinionis non immemor Fulg. *in l. i. ver. occurrebat*, *C. si aduersus credit*. aperte concludit etiam in restitutione non teneri minorem precium emptori restituere; nisi emptor probet, illud versum fuisse in utilitatem minoris.

25 Glo. autem *in d. l. prediorum*, *de predijs mino.* (ut dixi) aperte distinguit inter restitutionem & nullitatem, ut quando minor restituitur aduersus venditionem, non relevetur à restitutione precij, nisi probet illud male perditum, vel inutiliter consumptum, & ita Bart. & communiter Dd. ibi, ad quam opinionem circa onus probandi se refert glo. *in d. §. interpositio*, *verb. probetur*, & ibi Bart. Diuersum autem volunt glo. bart. & alij in nullitate, quando scilicet res minoris distracta fuit sine decreto, & solennitate: ut tunc emptori incumbat onus probandi precium versum fuisse in utilitatem minoris: quod in nullitate satis probat text. *ibi*, & *in l. si predidum*, *versic. emptor*, *eost.* & *in l. pen. §. fin. ff. de reb. eor.* camque resolutionem & differentiam ut receptam tradit Ias. *in l. nam postea*, *§. si minor. num. 21. ff. de irre. iur. commendans glo. d. l. prediorum*, & ita Soci. *conf. II. 5. col. fin. lib. I.* & Riminal. *in §. fin. numer. 61. In iustit. quib. alie. lic.* Vides igitur gl. & Dd. communiter distinguere inter nullitatem & restitutionem, ut in hac minor probet, precium non fuisse versum: in illa probet emptor, precium versum fuisse in utilitatem minoris. Vides etiam Cuma. & Fulg. non relatos, secure in restitutione idem probare, quod Dd. tradunt in nullitate. Sic ad singularem opinionem contra glo. & Dd. resoluti Molin. *in lib. de usur. q. 37. nu. 285* dicens, non esse differentiam (circa onus probandi precium versum, vel perditum) inter nullitatem & restitutionem. id tamen dicit Molin. ad diuersum finem, magis in fauorem emptoris,

cum uterque Raphael id dixerint in favorem minoris.

Non leuis igitur difficultas, varietas que apparet in hoc frequentissimo articulo. In quo aduerto in primis, non videtur rationem differentiae, quam sentit gl. & cum ea Bart. & Dd. communiter *in d. l. prediorum*, dum aiunt, quod in nullitate emptor censetur agere, quod ad precium, quod sibi restitui vult: in restitutione autem minor in totum agit, ac proinde unusquisque probare debeat fundamentum suae intentionis: quod receptissimum inquit Rimi. *in dilecto*. Sed ea ratio corruere videtur in utroque membro; si consideres, in restitutione minorem agere ad sui commodum: fundamentumque suae intentionis solum esse probare, quod viliori precio venderit, vel, quod non expediebat vendere: unde cum alterum eorum probauerit, iam satisfacit iuris regulæ, *l. 2 ff. de probat.* & consequenter ea regula iam non videtur onerare ipsum minorem, sed emptorem. Sic in nullitate non videtur solida ratio gl. & Dd. quia emptor eidem iuris regulæ circa omnes probandi satisfacere videtur probando precium semel ad minorem & curatorem peruenisse: maxime secundum opinionem Ang. *in l. vtrum. ff. de petit. hared.* de qua plene diximus *in c. præc. ex numer. 64.* Potest etiam contra glo. & Dd. in membro restitutionis considerari, quod fortasse minor vendidit, preciumque accepit, nec rem adhuc tradidit, ut saepe contingit. In quibus terminis, si venditio valuit, minor sola restitutione iuuari potest: emptor autem in causa actor erit, quia precium dedit, nec rem habet, & consequenter non videtur magis, vel minus fauendum minori ad hunc effectum in nullitate, quam in restitutione; contra glo. bart. & omnes *in d. l. prediorum*, & alios, vbi *supra*. pro utroque Rapha. Imo. & in restitutione non semel succurrit amplius minori, quam per viam nullitatis, ut aduertit Panorm. *in cap. ad nostram. numer. 8. de rebus ecclesiæ*. Aduento item contra glo. *in d. l. prediorum*, male ab ea quoad restitutionem citari tex. *in d. l. patri*, *§. item ex diuerso. ff. de minor.* ibi enim IC. non obscure sentit, onus probandi tunc non minori, sed emptori incumbere: melius autem adduxisset text. *in d. l. quod si minor. §. restitutio*

*tutio*, vt *supra* admonuimus.

27 Aduerto etiam in ea re non sibi constare Dd. si cum iudicio legantur: nam Bart. qui eandem differentiam inter nullitatem & restitutionem maxime sequitur *in d. l. prediorum*, contrarium in effectu probat *in l. 1. C. si aduer. cred.* & cum eo communiter scriben. dum inquit, quod si minor restitutionem petens probauerit, se læsum in vendendo, emptor probare debet premiumversum fuisse in utilitatem minoris: & ita Bald. *ibi numer. 5.* Salice. *num. 3.* idemque tradidisse Iacob. But. inquit Paul. *ibi in fin.* & ita tanquam receptum tradit Iacobin. *ibi, numer. 6.* & ita Alber. *in d. l. 1. C. si aduersus credit.* referens ex Butric. eandem doctrinam Bart. & ita intelligunt tex. *in d. l. patri, 9. item ex diuerso.* Videbis etiam apud Bar. & Alberi. & predictos, quod minor non tenebitur probare aliquid circa premium non versum in eius utilitatem, nisi quando allegat læsionem ex eo tantum, quod premium amiserit, non vero quando allegat læsionem in vendendo. Secundum quam resolutionem agnosces in effectu scribentes concludere, quod in restitutione aduersus venditionem, minore probante, se læsum in vendendo, vel in viliori precio, iam emptor probare debeat premium a se datum, versum fuisse in utilitatem minoris: & ita non manebit contra communem, sed in effectu secundum eam, id quod in proposito tradit Fulgos. *in d. l. 1.* Vnde ex Bart. *bal. Salic.* Alberic. Fulgos. Paul. Iacob. post Butri. *in l. 1. C. si aduer. cred.* & ex Cuman. *in d. § interposito*, dices receptius esse, vt emptori incumbat onus probandi premium versum fuisse in utilitatem minoris, restitutionem ex læsione obtinentis, quod etiam secure vt receptum tradit Paul. *in l. unica, nume. 1. 3. C. de restitutio.* Mirum tamen est, nullum ex ijs aduerteré in contrarium nimis vrgere text. *in d. §. restitutio. l. quod si minor*, vbi IC. regulariter emptori fauet, vt premium tibi restituatur: maxime cum excepit causam emptoris soluentis adolescenti, quem sciebat pecuniam perditum. Quapropter recte superius diximus, iura in hoc varie loqui: & Dd. magis variare.

28 Vnde ad *d. §. restitutio*, responderi pos-

set, vt *supra* diximus, *n. m. er. 24.* vel alter, quod ibi soluit emptor, non soli minori, sed cum authoritate curatoris: quo casu magis excusatur, quam si cum solo minore gerat, vt in alio articulo notat *bal. hic numer. 12. vers. p. 27.* & colligitur ex *l. clarum, C. de auto. prae.* Secus, si soli minori soluat: & ita procedat text. *in d. 6. item ex diuerso, l. patri.* nam tunc videatur vigere ratio *d. §. restitutio*, quod emptor scire debuerit, minorem perditum, vt sentit glo. *in d. §. restitutio.* Sic etiam magis succurretur emptori, quando soluerit minori industrioso, & rem suam bene administranti, vt colligitur ex Alber. *in d. l. 2. numer. 2. C. si aduer. cre.* Paul. *in d. l. unica, num. 3. C. de rep. Iacobi. in d. l. 1. in fin. C. si aduer. cred.* & ita saluabitur, quod vt nouum tradit Molin. *in d. lib. de usur. q. 37. numer. 285. versi.* alioquin. conducunt notata *in l. 1. C. qui & aduer. quos.* Dum autem *supra* diximus minorem posse restituiri, non solum quando læsus fuit in vendendo vel precio, sed etiam quia pecuniam solutam perdidit, id cum iudicio intelligas, quando emptor fuit in aliqua culpa non soluendo cum omni iuridica solennitate: alias ex casu vel culpa alterius non daretur restitutio in emptorem, vt recte tradit Bar. *in d. l. sine, §. interposito, ad fin. ff. de administ. tuto.* quo non citato idem probat Molin. *in d. q. facit reg. l. verum, §. sciendum, ff. de mino.*

Ex predictis & ex clara litera *d. l. prediorum, C. de pred. min.* euidentissime appareat, sustineri non posse, quod contraglo. Bar. & scriben. nontantum tentauit, sed etiam asseruit Molin. *in d. li. de usur. d. q. 37. num. 285. glos.* enim & Dd. verissime agnoscunt, quod vbi res minoris distrahitur ab que decreto, & ita minore ex nullitate rem anocat, itadem emptor ab eo premium recuperabit, si illud probet, versum fuisse in utilitatem minoris. Molin. autem audacter contendit, id esse intelligendum, quando emptor non solum premium, sed etiam usuras ex eo prætendit: quod si premium tantum velit, non teneatur probare illud versum in minoris utilitatem, quod etiam sentit Alciat. *in d. l. certi conditio, §. quoniam, num. 11.* dum citat. *l. 1.* At hoc non est interpretari, sed directim contra illa iura loqui, scilicet *d. l. prediorū, & l. si prædium. C. ad. & l. pen. §. fin. ff. de reb. cor. & l. si sine, §. interposito, ff. de adu-*

de admin. tuto. & sic non est in hoc rece-  
dendum à communi, maxime attento  
eo, quod proxime, num. 27. probauimus  
in restituzione. Cum iudicio tamen  
colliges ex superiorib. non sibi consta-  
re scriben in hac materia, nec efficacia  
habere rationes glo. & Dd. in d.l. prædio-  
rum, ut supra, n. 26.

30 Ex quibus necessario agendum est  
de intellectu, d.l. i. & tit. C. si aduer.  
cred. cum Bar. & omnes post gloss. ex  
ea l. & tit. fundamentum sumant ad  
præcedentia, quæ sine hoc non consta-  
rent. Imper. in d.l. i. creditorem minoris  
ita alloquitur: *Cum profitearis cum mino-  
re 25. annis te contraxisse, nec doceri po-  
tuissé prætorem, ex eo contractu minorem lo-  
cupletiorem esse factum, intelligis eum me-  
rito in integrum restitutum.* Hoc in effe-  
ctu habet d.l. i. cui annexitur l. 2. in qua  
Imperator alloquitur minorem, & re-  
fert, pecuniam ab eo foenori acceptam,  
in quo sicut in præced. respondet, mi-  
norem restituendum, nisi probetur,  
pecuniam versam fuisse in rem mino-  
ris: glo. in d.l. i. refert antiquiores nimis  
vacillantes circa intellectum l. & titu-  
li. principaliter opposentes d. tex. in l.  
nam postea, §. si minor, ff. de iureinr. vbi 1C.  
tradit minori incumbere onus proban-  
di se læsum, quod etiam alijs iuribus  
habetur. Nec minor difficultas resul-  
tare videtur ex ijs, quæ dicta sunt in  
præced. cap. ad opinionem Angel. in l.  
vtrum, ff. de peti. hære. ex numer. 64. cum  
multis seq. Augetur mihi difficultas spe-  
ciatim ad d.l. i. ex eo, quod ibi simplici-  
ter fit mentio de contrahente cum mi-  
nore, nec aperitur, quod fuerit causa  
mutui, & sic potuit esse ex diuersa causa:  
vt ita reddatur dubia communis inter-  
pretatio, de qua statim. Item, si cau-  
sa esset venditionis, in qua minor læsus  
fuisset, magis obstat textus in d. §. re-  
stitutio, l. quod si minor, vbi quoad pre-  
cium restituendum emptori, regulariter  
magis ei fauctur absque onere proban-  
di pecuniam versam in vtilitatem mi-  
noris: & ita maior videtur difficultas  
d.l. i. & tit. quam eam fortasse exprese-  
rint Dd. illud vero agnoscendum vide-  
tur ex d.l. i. non tantum vbi contractus  
minoris fuit nullus, sed & vbi minor re-  
stituitur, onus probandi pecuniam ver-  
sam in eius vtilitatem, aduersario in-  
cumberet contra gl. & Dd. in d.l. prædio-

rum, pro eisdem alibi male sibi constan-  
tibus, vt deduxi proxime, num. 27.

In ea difficultate omissionis alijs solu- 31  
tionibus, resoluti glo. quod d. l. i. & titu-  
li. si aduer. cred. specialiter intelligatur in  
creditore sub vñis mutuāte: vt diuer-  
sum sit in alio creditore non foenerati-  
o, & ita Cin. Bart. Bal. Alberi. Paul Ang.  
& communiter Dd. secundum Fulg. &  
Iacobi. ibi, Alex. in l. ciuitas, numer. II. ff. se-  
cer. peta. Dec. in l. singularia, num. 21 ff. cod.  
Ripa in l. si is, qui bona, numer. 12. ff. de pig.  
Soci. consil. 115. nu. 25. lb. 1. Iaf. in l. nam post-  
ea, §. si minor, nume. 21. ff. de iureiu. Af-  
flict. lib. 2. constitut. rub. 3. numer. 20. Mauri-  
tius ( quem olim vidi ) in tract. restitut.  
cap. 221. & seq. idque à Dd. receptissimū  
else tradit Molin. dict. quest. 37. de cu-  
ius opinione statim agemus. Sed quan-  
quam hoc receptum sit apud scriben.  
non pauci contradicunt, intelligentes  
d. l. i. & tit. etiam in creditore sine vñis  
& ita Sal. ibi numer. 3. vers. quaro, vbi  
tamen male refert Dd. ita tenere con-  
tra glos. cum Dd. aperte in eo sequan-  
tur glo. Et ita generaliter eam l. & tit.  
in quoquaque creditore intelligit Imol.  
in c. 1. col. 7. de depo. vers. sed iuxta, cum In-  
no. contra plures ad mutuum factum  
prælato, vel ministris ecclesiæ, & his  
non relatis, ita intelligit Curt. in d.l. nim  
postea, col. fin. num. 7. ff. de iureinr. ponde-  
rans Mathas. not. 58. vbi indistincte de  
omni mutuo intelligit, & commendat  
d. l. & ita in omni mutuo secure intelli-  
git Ioan. Plat. in l. prima, versicu. hoc ar-  
tem, C. de vend. reb. ciu. Sic etiam Alci.  
( neminem referens ) in l. ciuitas, numer.  
16. ff. si certum peta. & Molin. ad diuer-  
sam opinionem in d. lib. de commerc. quest.  
37. numer. 280. Sed ipse hoc dicit fauen-  
do creditori, contendens nihil refer-  
re, an gratis, an sub foenore mutue-  
tur: respōdens ad d.l. i. & 2. eo modo, de  
quo statim: Alij vero generaliter eam  
l. inte ligentes, concludunt pro mino-  
ri, vel ecclesia, vel Repub. vt in mutuo  
etiam gratis, incumbat creditori onus  
probandi pecuniam versam fuisse in  
vtilitatem minoris, & similiū: ideo-  
que dixi intellectum Molin. tendere  
ad singularem opinionem, non tamen  
nouus est in se, licet ipse neminem pro  
eo adducat.

Ego à primis annis studij mei in iure  
ciuili semper existimau, non esse veram  
com-

communem interpretationē d.l.i. post-eaque in progressum studij gaudebam apud graues authores proxime citatos, videre d.l. generaliter intelligi in omni creditore & maiori deliberatione cum intellectum verissimum puto. Hoc autem suadetur ex rubri. generaliter scripta de creditore, & sic de omni, iuxta l. si pluribus, & ibi Bart. ff. de leg. 2. l. si servitus, ff. de servi. vrb. præd. Eadem induc̄tio similiter fit ad literam dict. l. i quic̄ indistincte loquitur de contrahente: roboratur etiam ex l. sequent. dum loquitur de creditore sub foenore: vt credi debat, alium fuisse casum l.i. ne incontinenti detur magna superfluitas. Eadem interpretatio magis suadetur, quia tempore illatura legum non reprobarabatur foenus, & consequenter non erat, cur talis creditor, vt odiosus excludeatur, l. eos, C. de usur. Probatur vero magis ex text. in dict. §. restitutio, l. quod si minor, vbi IC. distinguit inter pecuniam solutam minori ex venditione, & pecuniam ei mutuo datam, non obscure requirens generaliter in hac, vt creditor probet eam versam in minoris utilitatem, ad quem text. magis aduertere debuerunt scriben. maxime Imo. & Plat. proxime citati num. præced. Probari efficaciter videt, vt eadem opinio & interpretatio, si negotium cum iudicio ex omni parte consideretur. finge enim minorem sine curatore, tunc si pecunia ei mutuo detur, obligatur minor, sed restitutio priuilegiata ei conceditur, & negari actionem aduersus eum dicebat IC. in l. patri, §. i. & ibi gloss. ff. de minor. Si minor curatorem habet, & sine eius autoritate contrahit, non obligatur, nec actio contra eum datur, l. tertia, C. de in integrum restitut. Sicum eodem curatore, non ideo minus restituitur, l. i. & 2. & sequent. C. si tut. vel cur. interue. Si curatori nomine minoris mutuetur, non aliter actio in minorem datur, nisi quatenus pecunia versa probetur in re minoris, l. si in rem, C. quand. ex fact. tut. Atque ita omni casu probari videtur haec interpretatio & conclusio ad d.l. i. C. si aduer. cred.

33 Ex præcedentibus satis probatur d.l. i. & tit. C. si aduer. cred. generaliter procedere in omni creditore ex causa mutui, non tantum in foeneratio: vt creditor probare debeat, pecuniam ver-

sam fuisse in utilitatem minoris, & ita in mutuo probat tex. in dict. §. restitutio, l. quod si minor. Ex quibus colligitur non obstat tex. in d. §. si minor, l. nam & p. 2. 4, de quo opponebant gl. & Dd. Ibi enim particularis casus traditur, cui ratio tex. congruit, vt videbis apud Fulgo. in dict. l. i. ad fin. inde comperies (si cum iudicio aduertas) non constare oppositionem, nec responsiones Dd. ex d.l.i. ad d. §. si minor. Imo solutiones alio tendunt. Ex traditis etiam superius agnoscunt eordati, grandem difficultatem in eo articulo minoris vendentis cum solennitate, vt cesseret d.l. prædiorum, C. de præd. min. itatamen, vt ex laſione vendendi, cum non expediret, vel ex viliori precio minor restituatur: tunc enim si inspiciatur resolutio gl. & Dd. in d.l. prædiorum, visideretur dicendum, quod minor restitucionem petens, teneretur probare, pecuniam perdidisse, idque videri posset receptum ex supra dictis numer. 25. & 26. Sed ex eisdem, Bart. Bald. & alijs in d.l. i. C. si aduer. cred. & ex Paul. in d.l. unica, nu. 3. C. de reputat. aperte colligitur contrarium. Imo quod, minore probante se laſsum in contractu, emptor non possit pecuniam a ſe datam repetrere, niſi proberet eam versam in minoris utilitatem, quod nimis iuuatur ex l. si fine, §. interposito. ff. de administr. tutor. secundum quam sententiam noue & vere ampliabitur tex. in d.l. i. C. si aduer. cred. vt non ſolum procedat in creditore ex cauſa mutui, sed etiam in emptore prætendento pecuniam quam dedit pro remiioris, ex laſione restitucionem obtinentis: & ita notabiliter amplientur iura superius adducta de venditione rei minoris absque solennitate, quibus cauetur, onus probandi pecuniam versam incumberet emptori. Igitur vt emptor ſibi caueat, debet ſoluere cum autoritate & iuſſu iudicis authorantis ipsam venditionem: iuxta reg. l. ait prætor. §. permittitur, ff. ac minor.

Ex eisdem infertur ( si cum iudicio 34 aduertas ) ſecum pugnare Molin. in dict. lib. de commer. q. 37. ipſe enim nu. 280. recte dixerat, d.l. i. & tit. C. si aduer. cred. procedere in creditore etiam sine usurpa, in fine vero, num. præced. & n. 281. in fine, & magis n. 275. ſui immemor subdit, quod ideo creditor vel emptor probare tenetur in cal. & ſimilibus pecuniam.

niam versam in rem minoris, quia creditor non solum premium à se datum, sed etiam usuras & interesse volebat: hæc pugnatio esse nemo non videbit. Sic labitur idem Molin. *ibidem*, cum violenter intelligit tex. *in d.l. prediorū C. de pred. mino.* quando emptor non solum premium, sed & eius usuras prætendit, cū ea l. indistincte loquatur: & ita verius intelligunt gl. Bar. & communiter Dd. vt *sup. deduxi*. Sic etiam nō videtur tutum, quod tradit idem Mol. *d.q.n. 281. dicens*, quod minori non creditor iuris incumbeat onus probandi in mutuo, quando non soli minori, sed cum curatore ei creditum est: si enim minor curatorem habebat, tunc non datur actio creditori mutuanti sine curatore, sicut contrahenti cum pupillo; *A.l. 3. C. de in integr. restit.* Si vero minor curatorem non habebat, vel si habebat, cum eius auctoritate matutum fuit, adhuc stat decisio *dicit. l. I. C. si aduers. credit.* vtroque enim casu pariter restituitur, vt per totum, *C. si tutor vel curat. interuen.* & vtroque casu viget ratio, *IC. in dict. §. restitutio, l. quod si minor: scilicet, quod mutuum sit voluntarie.* Nec hi causas separantur.

*35* Tutius vero est, quod tradit Molin. *in d. q. n. 281.* quatenus distinguit inter mutuum consulto in causam necessariam acceptum & mutuum sine causa: vt in primo non restituatur minor, si casu pecunia perdatur: in secundo restituatur, etiam si casu, non tantum sui facilitate pecunia perdatur. Sed debuit Mol. adducere gl. clarā & ibi Sal. *in l. 2. C. de fil. fam. min. vbi glo. vult*, quod etiamsi minor à principio consulto, & in causam necessariam mutuum acceperit, restituetur tamen, si postea non casu, sed lubrico ætatis pecuniam amittat, & ita intelligit aliqua iura, quæ ibi citat: ad quæ aduetas, quod glo. non debuit miscere mutuum, & alios contractus, cū in mutuo sit particularis ratio in favorem minoris, contra creditorem voluntarie mutuantem, vt *supra deduxi*, ex tex. *in §. restitutio, l. quod si minor.* Et secundum hæc dicendum erit, quod vbi minor eiusque curator mutuum accipit in causam necessariam ( quod de iure licebat etiā sub usuris *l. 3. §. consequitur, ff. de cōtra. & util. act. tut.* ) tunc necessario limitabitur *d.l. I. C. si aduers. credi.* & iura *superius adducta*, dum onerant creditorem, vt

probet pecuniam versam in utilitatem minoris: ea namque procedunt, cum minor restituitur, vt ipsa iura loquuntur: restitutio vero præsupponit læsionem à principio, quæ cessat, vbi in causam necessariam mutuum accipitur: & ita minor probare tenebitur pecuniam male perditam, cū non nitatur ex alia læsione, nisi ex amissione pecuniae: in quibus terminis Bart. & reliqui *in d.l. I. C. si aduers. cred.* resoluunt, quod minori incumbit onus probandi amissionem: quæ explicatio rationem habet, & iuris regulis congruit. Hic multa omitto cum intellectu *l. in pupillo. ff. de resolut.* de quibus plenius ago *in commentar. restitut.* Hæc iungenda sunt ijs, quæ diximus *in preced. cap. ad fin.* circa probandum, an res semper peruenta præsumatur durare, vel non. Quæ omnia utilissima sunt, nec alibi fortasse ita resoluta.

Vt vero hoc cap. in articulo magis 36 proprio huius l. concludatur, discutendum est vnum, à Dd. hic omissum, alibi etiam non satis explicatum. Legitur enim apud aliquos, remedium negari læso etiam enormiter, quando ipse bis consensit, ob vigorem geminati consensus, ita Dec. *conf. 216. ad fin.* quem sequitur Chaffan. *in consuet. Burg. rub. 7. §. 12. numer. 37. versic. aduerto, fol. 273. col. 4.* & Couarru. *in cap. quamvis pactum, 3. part. 5. vlt. num. 6. versic. octava conclusio,* & Mantua. *lib. loco. cap. 6.* & Rubeus *conf. 133. num. 9.* pro qua opinione nihil solidum, vel in specie adducitur, sed tantum arguit Dec. ex generalibus, quæ de vigore geminationis tradunt scriben. in variis locis, post Roman. in illa vberrima repetit. *§. de viro, l. si vero, ff. solut. matr. 31. fallen. Felin. in cap. si cautio, de fide instru. num. 39. Hipp. in l. I. §. questioni, ff. de que- sti. Curt. sen. conf. 49. num. 81. Ias. in §. de constituta, instit. de actio. Ripa, in l. si insu- lam, nu. 77. ff. de verb. oblig. plene Corse. in tract. de potest. regu.*

Ego autem verius arbitror, contra rium dicendum fore: imo quod geminatus consensus læsi regulariter nō tollat remedium huius l. prout si post primum contractum à læso, vt confirmet vel iterum consentiat, ipseque id faciat: vel si post iniquam diuisionem, separatim intercedat confirmatione partium, & in similibus. Adhuc enim concurrente læsione vltra dimidiā manebit remedium

huius l. tum ob eius generalitatem, quæ tales restrictionem non admittit: tum quia ex contraria opinione daretur maxima occasio fraudibus, facillimeq; eluderetur remedium huius l. quod vitari debet: tum quia eodem errore eadem que facilitate læsus, iterum consentiet, iuxta text. in l. doli. 19. versic. idemque, ff. de nouatio. Hæc autem verior opinio colligi potest ex responso Cor. confi. 140. lib. 3. inspecto principio & conclusione: in quo etiam contrarius sibi fuit Dec. ut refert Aymo dubitans confi. 114. in fine. & confi. 151. nu. 31. vbi etiam refert Rom. & Soc. ita verius consilentes, qui tamen id non satis exprimunt in locis ab eo relativis, & ita securius potuisset consulere Gratus confi. 71. num. 3. & nu. 25 lib. 1. Nec contradicit Panor. confi. 71. in 2. dubio, li. 1. quem male refert Mantua. vbi supr. Imo si diligenter inspiciatur, magis probat nostram opinionem, cum ibi stante iuramento, tantum contradicat. Nec obstat, quod inquit Bar. in l. Julianus, §. si quis colludente, ff. de act. empt. contrarium enim verius probauit in commentar. l. 1. 3. par. num. 36. versic. nec puto, Co. de bon. mater. & hæc addes iis, quæ in questione transactionis diximus supra in l. part. ca. 4. num. 32.

## TERTIA PARS L. II.

## C. de rescind. vend.

## CAPUT II.

## SUMMARIUM.

1. Traditur differentia inter lesionem in precio, de qua agit hæc lex, & lesionem in quantitate rei.
2. In eadem re traditur verior ratio differentiae inter eas lesionis species.
3. Tractatur de venditione ad corpus, & venditione ad mensuram, in quo nimis variant scriben. usque ad n. 6.
7. Plene & utiliter tractatur de effectu, & differentia resultante ex cognitione venditionis ad corpus, vel ad mensuram, usque ad n. 9.
10. Agitur de intellectu l. Julianus, §. si Tius, ff. de actio. emp.
11. Explicatur l. qui fundum, §. qui agrum,

- ff. de contra. emp.
12. Agitur de veriori intellectu l. si duorum, ff. de action. emp. & n. 13.
14. Explicatur tex. in l. si seruum, §. 1. ff. de action. emp.
15. Rejicitur argumentatio Dd. ex iuribus loquentibus de falsa demonstratione relatio adiecta.
16. Agitur de intellectu l. qui fundum, ff. de eius.
17. Explicatur eleganter tex. in c. per tuas, de donat.
18. Resoluitur circa precedentia utilis differentia inter emptorem & venditorem.
19. Tractatur de lesione per dolum cum exemplis, & explicatione aliquorum iurium, & n. 20.
21. Agitur de vendente vel emente, qui scit aliquam constitutionem brevi promulgandam circarem vel mercem: & aliqua similia, usque ad n. 25.
26. An emptor dicatur male fidei possessor, quando vendor manet læsus ultra dimidium, usque in finem.

**E**st in materia huius l. alias articulus utilitate & difficultate insignis: constat enim ex decisione huius l. & c. cum dilecti, & c. cum causa de empt. & vend. læsis in precio ita demum succurri, quando læsio est ultra dimidium iusti precij. Aliud vero genus læsionis est, non in precio vel aestimatione, sed in quantitate, & substantia rei, prout si res inueniatur minoris quantitatis vel mensuræ. In quibus terminis inquit gl. in t. per tuas, verb. innenerunt, de don. succurrendum fore contrahenti, si talis læsio apparuerit in minori rei quantitate, etiæ si læsio vel diminutio rei modica sit: & ita Panorm. ibi, num. 4. & Anan. confi. 98. ad fin. & Cremen. hic, n. 163. in 9. limit. & Cagnol. n. 177. & Anton. Burg. in d. cap. cum causa, num. 50. & Boer. decis. 50. nu. 4. Quam distinctionem inter læsionem in precio, & læsionem in quantitate rei, cum ratione Panor. in d. cap. per tuas, extollit Mantua. lib. 1. locor. cap. 6. in fine.

Rationem differentiae inter ea genera læsionis assignat Panor. in d. loco, ex eo, quod deceptio in quantitate rei, non ita perpendi potest, sicut læsio in precio, & aestimatione: quam rationem sequuntur nouio.

nouiores, vbi *supra*: quæ tamen non videtur satisfacere, cum plurimi rerum estimationem ignorent, eamque ignorantibus imprudenter contrahant: Alij ex alijs causis etiam scientes enormiter laeduntur, quibus etiam remedium huius l. non negatur, secundum veriorem sententiam, quam contra vulgarem opinionem probauit *supra* in 2.c.1. par. Item ea ratio Panor. soli emptori congruit, & ita non complectitur laesionem vtriusq; contrahentis. Vnde cogitabam, meliorem fortasse rationem colligi posse, atento, quod vbi laesio tantum est in precio, uterque contrahens satisfacit ijs, quæ conuenta sunt. Venditor enim rem integre tradit, emptor precium conuentum dat: & sic vtrinq; implentur conuēta. Ideoq; non facile fuit laesio in precio succurrere, nec ius antiquum succurrebat: conditoris autem nouioris iuris humanius visum fuit, vt saltem interueniente hac enormi laesione succurreretur. Quando autem minor reperitur, quam conuentum fuerit, non spectatur maior vel minor laesio, sed indistincte succurritur etiam iure antiquo: quia venditor non implet promissum ex sua parte, vt in l.2. & in l. seruū, §.1. & l. exemplo, ff. de actio. empt. Major enim censetur defectus substantiae, seu quantitatis rei quam precij, vt colligitur ex Bal. hic, col. 1. in 6. oppo. dum adducit l. domum, ff. de contrah. empt. Et ita sustinetur prædicta differentia gl. & Panor. & aliorum, vbi *sup.* licet eam improbet Couar. in 3. c. practi. qq. num. 8. versic. 13.

<sup>3</sup> Ad percipendam hanc differentiam laesonis in precio, & in quantitate rei examinandus est vtilis & difficilis artculus, quem tractat Cagn. hic à num. 177. usq; ad n. 191. melius vero Couar. in d. loc. Quia in re receptissima traditio est, vt venditio vel concessio aliquando dicatur ad corpus, aliquando ad mensuram: inter quæ constituant Dd. grandes differentias; appellantque alienationem ad corpus, quando venditio vel concessio incipit à nomine designante certam rem cum suis confinibus, vel alio modo idoneè expressam: licet enūciatiue adiiciatur certa rei quantitas. E contrario autem dicitur venditio vel concessio ad mensuram, quando contrahentes incipiunt à quantitate seu numero rei, & postea adiiciunt confinia. Exemplum primæ in-

spectionis est, si vendatur fundus certus, vel suis confinibus designatus, addaturque, eum esse centum iugerum, & postea maior vel minor numerus iugerum inueniatur. Exemplum secundæ inspectionis est, si vendantur quinque iugera terræ in certo agro: in primo enim exemplo principaliter habetur ratio ipsius rei, seu corporis declarati: in secundo numeri vel quantitatis, vt tradit originaliter Oldrad. consil. 197. eiusque discipulus Ioan. And. ad Specu. tit. de emptio. & vendit. quos sequuntur innumerari relati à Cagn. hic, latius à Couar. in d. cap. 3. practi. qq. Molin. ad Alexand. consil. 120. li. 2. n. 8.

Sed in eadē re nimis variant scriben. nam Bart. in l. Julianu., §. si Tuius, ff. de act. empt. tradens, quomodo dicatur venditio ad mensuram, aperte ad id requirit, vt singulis iugeribus vel numeris separatum precium assignetur: quod si vnicum precium pro iugeribus vel numero exprimatur, vult Bartol. quod alienatio dicatur ad corpus seu speciem, non ad mensuram: & ita Bal. in l. sicut, nu. 3. C. de act. emp. Sed tam ex antiquis, quā ex nouioribus, magis communiter colligitur, venditionem dici ad mensuram, cum partes ab ea, vel à numero incipiunt, etiamsi pro toto numero iugerum, seu pro omnibus partibus iunctim vnicum precium assignetur: nec requirunt, vt singulis iugeribus vel mensuris diuersum precium exprimatur, vt colligitur ex Oldrad. in d. consil. ex Bal. in rub. C. de contrah. emp. num. 22. Alex. in pluribus consil. vt per Molin. adeum d. consil. 120. lib. 2 per Dec. consil. 500. Afflict. decis. 68. Cagno. hic, num. 179. Couarr. in d. cap. 3. maxime nu. 5. versi. 7. quod satis probat IC. in l. quod sape, §. in his. ff. de contra. empti. Quod autem Bar. & Bal. dixerunt, saluabitur, vt licet venditio vel concessio incipiatur à corpore, si tamen precium exprimatur pro singulis mensuris, seu pro numero, tunc censeatur ad mensuram, cum citra eam numeralem distinctionem precij, dicenda foret alienatio ad corpus, vt colligitur ex relatis à Couarru. d. loco, & Socin. in l. demonstratio, num. 10. versi. caue tamen. ff. de condi. & demonst. Salic. in l.2. num. 3. C. de conir. emp. Pau. in l. si seruum, §. 1. ff. de actio. emp. Felin. in c. significante, num. 7. versic. & caue, de rescriptio. & Capit. decis. 14. num. 5. & ita debet in-

telligi Ias. *conf. 55. in fin. lib. 1.* ita Socin. *conf. 32. num. 1. vers. aliquando, & 2. lib. 4.* & Cagnol. *hic num. 186.* quicquid plures in uoluant, & Anton. Burgen. *d. cap. cum causa, num 50 in fine, vbi tandem ita sentitum Paul. in dict. §. 1. l. si sernum,* quem male reprehendit Cagnol. *hic,* putas cum contradicere, huius rei principalis effectus est, an si maior quantitas reperiatur, debeat emptor supplere vel augere precium, de quo *infia.*

**5** Manet igitur ex Oldr. & innumeris, in ea re maximum esse discrimen, à quo incepit conuentio, an à corpore, an à mensura: in eo autem aliquæ sunt species, in quibus non discordat scriben. in alijs mire variant. Concordant omnes, quando venditio sic concipitur, vt vendatur certus fundus suis limitibus declaratus, pro vnico precio, licet postea addatur, quod est centum iugerum, & talem alienationem vel concessionem appellant ad corpus: nec augendum esse premium, licet plura iugera reperiantur. Sic concordant è contrario, quando incipitur à quantitate vel mensura, prout cù venduntur certa iugera in tali campo vel terra, maxime exprimendo preciu pro singulis iugeribus, etiamsi terra vel campus suis limitibus designetur, vt per Soc. nep. *conf. 42. lib. 2.* & Socin. fil. *conf. 32. lib. 4.* discordant scrib, in casu mixto, quando contrahentes incipiunt à re, & continuo exprimitur modus vel quantitas: deinde adjiciuntur confinia, prout vendo fundum Tusculanum triginta iugerum, qui habet tales limites vel talia confinia: in qua specie variarunt maxime recentiores. Paris. plene & eleganter *conf. 64. lib. 1.* contendit eam venditionem censendam ad corpus, nō ad mensuram, & ita Ruin. *conf. 83. lib. 1.* Socin. nep. *conf. 42. & 43. lib. 2.* & cum eis Couarru. *d. lib. pract. qq. cap. 3. num. 3. vers. quarta species,* vbi citat conf. Soc. & Paul. & Imol. qui non videntur id satis probare. Contrarium respondit Cur. Iu. *conf. 131. & Dec. conf. 500.* quibus accedit Cagn. *hic num. 182.* vt venditio in ea forma, dicatur ad mensuram, & ita regulariter iudicandum, cum ante declarationem confinium, expressa fuerit quantitas vel mensura rei, quod aper te voluerunt Panor. & Firmian. relati à Paris. *d. conf. 64. num. 22. & num. 55.* Et

ita resolut Anton. Capic. *decis. 14. n. 2.* dicens ita fuisse à multis explicatum, & ita Alex. *ad Bart. in l. Julianu, §. si Titius. ff. de act. empr. & Boer. decis 50. numer 5.* & 6. & non obscure Soc. *conf. 32. n. 1. lib. 4.* Qua in re variauit Alexan. vt tradit Paris *d. conf. num. 57.*

Similis varietas est inter Dd. in ea re: 6 nonnulli enim tradunt, quod *venditio* dicetur *ad mensuram*, etiam si à re vel à corpore incipiatur, quando numerus vel mensura exprimitur simul in eadem clausula, prout vendo fundum Tusculanum triginta iugerum, vel bubulcarum, vel torturarū, vt Dd. loquuntur: secus, si numerus vel mensura exprimitur relative in diuersa clausula, prout vendo talē fundum, qui habet triginta iugera, quia tunc dicunt venditionem censeri ad corpus vel rem, non ad mensuram. Et ita consuluit Paulus, quem sequitur Anton. Burg. *in dict. cap. cum causa, nn. 51. vbi ci- citat Card. & Felin. idem dicentes, & ita colligitur ex Paul. in l. si venditor, ff. de act. empr. quem sequitur Dec. conf. 347. Cur. Iun. d. conf. 131. Socin. conf. 32. lib. 4.* sed contrarium dicit verius Couarruu. *a. loco, & plene Parisius, Ruin. Soc. nep. in dictis conf. & videtur satis colligi ex Bartolo in d. l. Julianu, §. si Titius, & Bal. in rubr. C. de contra. empr. num. 22. Affict. decis. 68.* qui omnes vel ex professo tradunt, vel secure sentiunt, nihil facere, an mensura exprimatur in eadem clausula, vel separata: & in eisdem terminis venditionem dici ad corpus, non ad mensuram. Plures tamen allegant contra Paulum in hac specie, qui tantū loquuntur, quando mensura ponitur cum relatio, & sic in diuersa clausula, vt Ias. in L. cunctos populos, n. 4 C. de summa trin. Mihi autem parum probabilis videtur illa traditio Pau dum distinguit inter eandē clausulam vel diuersam, nec iura in hac materia videntur talem distinctionē admittere, cui obstat reg. l. 2. Co. commu. deleg.

Effectus eius investigationis apud 7 scrib. magni momenti censetur: quando enim *venditio* dicitur *ad corpus*, resoluunt, quod tota terra sita intra confinia fundi, etiam si quantitas maior sit, manet vendita: & mensuram expensam tunc non censeri limitatiue, sed demonstratiue adiectam. Si autem venditio fuerit ad mensuram, intelligi can

eam restri<sup>c</sup>t<sup>e</sup>, & formaliter expressam, ne plus tribuatur emptori, quam talis mensuræ quātitas. Alij addunt quod vbi venditio sit ad mensuram, censetur conditionalis, vt ante mensurationem non dicatur venditio perfecta, per t. quod sepe, §. in his ff. de contrah. empt. Parisius d. consi. 64. lib. 1. Pau. in d. l. Julianus, § si Titius. ff. de actio. empt. sed præcedens effectus præcipuus est, in quo addunt plurimi, quod vbi res seu corpus venditur, non tenetur emptor aliquod precium supplere vel augere, si maior terre quātitas reperiatur, quam ea, quæ in mensura expressa fuit: dicunt enim augmentum cedere commodo emptoris. Ita clare vult Bald. in d. rub. C. de contrah. empt. nu. 22. Afflict. decis. 8. & ita aperte Paris. Ruin. Socin. nep. in d. consi. & Fulgos. in l. qui fundum, ff. de euict. nec dissentunt Cur. & Dec. supra relati in facto contrarium consilentes. Eorum namque varietas est in iudicando: an venditio sit ad mensuram, an ad corpus: si enim ad corpus fuerit, consentiunt ijdem fere omnes, vt precium non augeatur, etiam si rei quantitas maior appareat: & ad hunc effectum intelligunt doctrinam Oldr. in consi. supra relato. & ita Alex. in varijs consi. & Cagno. hic nu. 178. & 180, & 186. Couarr. in d. capit. 3. vers. II. Soci. in l. demonstratio. n. 10. ff. de condit. & domonst. Capit. d. decis. 14. nu. 3. Paul. in d. l. Julian. §. si Titius, & magis in l. si seruum. §. si modue, ff. de action. empt. & in l. si duorum, in fin. ff. eod. Et sic ea videtur receptissima opinio in fauorem emptoris.

8 Qua in re necessario inspiciendum est, an idem dici debeat è contrario, si minor rei quantitas appareat: & in eo maiore est Dd. varietas. Nam Couarr. in d. vers. II. cap. 3. præl. quest. quasi receptum tradit, vt maior mensura commodo emptoris cedat, minor autem suppleri ei debeat, vel in re simili, vel in diminutionem precij: ad quod citat Paulum in duobus locis, in quibus id non ita reperio: nec satis id explicat Alex. consi. 7. lib. 4. sic etiam Soci. hep. in consi. ibi allegato, magis contradicere videtur: & apertius Socin. ibi citatus in d. l. demonstratio. n. 10. vbi aperte resolut, par ius esse emptoris & vendoris: vt sicut emptori cedit commodum, si quantitas rei maior appareat, nec tenetur precium supplere quando venditio sit ad corpus: ita et-

iam è contrario, si minor rei quantitas appareat non debeat ei precium minui, nec rei supplementum fieri: idque cedit Soc. nep. d. consi. 42. num. 19. libr. 2. dicens, ita esse de mente omnium Dd. in hac materia. Et ita expressim Cornelius. consi. 59. lib. 4. n. 2. ibi, quod accedit vel deperit, scribitur cōmodo vel damno emptoris: & ita secure ut receptissimum sentit Cagn. hic num. 179. ibi, siue maior, siue minor, & num. 180. ibi, siue plus aut minus cedit pro eodem precio, & apertius, num. 188. vbi ex mente Dd. concludit, venditorem tunc non teneri ad supplendum, quod deest in re vendita ad corpus, non ad mensuram, nec etiam diminuendum esse precium emptori: vt contrariorum eadem sit disciplina, & ita Boer. decis. 50. num. 6. & Soc. consi. 32. num. 1. lib. 4. idque ex Salic. & Alber. agnoscit Paris. d. consi. 64. nu. 32. Idque iuuatur ratione seruanda æqualitatis inter emptorem & venditorem, iuxta doctrinam tex. notab. in l. 6 ff. de peric. & commod. rei vend. Et ita hoc longe receptius videri potest, cui opinioni consonat iuris regula, ff. de reg. iur. secundam naturam.

Contrarium autem (vt vides) semper in fauorem emptoris concludit Couarr. vbi sup. quod etiam videtur sentire Capitius d. decis. 14. n. 3. Et pro his non parū vrget argumentum à diuersitate rationis, quæ quidem in proposito tota est pro emptore cōtra venditorē, qui magis scit, vel scire debet quantitatē rei, quā distrahit, iuxta l. quisquis, infra hoc tit. & reg. l. fin. ff. de usucap. pro suo, quod argumentum aliqualiter agnoscit Corn. consi. 59. ad fin. & Paris. d. consi. 64. num. 39. & num. 50. Et ita aperte Paul. in l. si duorum, versic. in tex. ff. de actio. empt.

Dolenda profecto est tanta scriben. varietas in articulo frequentissimo, in quo ad minorem fraudem, minusque detrimentum vtriusq; partis, aduertendum semper est ad quantitatē precij, vt inde cognoscatur, an emptor supplere debeat, quando rēs maior apparet, vt ex Cornel. Decio, & multis tradit Couarr. in d. c. n. 3. versic. hac vero: vt ita Afflict. d. decis. 68. id vero exemplificarem, quando ex consuetudine loci certum esset precium iuggeris, vt tunc pro singulis suppleatur preciū. Temperabitur etiā eadē varietas ex coniecturis, & clausulis, de quibus per Anani. videndum consi. 98.

& in eo proposito aliæ clausulæ attendi debent, modò pro emptore, modo pro venditore, ut latius tradit Paris. d. cons. 64. nu. 28. & num. 34. ib. 1. Mihi vero in ea varietate & difficultate tutius videtur, ut si res notabiliter maior apparcat, etiā si vēditio nō fuerit ad mensuram, supplere debeat emptor precium pro augmento: facilius autem minui ei precium debeat, si minor rei quantitas appareat ob aliquam culpam, quæ tunc in venditore non in emptore est. Et ita procedet, quod inquit Paul. in l. 2. in fin. C. de peric. & comm. rei vendi. quem non bene referunt nouiores supra citati: ibi enim aperte vult Paul. quod licet venditio fuerit ad corpus, debeat tamen emptor supplere precium, si res maior reperiatur; sicut minui prēcium debet, si minor quantitas rei appareat. Quæ opinio Pauli singularis est ad omnes præcedentes: licet enim Paul. velit, non magis fauendum fore emptori, quam venditori, & contrariorum candem fore disciplinam in proposito, vt plures dixerunt, id tamen inquit ad diuersum effectum, vt scilicet, nec augmentum, nec diminutio, incommode, vel lucrum afferat emptori, aut venditori, sed res debeat semper ad æqualitatem reduci: quod comprobatur ex doctrina l. 1. ff. si quis caution. ubi Paul. & Iason notant, assumendam semper esse interpretationem, quæ utriusque parti tutior & æquálior est. Et ita in proposito cordate arguit Dec. d. consil. 500. num. 12. vers. & supra dicta, & num. seq. ostendens æqualius esse utriusque parti, & minus præiudiciale, ut non maior, nec minor quantitas vēdita censeatur, quam in contractu expressa fuerit. Cui Paul. Castrens. opinioni adderem, vt si forte minimum sit rei augmentum, vel minima rei imminutio in venditione facta ad corpus, non audiatur emptor vel venditor, quando res distracta magna est, ex doctrina IC. in l. res bona fide. ff. de contrah. emp. & l. scio, ff. de in integr. restit. quas ll. explicauimus supr. in l. ca. 1. part.

10 In his adducuntur plures ll. quasi expressæ à Dd. maxime Par. Rui. Soc. nep. Couar. & aliis doctiss. viris, quæ tamen diligenter consideratæ, fortasse non probant concludenter vnam nec alteram opinionem. Primo enim tex. in d. l. Julianus, §. si Titius, ff. de action. emp.

non probat, quod multi notant, lucro emptoris cedere, quicquid plus reperiatur in quantitate rei, quam in vēditione expressum fuit. Ibi enim agitur de augmento extrinseco, quod solet cedere commodo emptoris, sicut & periculū, & IC. ibi ponit casum particularem cū distinctione an vendor sciuerit, an ignorauerit. Item Dd. in eo tex. nō sibi cōstant, quia intelligunt cum gl. emptionē ibi fuisse ad mensuram: secundum quod nullum augmentum deberet cedere cōmodo emptoris, nec diminutio eius damno, ut ipsi resoluunt in hac materia: ideoque Fulgo. ibi, & Costal. neminem referens, & melius Couar. in d. loco, intelligunt in d. §. fuisse venditionem ad corpus, non ad mensuram: ibi enim numerus iugerū, separatim expressus fuit. Vel aliter ad eum text. dici potest, quod Fulg. ait ad l. si in venditione, §. primo, ff. de peric. & comm. rei vendi. vt aliquando venditio dicatur ad corpus, tamen vendor teneatur præstare modū agri, quæ expressit, & ita intelligit d. §. si Titius. fortasse distinguens, an leuiter, an serio ad cōventionem partī expressa sit rei quantitas, vt altero casu præstari debeat, in altero non, argum. corum, quæ notantur in l. si quis nec causam, ff. si certam petat. Id vero cognoscetur ex præfatis, vel præambulis conuentiōnis, iuxta reg. l. Titia. §. idem respondit, ff. de verb. oblig.

Sic in eodem articulo citatur text. in l. qui fundum. 40. §. qui agrum, ff. de contrah. emp. quasi ibi statuatur emptorem supplere debere preciū, quādo rei quantitas maior reperiatur, & ita cum indistincte notat Paul. Castrren. in d. l. 2. in fin. C. de peric. & comm. rei vend. Sed ille tex. magis in contrarium adduci posset, tum quia loquitur, quando precium ad singula iugera exprimitur: tum quia speciatim conuentum fuerat, vt eius, quod ad mensum fuisse, certum preciū solueretur. Nec facile dabitur fortasse aliustextus, qui ita fauēt emptori. Species autem & ratio dubitandi illius text. fuisse videtur, quod ibi expressa fuerat certa quantitas iugerum, postea maior reperita fuit, dubitaturque, an pactio certi precij ad singula iugera extenderetur ad alia, quæ supra numerum expressum reperiuntur: respondet tex. quod sic. Dubitari autem poterat argumen. l. §. de cer-

de certa, C. de transact. l. emptor, §. Lucius, ff.  
de pac*t.*

<sup>12</sup> Alius tex. vt expressus à multis adducitur in dictis locis, in fauorem emptoris, vt eius lucro cedat, si res maior reperiatur, quam in cōuentione expressum fuerit: is est tex. in l. si duorum, 43 ff. de acti. em. in vers. nec enim, & prima facie non aliud significare videntur verbata tex. vt per Paris. d. cons. 64. n. 38. Ea Pauli est, non Vlpiani, vt constat ex libris emendatis: quod etiam periti ex stylo eorum facile dīgnoscunt. Casus ibi fuit de vendente & emente simul duos fundos: & inquit IC. separatim de modo, seu mensura cuiusque fundi pronunciatum fuisse; & contigisse, vt decem iugera in altero defuerint, in altero abundauerint, disputat IC. an vendor ex cōusetur in fundo minoris quantitatis, cum in alia plus p̄fet, arguitque ad partes: tandem concludit rectius esse, vt lucrum cum damno pensetur. Inde colligunt aliqui ex supra citatis, regulariter lucro emptoris cedere, si res maior reperiatur, quasi ibi in diuersis rebus dubitatum fuerit, ex eo, quod augmentum alterius ad emptorem pertineret, idq; colligunt magis ex d. versic. nec enim, ubi id pro iuris regula adduci putant. Ego autem puto IC. talem regulam non afferere, sed magis contraria: si enim, quod plus esset in re, cederet lucro emptoris, non satisfecisset vendor, quod deerat in altera re, cum eo, quod in altera abundabat. Disputatum autem fuit, an, & ad quid teneretur vendor: sed concluditur, eum excusari ob cōpensationem. Nec obstat verba dict. vers. quæ ita habent: *Nec enim id quod amplius in modo agri inuenitur, quam alioquin dictum est, ad compendium venditoris, sed emptoris pertinet, & tunc tenetur venditor, cum minor modus inuenitur.* Quæ verba ex precedentibus intelligo prolata, in argumentum excusandi vendoris eo casu: vt IC. ibi ad partes arguit: non autem, quod ea verba inducant regulam pro emptore: sensus autem sit, quod ibi instabat emptor contra venditorem, ipse autem se excusabat, eo quod in altero fundo plus inerat, id quod non sibi retinebat, sed emptori cedere volebat: hic vero sensus magis congruit, attento versi. preced. in quo affertur exceptio, vel ratio vendoris. Et sic ea omnia verba in exceptionem vendoris afferuntur.

Ex quo interpretandi modo expli- 13  
cari etiam poterunt alia verba eiusdem l. in preced. versicul. ibi, an non faciat dolo qui iure perpetuo vitetur, gloss. ibi refert ea verba ad emptorem, an dolo faciat: Paul & alij torquentur, & varie intelligunt: nec aliquid afferunt, quod congruat illis verbis, iure perpetuo. Ego vero contra glo. & plures accipio ea verba in venditore: sic enim incipit IC. in d. ver-  
sic. preced. Sed an exceptio doli venditori pro-  
futura sit, tunc autem continuatur argu-  
mentum & dubitatio IC. quasi non ini-  
que faciat emptor iure perpetuo vtens,  
id est, doli exceptione, quæ in iure, & ab  
codem IC. Paulo perpetua appellatur, vt  
in l. pure, §. fin. ff. de dol. exce. Alij meliora  
afferant, si nostra damnauerint.

In eadem materia adducitur tex. in d. 14  
l. si seruu, §. si modus, ff. de act. empt. quem inter alios citat Pau. Cast. in d. l. 2. in fine, C. de peric. & commo. rei vend. tex. genera-  
liter inquit, quod vendor tenebitur, si modus agri minor inueniatur: Paul. in  
dict l. indistincte intelligit, etiamsi ven-  
ditio fuerit ad corpus, non ad mensu-  
ram: atque etiamsi unicum precium  
expressum fuerit pro tota re, non ad sin-  
gula iugera, & ita intelligit Fulgos. in d.  
§. non leui argumento, vt per eum ibi.  
Glo. autem in d. §. & plures intelligunt,  
quod singulis iugeribus assignatum fuit  
certum precium. Ego generaliter text.  
intelligo, ne litera generalis restringa-  
tur, ne etiam diuinatorius sensus appli-  
cetur: tum ex multorū authoritate &  
æquiori opinione, vt licet dubitetur,  
quando res maior reperitur, an id cedat  
lucro emptoris, non tam in dubitetur,  
quando minor reperitur: quia nulla cul-  
pa emptori, fraus autem vendori ve-  
rosimilius imputari potest, vt supra, nu.  
8. ad ff. idque suadetur ex generali regula  
in eisdem terminis, l. 2. & in l. ex empto. ff.  
de actio. empt. in hoc cōtractu ex doctrina  
ICtor. vt interpretatio fiat pro emp-  
tore contra venditorem, l. Labeo, 21. ff. de  
contrah. empt.

Omnis etiam in hac materia arguit 15  
à iuribus, quæ maximè in ultima volun-  
tate dicunt, falsam demonstrationem  
non vitiare, ita Oldra. d. cons. & omnes  
post eum, quod videbis apud Socin. in  
d. l. demonstratio, & apud omnes supra ci-  
tatos. Sed ea argumentario, tot tanto-  
rumque patrum, nec apta, nec efficax

videtur Nam in hac materia actus semper valet, & effectum habet: ideoque non est necessarium argumentari ex d. regula ad actum sustinendum. Item d. l. *demonstratio*, & iura similia non dicunt, quod si plus seu maior quantitas repetriatur, quam testator dixerit, totum cedat lucro legatarij: & secundum hanc considerationem patet Dd. in proposito non bene adducere tex. in l. si seruum, §. qui quinque. ff. de leg. 1. & text. in l. qui-dam testam. ff. eod. quem adducit Oldrad. & alij supra citati, & Alexand. consil. 8. libr. 4. sed is text. loquitur in diuersis terminis, nempe ut designatio loci, vnde legatum soluatur, non reddit illud conditionale, vt not. Bar. & alij inibi. Iason in l. que datis, num. 41. ff. sol. mat. Jacobin. commendans, in l. si fidei commiss. §. tractatum, num. 7. in si. ff. de iudic. Nec inter doctos negari debet, quod *prædicta iura* in multis procedunt specialiter in relictis & ultimis voluntatibus, in quibus testatis tantum voluntas, non legatarij attenditur, in contractibus autem reciprocis duorum voluntas spectatur, & tenor conuentionis, iuxta textum in l. in conventional. 52. ff. de verbis. oblig. & ita non omnino improbari debet, quod dixit Imol. in d. c. per tuas, ad si. de don. quem sequuntur Dec. & Cur. d. consil. Alij autem dicunt differentiam Imol. communiter reprobari, ipsi tamen interrogati circa d. iura ultimarum voluntatum, non possent negare, quod dixi, multa illic haberi, quæ ad contractus trahi nequeunt: vt etiam mediocriter prouecti agnoscant.

16 In eadem materia adducitur tex. in l. qui fundum, 45. ff. de eius. cui maxime inititur Paris. d. consil. 64. lib. 1. nu. 42. vt lucro emptoris cedat, quando res maior apparet, quam in contractu dictum fuerit: & ita ibi notat Fulgo. sed glos. ibi satis respondet, non male interpretando tex. & cum ea Cur. d. consil. Vere enim in d. l. satis colligitur, quod emptor non tam emit certa iugera, sed etiam totum, quod intra fines continebatur, nec alter fortasse empturus fuisset: vnde si ex finibus emptis aliquid euincatur, iustissimum fuit actionem emptori præstare, ex reg. d. l. 2. ff. de act. empt. & ex traditione Fulgos. in l. si in venditione, §. 1. ff. de peric. & com. rei vendi. Quod equidem diuersum est à præcedente tractatione,

maxime secundum ea, quæ mox dice-mus, num. 18.

Omnis etiam in ea materia adducunt 17 tex. in d. ap. per tuas, de dona. vbi non so-lum in contractu mere oneroso, sed etiam in donatione remuneratoria suppleri iu-betur, quod deerat numero expresso. Ex Dd. autem supra citatis aliqui acci-piunt illum textum, quasi loquatur in concessione ad corpus: alij ad mensu-ram, & ita varie cum flectunt ad præce-dentia. Sed litera euidenter indicat, do-nationem præcessisse quatuor modio-rum, & ea quæsitum fuisse ius donata-rio, secundum regulam, l. fin. C. de usuca. pro don. l. perfecta, C. de donat. quæ sub mo. Vnde nimur, si postea deficiente par-te illius numeri vel mensuræ, debeat suppleri iuxta modum donationis, per d. iura & præcisa verba l. si quis a gentium, §. fin. C. de don. vt bene sentit Imol. in d. c. per tuas, n. 9. & ita textus ille separandus est ab alijs in hoc proposito adductis.

Non omitto, quod circa textum in 18 d. c. solet dubitari, quo modo ibi value-rit donatio rei ecclesiasticae, & com-muniter ibi & alibi resolutur, valuisse ob causam remunerationis. Vnde colli-gunt scriben. in varijs locis, posse ordi-narios ex tali causa donare & distrahere, quod maximam fraudibus viam aperi-ret ad dissipanda bona ecclesiastica: ideoque melius ibi sentit Imol. num. 4. expendens verba tex. quatenus habet, eam donationem factam de mandato Papæ: & ita retorquetur contra com-munem allegationem, vt plenius deduxi in comment. l. 1. in 3. par. char. 120. ver. nec obstat. C. de bon. mat. Nā in summo Pötifice quoad ecclesiastica, vel in rege quo-ad secularia, non attenditur communis solēnitas, vel regula prohibitoria, vt no-tat Paris. post alios in cap. ad audientiam, de prescri. & Capitius decis. 16.

Tandem in hac utilissima materia ad-19 uertendum puto, differentiam consti-tuendam videri, inter obligationem supplendi precij ex parte emptoris, quando res maior apparet, quam dictum fuerit in contractibus, & inter ius retinendi, augmentum quod intra ex-pressos fines reperitur: vt sic dici pos-fit, quod abundat, etiam venditum cen-seri, sed precium supplendum fore: quod colligi potest ex Paul. Castr. in d. l. 2. in fi. C. de peric. & commo. rei vendi. Alij enim id non

non ita exprimunt, licet plures de pre-  
cio supplendo tractent. Nec dicás mo-  
dicum esse talem effectum: cum emptor  
necessario obtinere debeat totum, quod  
in re empta abundat, nec venditor so-  
luto ei precio, possit illud sibi retinere.  
Quod in iure, & inter homines, cum vo-  
luntatem, & necessitatem respiciat, ma-  
gni momenti censemur, iuxta reg. l. nec  
emere. C. de im e delibe. & l. fin. cum glo. ff.  
de vfu & habit. cum etiam interesse cen-  
seatur non semel carius emere, l. si cui  
fundu. ff. de leg. 2. Id autem existimo vo-  
luntati emptoris relinquendum, cum  
venditoris culpa sit, exprimere mino-  
rem quantitatem rei, quam distrahit, ut  
supra dictum extat. Nec emptor cogi-  
debet plus emere, quam conuentum  
fuerit: minus etiam cogi debet intra li-  
mites & fines sibi demonstratos, vici-  
num habere ipsum venditorem vel alium,  
cum non aliter emisset, nisi putaret se  
possessurum totum illud, intra confi-  
nia declarata in venditione, arg. text. in  
l. quod sepe, §. fin. ff. de contrah. empt. tex.  
notab. in l. cum ei. idem 34. versic. non nisi  
omnes. ff. de adil. edict. Praferendus etiam  
est, qui maiorem rei partem habet, per  
tex. & Bal. in l. sancim. §. ne autem, C. de  
dona. cum ijs, quae elegant videbis in  
prædictis commentariis, l. l. in tertia parte,  
char. 142 col. 4. C. de bon. mat.

Sæpe diximus in discursu huius l. cum  
Cin. Bal. Paul. Cremen. Cagnol. & alijs  
hic & glo. & Dd. in c. cum diletti, de empt.  
& vend. decisionem huius l. procedere,  
quando laesio tantum est in precio: si  
enim venditor vel emptor in dolo fuc-  
tit, datur alteri eorum actio vel excep-  
tio ad emendandum dolum, non specta-  
ta hac quantitate laesionis. Distinguitur  
autem inter dolum dantem causam co-  
tractui, & dolum incidentem in contra-  
ctum: & in prima doli specie, distingui-  
tur inter contractus bona fidei, & con-  
tractus stricti iuris: quæ omnia longam  
postulabant tractationem, de qua non  
pauca scripta habemus, sed iam prope-  
randum magis est. Debent igitur contra-  
hentes aduertere, an possint dolum pro-  
bare, qui indicis & conjecturis proba-  
tur, l. dolum, C. de dolo. Exemplum vero  
vel species dolii ad rescindendum contra-  
ctum, vel supplendum iustum precium,  
colligitur ex notab. traditione Pau. in d.  
litteris si in precio, §. fin. ff. loca. de qua supra

in 4. cap. 2. par. numer. 29. de rustico af-  
ferente librū homini docto, vel gemmā  
perito artifici, quorum fidei crediderit.

In quo exemplo ex traditione Paul. 28  
in d. loco, non videtur tutum, quod trā-  
dit doctiss. & digniss. Cardinalis Caieta-  
nus in summ. verbo, emptio. 2. dicens, tunc  
emptorem scientem valorem gemmæ  
securum fieri, si protestetur rustico, se  
velle cum bona cōscientia emere: quali  
tunc culpa sit rustici admoniti, non in-  
quirentis rei valorem, subdens, quod  
emptor non tenetur rustico veritatem  
explicare, quam ipse ab alijs scire potest,  
de quo non immerito dubitauit Ca-  
gnol. hic, num. 21. Ego autem (saluo iudi-  
cio sacræ Theologicæ facultatis) reij-  
ciendam puto eam epin. Caiet. cum &  
in foro exteriori talis deceptio repro-  
betur, secundum Paul. in d. loco: minus  
ergo probari debet in foro conscientiæ.  
Nec enim Christianus candor admittit,  
sub illo verborū aucupio, simplicem ru-  
sticū fallere, qui ex illis verbis cōscien-  
tiā prætentibus magis decipi po-  
test, arg. l. ea, que commendandi, 43. in fine,  
ff. de contrah. empt. & l. 1. versi. 1. in fin. ff. de  
adil. edict. ibi, palam & recte pronunciando,  
nec rei veritas ex illa verborum cautela  
immutatur. l. sicut, C. ad l. Cornel. de fals fa-  
cit l. 1. C. si min. ob hær. se absti. quoad forū  
enim interius, minus valere debet color  
vel fucus.

Aliud exemplum doli ad succurren- 21  
dum emptori, colligitur ex text. in l. si  
vina, 15. versi. plane, ff. de peric. & commo.  
rei ibi, cum intelligeret venditor non dur-  
aturam bonitatem eoru usque in eū diem, quo  
ioli deberent, nec admonuit emptorem, tene-  
bitur ei, quanti eius interesset admonitum  
fuisse. Gloss. ibi intelligit, venditorem  
asseuerasse bonitatem rei duraturam, &  
teneri de falsa assertione: cum gl. trans-  
eunt Alber. & Fulg. ibi. Sed litera euidé-  
ter dicit teneri venditorem, si falso asse-  
ueravit: nec minus teneri, si sciens rei  
bonitatem nō duraturam, id tacuit, & ita  
verius sentit Salic. ibi, & aperte id notat  
Bal. ibidem, quod iuuatur ex tex. in l. que-  
ro, ff. de actio. emp. ibi, nec certiorauit empto-  
rem, id enim dolus appellatur, in l. Julian.  
§. idem Julian. ff. de actio. empt. & ad hoc il-  
lum tex. in l. si vina, notat Roma. sing. 282.  
& Hippo. de fidei ass. nu. 8. sed prius eun-  
dē tex. dicit notab. Bald. in l. 2. C. de peric.  
& commo. rei vend.

Ex illis

22 Ex illis iuribus colligebant antiqui & Barto. *in d.l. quero*, quod si aliquis de consilio regis vel ciuitatis, scit, propediem taxandum fore precium frumenti vel vini, & scienter id carius vendat, tenebitur restituere vel minuere precium iuxta id, quod postea publicatur, & ita Bald. *in d.l. 2. C. de peric. & com. rei vend.* Paul. *in l. 1. de a. empt. §. fin.* Rom. & Hip. proximè citati, idem Hip. *in l. statu lib. num. 17. ff. de quaest. Bart. & paul. in l. contra legem, ff. de legi. Afflict. decis. 399. nū. 9. Co- uar. in regu. peccatum, 2. par. §. 4. fol. 37.* Quia in re non inepte Hip. hoc intelligit, quando publicanda est constitutio intra breve spacum: tūc enim versatur fraus, non ita in constitutione longius differenda, quia tunc poterit emperor interim distrahere, & sibi cauere. Similiter quod inquit Pau. Roma. & alij de magnate, vel alio de consilio regis, vel Reipub. intelligas id dictum gratia exempli, & frequentioris euentus. Sed à paritate rationis idem dicendum videtur, in alio, cui id reuelatum fuerit, quod generaliter tradit Bald. *in d.l. 2. C. de peric. & comm. rei vend. & cum eo Afflict. d. loco.*

23 Sed Fulgos. (quem alij non referunt) *in d.l. quero*, contra Bar. & omnes contendit, præcedentem traditionem iure non subsistere, nec in praxi seruari, dicens quod astutia & diligentia contrahentis debet ei prodeſſe, arguit etiam ex illo vulgari licere contrahentibus in precio se decipere, nec male respondet ad iura, quibus Dd. fundantur: loquuntur enim de intrinsecis, vel partibus rei venditæ: nō de extrinsecis & accidentalibus. Sed adhuc non videtur recedendum à recepta opinione, quæ specialiter à Dd. traditur in constitutione publicanda, in qua particularis ratio vigeat, ne quis ex lege omnibus vtili, cum alterius iactura inique locupletetur: & ita Dd. specialiter arguunt *ex d. l. contra, & l. fraus, ff. de legib.* quod magis procedit in consiliario vel officiario ita callide in rem suam publica consilia vertente, & multo magis ea calliditas damnanda erit ad forum conscientiæ, ex traditis à D. Soto, *de iusti. & iur. libr. 6. qu. 3. art. 2.* facit ad hæc, quod refert Valer. Max. *lib. 8. ca. 2. in prin.* sed vide Bal. limitantem *in c. constitutus, nū. 12. de rescrip.*

24 Ex quibus infertur ad quæſtionem

mercatoris carius vendentis tempore inopiae talium rerum, scientis prope diem venturas naues afferentes abundantiam, vel è contrario, si mercator sciens non esse venturas merces, quæ solent ad locum afferri, emat omnes quæ in loco sunt, iuxta precium tunc commune, & postea vendat carius. In his enim & similibus alia inspectio est, quoad strictum forum conscientiæ, & summae bonitatis & charitatis, & tunc non censetur sincere facere, qui eo cōpendio vtitur honestum postponendo: quod colligitur ex Cicer. *libr. 3. offic.* Diuersa inspectio est, quoad exteriora iudicia & tribunalia: ea enim diligentia negotiatiua, non deceptiua est, ex not. doctrina Bald. *hic, col. 1. in 3. oppos.* & ita iudicatum tradit Fulgo. *in d.l. quero*, & ita eleganter deducit Alex. ab Alex. *lib. 6. de geni. dieb. c. 1.* Quod etiam aliqualiter admittit alea vel fors mercaturæ, arg. *l. si ea lege, C. de usur.*

Ad præcedentia de dolosa diffimulazione, vel simulata assertione, est egregium responsum Alex. *consil. 242. libr. 6.* quod ipse putat indubitate: plures autem contra Alex. fortasse respōdebunt: casus ibi erat, quod gestor vel procurator Episcopi locauit redditus, & iura episcopatus: & conductoribus ostendit librum debitorum & iurium, concludit Alex. nullum recursum dari conductoribus, etiamsi magnam diminutionem reperiant, si procurator non afferuit omnia contenta in libro, esse vera & exigibilia. Sed ex præcedentibus contrarium videtur tutius: satis enim afferere videtur, qui librum ostendit secundum notata per glo. Bart. Paul. Iason. *in l. præma, §. editiones, ff. de eden.* Innoc. *in cap. cum venerab. de exce.* & ibi Felin. *nū. 23. notanter Hispan. Xuar. alleg. 27. col. 2.*

Ad multa superius tradita in discursu horum commentariorum, & in materia huius l. memorandum est, quod emperor non dicitur malæ fidei possessor: etiamsi vendor læsus maneat ultra dimidium iusti precij, si dolus ex parte emptoris non interuenit, quod satis colligitur ex decisione huius l. personali actione ex humanitate tantum succurrentis. Colligitur etiam *ex l. dolus, infra eod.* & notabiliter ex Bal. *hic, col. 1. in 3. oppos.* idemque volunt scriben. in varijs locis, vt saepius ex *supra* deductis deprehenditur: &

in ter-

in terminis notat eleganter Panorm. in cap. per tuas, col. 3. num. 8. de dona. & eo non relato probat egregie Couarr. lib. i. resolu. ca. 3. num. 5. verbi. Imo ut ultimatum, colligiturque ex saepe citatis verbis IC. in t. in cause, q. idem Pomponius, ff. de mino. l. item si precio, §. fin. ff. loca. Quoad forum interius seu conscientia à dominis Theologis multa traduntur, quae apud eos videri & ab eis audiri possunt. Luculenter etiam tradit D. Nauarrus in cap. nouit, 6. notab. ad fin. Hoc vero conductit maxime ad quest. fructuum, de qua supr. in 4. cap. secunda pars.

27 Nec omissio unum, quod memorandum fuerat in q. de qua supra in 4. cap. 1. part. num. 1. de clemente rem minus dimidia iusti precij, eamque statim locante venditori, vel ei in emphyteusim concedente: aliquando enim poterit talis contractus usurarius & nullus esse, vt tradit D. Azplic. Nauar. in suo excellen-  
tiss. Manuali conf. for. pag. 289. num. 130. secundum nouitrem editionem Salmantinam. Adde etiam in simili ad eam q. quod tradit Cagno in l. 2. num. 157. C. de pacis in empt.

## TERTIA PARS L. II.

C. de rescind. vend.

## CAPUT III.

## SUMMARIUM.

- 1 Examinatur plenissime traditio gloss. hic, an resonantum, an etiam precium in obligatione sit: in quo referuntur variæ opiniones, & extendantur multa à Dd. incaute tradita, usque ad num. 5.
- 6 Traditur in eadem quæ singularis opinio Fulg. que noue & urgenter comprobatur.
- 7 Ostenditur contra omnes, & grandem contentionem scrib. nullius esse momenti, & num. 8.
- 9 Probatur, non esse ineptum agendi modum in hac materia simpliciter rem petere non alternatiue, contra quam plures, & num. 11.
- 12 Probatur cum Bart. tutius & melius esse in hac materia alternatiue agere, & explicatur illud vulgare, quod sensuia debet esse conformis libello.

13 Traditur non vulgaris opinio, vt sustineatur libellus, in quo venditor vel emptor lasus, petat se in integrum restitu.

14 Explicatur in eodem themate particula quædam, l. 1. infra, si maior fac.

15 Agitur plenissime de intellectu cap. cum dilecti de casu empt. & vendit. & probatur contra innumerous in text. illius non fuisse lib. illum ineptum nec eo nomine resultasse nullitatem iudicij vel sententiae, & reprobantur multa à Dd. tradita, usque ad nn. 22.

23 Agitur de traditione, ad quam siue cito-  
tatur glo. in prim. Instit. de ob. sg. de  
nullitate ex libello inepto:

24 Tractatur utilis q. ad proxim huius l. &  
de intellectu l. habebat, ff. de 11. sli. cum  
alijs, usque in fin.

**I**n q. de re perempta penes emptorem (quam examinauimus supra in 1. ca 2. par. n. 36.) dixit gl. in materia huius l. veditore laeso manente, solam rem distractam esse in obligatione, supplementum vero precij, in facultate soluendi: in quo mire variant utriusque iuris interpretes, diuisamque tradunt scholam Canonist. & Legist. Plurimi enim opinionem Accurs. sequuntur, vt sola res in obligatione dicatur: alij contra, tam precium, quam rem esse in obligatione asserunt. Nec deest longe diuersa opinio Fulgos. hic, num. 9. non relati, qui magis contendit, solum precium esse in obligatione, restitutionem rei in facultate: putantque omnes ex ea differentia & inspectione grandes effectus resultare, cum glo. est Bal. hic, nu. 14. qu. 11. & nu. 19. q. 15. & Salic. q. 14. nu. 18. & nu. 22. dicens, opinionem gl. communem esse, & Paul. num. 16. & Molin: eandem communem dicens in consue. Paris. §. 22. nu. 42. & Couar. lib. 2. resolu. ca. 4. co. pen. Anto. Gome. de contra. cap. 2. fol. II. col. 3. & cum glo. est Goza. cons. 44. nu. 10. & Cano. hic, nu. 16. & alij, quos ipsi referunt. Contraire cum Ioan. And. tenet Panor. in ca. cum dilecti, ad fin. de empt. & vend. dicens, & ita communiter tenere Canonistas, vt in hac materia tam precium, quam res in obligatione esse dicatur: & ita Crem. sing. 84. & late Bero. in d. c. cum dilecti, num. 75. & 79. & Ripa. in l. quod te, n. 11 ff. si cert. pet. Vacillat autem Panthal. hic, num. 191. & Imo. in ca. cum causa, n. 25. de empt. & vend. In ea

In ea varietate solet allegari Bart. pro opinione Canonistarum contra glo hic, & ita eum citant Moli. & Couar. vbi sup. Crem. & Cagn. hic, & alijs alibi. Ego autem verissimum puto Bar. tenuisse opinionem glo. vt colligitur ex ipso nu. 13. neque contradicit, cum postea, num. 16. in forma libelli consultit, vt formetur alternatiue. Id enim, inquit, ad tollendam dubitationem, & quia ea alternatiua petitio procedit ex electione, quæ conuentu competit, iuxta decisionem huius l. & sic authoritas Bar. cum glo. est.

<sup>2</sup> Glo. autem pro sua opin. adducit tex. in l. si res, §. 1. ff. de iur. dot. vbi in versi. Marcellus, habetur, quod si in aestimatione seruidotalis mulier laesa fuerit, mortuo seruo non tenebitur vir ad instantem estimationem, sed tantum ad preciu, quo seruus estimatus fuit. Tunc autem inductio illius tex. colligi debet ex eo, quod aestimatio in dotalibus facit emptionem, l. pterumque, & l. quoties ff. de iur. dot. & sic in venditione iam videtur text. ille probare, re perempta penes emptorem, nihil deberi venditori, nisi precium conuentum, & eo soluto cessare obligationem: quasi non iusta aestimatio, sed res ipsa in obligatione fuerit. Quæ inductio confirmatur, quia si vtrunque esset in obligatione, re perempta videretur manere obligatio iusti precij, vt regulariter in iure habetur in alternatiuis, l. stichum, 95. in princ. & in §. 1. ff. de solut. Huic argumento non satisfacit Panor. nec Berous in d. cap. cum dilecti. Alberi. hic, num. II. respondet, in d. l. si res, esse speciale ius in re dotali, eo quod si res aestimata non fuisset, periret vxori, cuius erat, quæ tamen responsio parum valet, cum aliud non afferat, nisi fingere casum, quo ibi cessaret venditio, scilicet deficiente aestimatione, sicut etiam in proposito absque precio non esset venditio, & res periret domini periculo. Sed d. l. non videtur recte adduci ad decif. huius l. cum ibi non spectetur laesio ultra dimidiā, & inter coniuges exactissima æquitas consideretur, vt deduxi in l. ca. 1. par. per text. & glo. in authen. de æquali dot. & Alber. in l. si circumscripta, C. solut. matrim. Item ad argu. d. l. colligitur responsio ex Pau. hic, n. 16. Fulgo. num. 10. Crem. num. 196. versic. tu autem. & Couar. vbi supra, & alijs bene sentientibus, ad casum rei peruptæ paru referre, an vtrunque sit in obligatione,

nec ne, quando precium debetur respectu rei, vt in electione, 26. §. si is, quem, ff. de noxal.

Pro opinione glo. solet etiā citari tex. in l. miles, §. decem, ff. de re iud. cui nō satisfacit Panor. in d. cap. cum dilecti, nu. 9. Berous autem, n. 59. versi. pro opinione. comminiscitur rationem quandam differentiae inter actionem huius l. & noxalem, de qua in illo tex. Sed melius respondebitur, quod in casu huius l. non reperiatur decisio haec dubitatio: in casu autem actionis noxalis aperte iuris conditores id expresserunt. Ratio autem fortasse fuit, quia damnum passus, non poterat aliud petere, nisi quod sua intererat, nempe, damni æstimationem, cum actio ex iure agentis metiatur, l. §. 1. ff. si pars here. peta. Iuste autem l. succurrit conuentis actione noxali, ne seruorum malitia ultra corum valorem dominis danosa esset, §. 1. Institut. de noxal. Non potuit igitur serui deditio in obligatione principaliter considerari: sed infra ostendetur argumentum de actione noxali, non seruire ad opinionem glo. magisque virgere pro singulari opinione Fulg.

Pro opinione autem (quæ Canonistarum appellatur) quod res & precium æqualiter sint in obligatione, ponderatur text. in d. cap. cum dilecti, quasi ibi iudicium & sententia corruerit, eo quod alternatiue actum & iudicatum nō fuerit: adduntq; plures, Papam id declarare voluisse ad tollendam dubitationem gl. & Dd. Inferius vero ostendemus, longe diuersum esse sensum illius tex. Argunt etiam ex c. cum causa, eod. tit. vbi in hac materia ponitur sententia alternatiua: vnde colligunt præsumptionem, quod ita actum fuerit. Quæ argumentatio parum valet, quia non constat, an eodem modo actum fuerit: & licet ita actum fuisset, non sequitur id pro forma requiri, nec in libello, nec in sententia. Nec valet alia inductio aliquorū arguentiū, quod non procederet petitio, nec sententia alternatiua, si vnum tantum esset in obligatione. Id enim falsum est in iure, vt probatur ex Bar. hic, num. 16. tradit Anton. Burg. in d. cap. cum dilecti, ad fin. & probatur ex §. 1. Institut. de offic. iudi. & ex d. §. decem, l. miles, ff. de re iudi. quæ iura ostendunt, posse alternatiue iudicari etiam in casu, in quo vnum tantum est in obligatione, alterum in facultate soluendi, & ita con-

ita consuluit legislator: quod aequum ad libellum applicatur. Nec enim in agente vel iudicante culpari potest talis alternativa, in qua exprimitur id, quod de iure committitur electioni conuenti, cui alternativa ipsa nullum incommodeum afferit.

**5** Miror etiam August. Ber. in d. c. cum dilecti, num. 7. nimis anxium se ostendere ad conciliandum tex. in d. §. 1. *Institut. de offic. iud. cum §. decem, l. miles, ff. de re iud.* vbi in obligatione principaliter esse dicitur id, quod pertinet ad resarcendum damnum agentis. Sic in proposito similius est satisfactio in precio, quam in restitutione rei, cum & laesio in precio fuit. Vnde videretur pro Fulg. dicendū, quod supplementum precij in his terminis magis sit in obligatione, quam ipsa res.

Retulimus, & melius fortasse, quam 7 alibi, explicauimus aliorum opiniones & fundamenta in hoc articulo. Mea vero sententia tota ea Dd. alteratio minimi, vel nullius momenti est, cum Bald. hic, num. 14. & reliqui omnes, maxime Panorm. in d. cap. cum dilecti, putent ex resolutione eiusdem contentionis grandes effectus resultare. Quod contra eos omnes ostendo: nam ea inspectio principaliter applicabatur ad q. gl. de re vendita perempta apud emptorem, in qua etiam sequentes opinionem gloss. agnoscent, liberari emptorem, si res apud eum sine eius culpa perierit: siue res ipsa tantum, siue res & precium in obligatione dicatur, ut supra in I. cap. 2. pars. num. 36. cum seq. vbi id probauit receptius apud scriben. & apud Hispanos decisum, l. parti. Alius posset considerari effectus in eadem altercatione, nempe, quoad formam sententiae, in qua etiam satis probatur ex proxime dictis, nihil referre, an vnum, an vtrunque sit in obligatione, ex text. in d. §. primo, *Institut. de offic. iudic. & d. §. decem, l. si miles, ff. de re iud.* Quibus iuribus probatur, posse sententiam proferri alternatiue, ad rem, vel ad precium, etiam si alterum tantum sit in obligatione. Alius effectus versari posset, quoad formam libelli, seu modum agendi, in quo etiam euidenter ostenditur, nullum discriminem, nullumque effectum consistere in tota ea altercatione: idque colligitur ex supra dictis.

**6** Dixi superius solum Fulgos. contra omnes tētasse, quod laeso venditore, nō res, sed precium principaliter dicatur in obligatione: quod ipse aliqualiter colorat. Sed pro eo considero, quod vendor principaliter intendebat precium consequi ab emptore: vnde actio principaliter ad precium censenda videtur, secundum ea, quae notauius supra in 2. par. rub. cap. 2. num. 24. Quod iuuatur ex causa ipsius actionis, quae procedit ex laesione in precio: & sic precium principaliter respicere videtur, argumento doctrinæ, quae colligitur ex IC. in l. qui id quod, ff. de donat. Pro Fulgos. etiam po-

test subtiliter inducit ex, in d. §. decem, l. miles, ff. de re iud. vbi in obligatione principaliter esse dicitur id, quod pertinet ad resarcendum damnum agentis. Sic in proposito similius est satisfactio in precio, quam in restitutione rei, cum & laesio in precio fuit. Vnde videretur pro Fulg. dicendū, quod supplementum precij in his terminis magis sit in obligatione, quam ipsa res.

Nunc vero id magis probabo, quia siue vna, siue altera opinio teneatur, nihil impedit libellum & iudicium procedere, vt tandem videtur agnoscere Bald. (male fibi constans) n. 19. & notabiliter, Anto. Burg. in d. c. cum dilecti, ad fin. Si enim teneatur opin. gl. quod sola res sit in obligatione, precium autem in facultate soluendi, adhuc sustinebitur libellus alternatius in hac materia, vt rectissi-

me sentit & consulit Bart. hic, qui probauit opinionem gl. & tamen consuluit, vt libellus, seu petitio concludat alternatiue. Obiter autem hic aduertas Bar. loqui consulendo, non quasi id necessarium, vel de forma sit, quod memoro, quia fere omnes male accepisse videntur verba Bart. vt paulo *infra* deducā. Quod autem retenta opinione glo. procedat libellus alternatiuus, efficaciter probatur ex d.c. cum causa, arguendo de sententia ad libellum: nihil enim impedit petere, quod secundum ius potest iudicari: nec tunc improbari potest deliderium agentis ex doctrina l. desiderium, C. de depo. à contrario sensu: agnoscenda tamen est aliqualis differentia inter libellum & sententiam, vt *infra*. Probatur ead. opin. ex recepta theorica, vt libellas, & iudicium sustineatur ex parte apta, licet alia impertinens adiecta fuerit, vt supra diximus cum Ias. in l. 1. §. sed si mibi, num. 14. ff. de verb. oblig. de quo sunt iura & Dd. vt per Alex. consil. 105. in fin. lib. 3. Probatur magis, quia tunc alternatiua non assert incertitudinem, cum eius electio conuento detur immo non est, quid tunc imputari debat actori, cum talis alternatiua, quodam modo necessaria sit ob eandem electionem, quam lex aduersario tribuit. De iure enim alternatiua petitio admittitur, quod eius certitudo pendet à facto, seu voluntate conuenti, l. 1. §. quia autem, & ibi Bar. & Rip. ff. quor. lega. tex. & scrib. in l. vbi autem, 75. §. qui illud, ff. de verb. oblig. Alex. consil. 182. col. 1. lib. 2. & in proposito Ant. Burg. in c. cum causa, col. 1. n. 3. Aufrer. in questio. capel. 469 condicunt, quæ refert Hisp. Gom. de contra. cap. II. num. 40.

<sup>9</sup> Similiter retenta opinio. (quæ Canonicistarum appellatur) vtrunq; esse in obligatione, rectius contra quamplures dicetur, procedere libellum, & iudiciū, in quo agens simpliciter rem petat, vt rectissime, & cum iudicio resoluit Bald. hic, n. 19 quod non tam bene senserat, n. 14. Quod maxime suadetur ex ratione, quam sentit Bald. d. n. 19. quia scilicet is agendi modus nihil conuento adimit, cui electio salua manet. Satis vero est, apte factum narrare, ex quo ius elicetur, cuius veritas ex verbis agentiū nō mutatur, l. sicut, C. ad l. Cor. de fals. Nec enim ad actore spectat forma sententiae, cum

in iudicio, iudex & agens diuersæ personæ sint. Et ita resoluendum omnino est, in hac materia procedere libellum præcisum, vel alternatiuum, & vtroque modo iudicium sustineri, vt bene sentit Bar. n. 16. & colligitur ex Bald. d. n. 19. ex Sali. q. 19. Et vtroque modo agi posse, tanquam receptum tradit Gozal. consil. 14. num. 11. idemque probare videtur Cagn. hic, n. 116. Chafsd. de empt. & vend. decis. prim. ad fin. sentit Ripa in l. edita, n. 17. Cod. de eden. & Anto. Gom. de contracl. cap. 2 fol. 11. col. 3. eaque opinio prior & receptio censenda est: & iuuatur ex reg. l. I. C. de for. subla. vt scilicet rei veritas, non formula attendatur: facit l. fi. §. ff. ff. quod met. cau. & quæ de sustinendo libello, & iudicio tradunt Alex. & Ias. in l. sed & si possessori, §. item si iurauero, ff. de iure in.

Ex qua veriori, & receptiori resolutione, cauebis ab Emil. Ferreto in d. l. vbi autem, §. qui illud, nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi incaute scripsit, omnes Dd. in hac materia necessario requirere, cum ex supra dictis constet, id de confilio, non pro forma tradi. Vnde cauebis à simili errore Rober. Maran. in specu. iudicio. 6. p. nu. 81. vbi etiam incaute dixit, corruere libellū & iudiciū in hac materia, si præcise non alternatiue agatur, idque putauit ab omnibus receptum. Inde etiam inferens contra Anton. Burg. in d. cap. cum causa. nu. 4. ad fin. ibi, casus insolitus, vbi præsupponit in hac materia, regulariter non procedere libellum, nisi alternatiue concipiatur. Infertur similiter cauedum esse à Cin. hic quest. 13. dum stricte putauit, non procedere in hac materia libellum alternatiuum, sed tantum præcisum: in quo aliter sensit idem Cin. in l. maioribus, quem ibi sequitur Fulg. C. commun. utri. iudic. Sed magis cauebis à Panor. in d. c. cū dilecti, ad fin. & à Bero ibi, dū asserebant, pro forma requiri hunc libellum alternatiuum: nec ea opinio debet communis appellari, quicquid ibi dicat Burg. nu. 12. qui tamen ad intellectum text. ibi melius sentit, vt *infra*. Et ita cauebis à Panthal. Cremen. hic, num. 199. inde etiam cauebis similiter ab Aymo Craue. cons. 151. col. 1. qui etiam, quod de confilio tradunt Bartol. & alij pro forma accipiebat. Hinc etiam cauebis ab aliis in hac materia dicentibus, quod si laesus agat præcise, incidet in pcam

nam plus petetis: in qua opin. erat Host. in summa de empt. & vend. num 7. & alij, quos sequitur Imol. in d. cap. cum dilecti, num. 10.

Ex eisdem inferes fruolā esse cōcordiam, quā tanquā in magna contentione tradebat Imol. in d. cap. cum causa, num. 25. dicens, quod opinio Canonist. seruabitur in terris ecclesiæ, opinio autem Legistarum in terris imperij: vel alteram in iudicio ecclesiastico, alteram in seculari: quod etiam ad conciliationem tantæ litis probabat Berous, in d. cap. cum dilecti, num. 79. contra quos verius afferetur; nullum in hac re litem esse debere apud doctos, idemque ius omnibus terris omnibusque iudicis seruandum fore. Ex quo etiam prorsus reciencia erit differentia, quam in hoc trahunt plures inter ius pontificium, & Casareum, ita cauendum erit a Zaneti, differentia. 225. Sit igitur vera & recepta resolutio, vt in materia huius l. procedat libellus tam alternatiue, quam præcile conceptus.

12 Consultius tamen est vt libellus, seu petitio alternatiue formetur, iuxta electionem, que de iure datur conuento, vt recte dixit Bart. hic, & cum eo Ang. Are. in §. si quis agens, Institutio de action. & plures supra citati, & ita praxis obseruat, vt ego saepissime vidi. Et de praxi Gallica afferit Molin. in consuetu. Paris. §. 22. num. 42. char. 209. vbi tamen non percepit mentem Bart. putans eum non de consilio, sed deformia necessaria loqui, vt etiam putauit Cagno. hic, num. 116. & Cremen. num. 192. & 192. & plures alibi. Sic videmus, quod duplex titulus ad cautelam allegari potest, Feli. in c. in nostra, col. 2. versic. titul. de res. tripl. licet alibi dubitet idem Felin: vt tradit insignis Nauarrus in repetit. cap. accepit, 3. oppos. nu. 3. pag. 67. de restit. sp. o. cōducunt, quæ tradit Lec. in l. 1. C. de Carbo. edit. Infertur etiā non esse absurdum, nec iuri repugnans, vt libellus in hac materia formetur simpliciter ad rem, sententia autem fera tur alternatiue, ad rem, vel ad pre cium: quod in simili colliges ab Afflict. decision. 32. contra plures in dictis locis, perperam & crasse accipientes illud vulgare, quod sententia debet esse conformis libello, quasi iudicis arbitrium, & potestis recedere ne queat à desiderio actoris: cum etiam

vulgares sciant, eam regulam solum res picere, ne iudicetur de re in iudicio non tractata, iuxta l. ut fundus ff. communi diuid. quā multis limitationibus ornat Feli. in cap. licet. de sim. las. in l. vinum, ff. scert. pet. & ita eam regulam declarat Bald. quem vide, in l. fin. nu. 6 C de fideicommiss. libe. Bal. in l. 1. num. 11. & 12. C. si plures una sen. & Sebastian. Van. den nullitate pag. 317. nu. 96.

Infertur ex eisdem, sanius sustinendū fore libellū in hac materia, si laetus se in integrum restituī petat: non enim verborum formulis inhærendum est, cum sensus & rei veritas constet, licet aliter sentire videatur Aymo confi. 7. num. 12. Nostra autem opinio satis probatur ex supra dictis, simul etiam ex opinione eorum, qui remedium huius l. restitutioni comparabant, vt deduxi in 2. par. cap. 4. nu. 4. vbi contrarium probauit, quicquid etiam colligitur ex gloss. & Dd. in l. in contractibus, C. ex quibus causis maiores: nā verum & receptū est, verba impropriari, vt libellus, & iudicium sustineatur, secundum late notata ab Alex. & las. in d. §. item si iurauerit, l. sed & si possessori, ff. de iure inur. & alibi saepi scriben. facit no. regula, l. si quis intentione, ff. de ind. Nec omnino incongruit, appellare in integrum restitutionem, id quod deciditur in hac l. quoconque enim modo satisfiat agenti, iam dici potest in integrum restitutus, arg. l. qui restituere, ff. de rei vend. sed in terminis est tex. (quo aliqui perperam arguere poterunt) in l. dolus, in fin. infra hoc sit.

Ex eisdem infertur ad intellectū tex. in l. 1. C. si maior fac. in fin. lib. 5. (de quo ad q. fructuū late egimus supr. in 4. c. 2. par.) quem tex. ad formam libelli in hac materia adduxit Bar. hic n. 16. in fin. licet ex Bal. & aliis ibi non male colligatur, Imperatorem ibi potius alloqui excipientem, quam agentem: vt etiam tradit Cagnol. hic n. 116. Aduerto autem, quod tex. ibi magis sentire videtur, conclusionem agentis vel excipientis ex hoc remedio simplicem, vel præcisam fuisse: iudicem vero informat Imperator ibi, vt alternatiue aduersarium condemnnet: ita enim suadetur ex verbis illius l. ibi, quod præsidis prouisione fieri conuenit, & ibi, in arbitrium eius ponere. Ex quibus cessant multa, in quibus Dd. anxie & impete torquentur.

15 Ex quibus altius insertur ad veram interpretationem text. s̄epissime citati in d.c. cum dilecti, de empt. & vendit. in cuius explicatione Dd. parum sibi constant. Casus ibi fuit, quod Canonici Beiuacen. vendiderunt syluam quandam Abbati & fratribus Cariloci: postea Canonici cōtra emptores egerunt, dicentes se enormiter lāsos vltra dimidiū iusti precij: simulque allegantes venditionem à quibusdam eorum factam ignorante capitulo: causa commissa fuit Decano Remen. de cuius sententia ita tex. habet: *cum ei per testes constitisset, quod prae-dicti fratres syluam minus dimidia iusti precij comparassent, pronuncianuit venditionem non tenere: & syluam Beiuacen. ecclesie adiudicans, canonicos in possessionem induxit.* Quia vero in arbitrio emptoris est, si velit supplere iustum precium, aut venditionem rescindere, cum res minus dimidia iusti precij comparatur, sententiam ipsam, tanquam iuri contrarium, irritantes, possessionem monachis indicauimus esse reddendam. Putavit Ioan. And. tex. illic decidere altercationem Dd. supra tractatam, an restantum, an etiam precium sit in obligatione: & sentire tex. vtrunque in obligatione: tandemque intelligit, sententiam ibi fuisse nullam ex eo, quod Canonici lāsi, egerunt simpliciter, seu praeceps, cum agere deberent alternatiue: quam interpretationem probat Panor. in d.c.n.4. & Imo. num. 16. eamque apud Canonist. videtur magis communem dicere Burg. ibi n.12. & magis Berous ibi, num. 34. & Creme. hic, num. 192. & 199. & Aymo in multis consiliis superius citatis, speciatim consil. 7. n. 2. Alij intelligunt libellum ibi ineptum fuisse, & sententiam super eo nulla, eo quod petebatur, vt venditio nulla pronunciaretur: ita Bald. hic. num. 18. & Fabian. de empt. & vend. quest. 8. num. 24. & Socin. consil. 146. num. 13. l. 1. Hispa. Auen. 1. respō. ol. pen. Hi ergo in eo cōcordant, vt libellus in casu dicitur. fuerit ineptus, & ob id sententia fuerit nulla: variant autem in explicanda ineptitudine libelli. Alij vero generaliter & indistincte eundem textum summe commendant, vt ex ineptitudine libelli corrūat iudicium & sententia, non explicantes, quo nomine libellus ibi ineptus fuerit, ita Felin. in cap. in literis, num. 5. de offici. delegi. & ibi, Dec. ad fin. idem Lrec. in rubr. de appellat. n. 12. Alex. consil. 72. n. 3.

lib. 2 Sebastian. Van. de nullitat. pag. 296.  
n. 23. quialios citant.

Alij intelligunt libellum in casu illius 16 text. non fuisse ineptum, nec ex eo corrūse sententiam, quam dicunt nullam fuisse, eo quod oblationem iudicauit Decanus venditionem nullam, & rem vendori restitui fecit, cum ex hac l. patet venditionem tunc valere, & electionem emptori dari. Vnde colligunt sententiam ibi videri latam, contra ius expressum, & ideo nullam fuisse ita Burtrius ibi, quem sequi videtur Imol. col. 5. num. 17. & Cagnol. hic, num. 146. versi. ad d. cap. & ibi Burg. n. 62. Vides igitur magnam Dd. varietatem, & Ioan. Imol. nō sibi constare. Magis etiam variat Burg. ibi, si cum attente legas, n. 22. vbi vnum dicit, & n. 26. vbi aliud, & n. 31. & 3. & 62. qui etiam ab aliis magis recedens tentauit, in casu illius tex. sententiam non fuisse nullam, sed iniustam, ponde-rans verbum, irritantes. Notissimum enim est, longe differre sententiam nullam ab iniusta, vt in l. 1. ff. quæ sentent. si-ne appellat. rescind. & l. 2. C. quando pro. non est necesse. Sed argument. Burg. ex d. verbo, irritantes, efficax non est, vt bene respondet Bero. ibi, num. 40. In eadem va-rietate parum etiam sibi constat Cagno. hic num. 116. & 117. modo intelligens, ineptitudinem fuisse in libello, modo in sententia. Inter defectum vero, vel vitium libelli & processus, & defectum seu vitium sententiae multum interest: maxime ad dignoscendum, an ex cisdē actis iudicandum sit, secundum nota-per glo. bar. Paul. in l. prolatam, C. de sen-tent. & interloc. omni. iudic. & alibi sape scriben. In quibus omnibus ma-gnam ihesse difficultatem inquit Berous, in d. cap. n. 78. vbi ipse, n. 44. & 46. dicit, se alium intellectum cogitasse, quem omitto: quia si bene inspiciatur, non differt à deterioribus supra reie-ctis.

In ea Dd. varietate circa intellectum 17 d. cap. videntur ipsi scriben. quasi sponte plures difficultates subire voluisse, qua-rū maiore partē vitare facile potuissent. Nec dubito falsa, & cōmentitia esse omnia quæ de ineptitudine libelli tradunt innumeris supra citati, & alij s̄epissime. Quod satis ostenditur ex litera d. cap. in quo nulla mentio est de forma li-belli: ideoque non erat dicinandum,

nec

nec insistendum quasi pro difficulti, circa id, quod in text. non constat. Probatur hoc magis contra Ioan. Andr. Panorm. & plures primo citatos, quia licet libellus ibi fuisset simplex vel præcisis ad re, non ideo corrueret iudicium: vt cum Bar. probauimus *supra*, num. 9. Similiter quamvis agens peteret, venditionem declarari nullam, non ideo corrueret sententia recte prolatæ ex *supra* deductis. Ostenditur hoc magis contra eos omnes, in eo, quod de libello comminiscuntur: quia ex litera cōstat libellum rite formatum fuisse, tam circa læsionē, quam circa nullitatem ex defectu consensus capituli. Receptum enim est, posse simul agi ad rescindendum, & conditioinaliter ad declarandum nullum, vt in hac materia tradit. Austrer. ad Capel. Tholos. quest. 4. 9. & Burg. in cap. cum causa, numer. 3. de empt. & vend. gloss. & paul. in l. I. C. quando prouoc. non est necesse.

**18** Reijcienda ergo sunt, quæ Dd. ad eum text. comminiscuntur de ineptitudine libelli. Quoad sententiam vero non satis constat, ibi eam nullam fuisse: & verba text. varie accipi possunt: & in ea re concludunt aliqui, valere sententiam, qua emptor simpliciter condemnetur ad rem restituendam, vt tradit Burg. in d. c. cum dilecti, n. 33. in fin. n. 62. ad fin. & Cag. hic. num. 116. ad fin. quod iuuatur ex notatis in l. miles, §. decem, ff. de re iudic. potestque ea opinio comprobari, eo quod talis sententia continet alteram partem alternatiue huius l. & ita ex parte competente sustineri poterit, ex doct. Innoc. in c. in presentia, de renunc. quem sequuntur plures relati à Rip. in l. si ventri. §. in bonis, numer. 13. ff. de priuile. cred. Sic etiam pro validitate talis sententiæ facit, quod notat Bald. in l. fin. num. 1. & num. 3. Cod. de fideicommiss. liber. Si autem instes ex verbis d. cap. ibi, iuri contrarium, responderi potest aliquando valere sententiam iuri contrarium, si error contra ius expressus in ea non sit, iuxta leg. 2. Cod. quando prouoc. non est necesse. cum aliis. Maxime quod in materia huius leg. quando ex læsione condemnatur emptor, præcisus ad rem restituendam sublata electione regulariter ei competente, vt ex superius dictis non semel colligitur.

Reiectis igitur falsis & diuinatōris, **19** tutius dicendum videtur in d. c. nihil tractari de ineptitudine libelli, an vero sententia ibi nulla fuerit, petendum fore ex iuris regulis & veris traditionibus, vt si eo casu iuris error in sententia expressus fuisset, nulla redderetur, secus autem, si error in sententia non exprimeretur: & quia tunc sententia non esset nulla, sed iniqua, secundum iura & receptas sententias. Ad literam vero d. c. verius videtur, quod sententia ibi nulla fuerit, quia videbatur continere expressum iuris errorem, vt colligitur ex verbis text. *supra* relatis, maximē dum Papa inquit, Decanum ibi pronunciasse, venditionem non valere ob læsionem ultra dimidiā, quod expressim & aperte erat contra hanc l. & l. dolus, inf. eod. Atque ideo rectissime inquit text. sententiam fuisse iuri contrariam.

Ex qua declaratione colligitur differentia inter libellum & sententiam in hac materia: libellus enim simplex vel præcisis, imo & petens, contractum declarari nullum procedit, non ita sententia, iuxta proxime deducta. Colligitur etiam, quod si iudex in sententia expressim referat probationem læsionis, ex qua inferat venditionem fuisse nullam, sententia ipsa nulla erit: quia continet errorem expressum contra hanc l. & d. c. licet Burg. & Cag. vbi *supra*, indistincte contradicere videantur. Nec obstant fundamenta, quæ pro eis adduxi. procedunt enim, quando ex tenore sententiæ non deprehenditur talis error, licet ex aliis partibus actorem colligi possit: nec saluanda sunt verba sententiæ in casibus rarissimis, cum amplissima & certissima regula electionem in hac materia reo tribuat: quod colligitur ex doct. Bar. in l. 2. num. 1. ibi, unde si aliqua causa specialis est, debet specialiter exprimi, ff. si quis in ius vocat. non fer. Bar. in l. Lucius, in fin. ff. de iis qui not. inf. Alex. in l. si is ad quem, n. 11. ff. de acq. hered. Dec. in c. consuluit, num. 5. de appell. Panot. in cap. scut, num. 11. versic. quart de re ind. Felin. in c. super litteris, n. 17. de rescr. Ias. in l. properandum. §. iure autem, num. 10. Co. de iudic. Satis ergo contra formam huius l. iudicaret, qui conuentum præcise condemnaret: cum verba sententiæ stricte intelligantur, iuxta doct. Bar. in l. Julianus, n. 5. ff. de condic. indeb.

**21** Ex eadem vera interpretatione iam patet, non probari *in d. cap. unum*, quod scrib. inde colligebant, quod iudex appellationis non possit reformare sententiam nullam, ex ineptitudine libelli, agnoscentes posse iudicem id facere, vbi nullitas est ex alia causa, per *l. fin. ff. quod cum eo*, & ad hanc specialitatem ex ineptitudine libelli, extollunt text. *in d. c.* vt per Panor. *ibi, n. 4.* qui addit non tantum sententiam, sed totum processum tunc corrue: & ita Bald. *ibid. num. 18.* dicens *tex. in d. ca. esse meliorem de iure*, & ita Alex. *conf. 79. col. 1. lib. 2. Felin.* & Dec. *ad fin. in cap. in literis de offi. deleg.* quam resolutionem extollit, & receptam inquit Cagno. *hic, n. 148.* Sed tota ea traditio sine fundamento videtur, euidenter enim deducitur ex *supra dictis in d. cap. nihil probari de nullitate ex ineptitudine libelli.* Item si vera esset regula, quam Dd. presupponunt in nullitate ex alia causa, multo magis procederet in vitio circa formulam libelli: argu. *l. 1. C. de form. subla. & l. si. ff. quod met. cau.* Nec regula, quā Dd. presupponunt, tuta videtur: si enim sententia nulla fuerit ex aliquo vitio actorum, nunquam à iudice appellationis absque noua solennitate validabitur, vt sentit Paul. & ibi plenius notat Aret. *col. 2. in fi. cum seq. in l. si is ad quem, ff. de acquir. hared.* facit reg. *l. eos, in fin. princ. C. de appellat.* quod causa defertur ad iudicem appellationis secundum terminos, in quibus erat penes iudicem à quo, Paul. *in l. ab executore, num. 3. ff. de appellat.* Boer. *decision. 73.*

**22** Nec obstat text. à Dd. vbiq; male citatus, *in d. l. fin. ff. quod cum eo*, quem ad d. regulam notant Bar. & alij ibi. Bar. *in l. si expressim, col. fin. ff. de appellat.* Guid. Pap. *decis. 436. n. 11.* Dec. *in rub. de appell. nu. 10.* colligentes ex *d. l. fin.* iudicem appellationis ex noua causa posse reformare, & validare sententiam nullam. Aduento enim, quod *in d. l. fina.* prima sententia non fuit nulla, nec ullus defectus erat in processu, sed rationes vel fundamenta iudicis non concludebant. Imperator autem ibi ex actis & probatis meliorē rationem expressit, vt glo. ibi recte sensit: quod ostenditur contra summi Bart. & contra alios: quia *in d. l. nō successit noua causa in secunda instantia appellationis: eadem namque causa in*

actis inerat. Et ita cessant multa, quæ Dd. colligunt ex *d. l. fin.* & aliud, ad quod etiā notant eādem l quod si in sententia exprimūtur duæ causæ, altera falsa, altera vera, sustinetur ex vera: ad quod ex eādem l. plures refert Tiraq. *in tract. de caus. in. 2. 2. limit. num. 6.* verius autem colligitur ex *d. l. fin.* (si litera bene expendatur) grādis comprobatio ad receptam opinionem, quod si mandans scit mandatarium exceedere fines mandati, validantur gesta à mandatario, vt sentit Paul Cast. *in d. l. fin.* quod omittendum non fuit *supra in 1. c. 2. par. num. 18.* vbi de hoc egimus.

Ex *supra dictis ad tex. in d. c.* infertur **23** contra plurimos supra citatos: non esse eum *tex.* notandum pro glo. *in princip. Instit. de oblig. verbo, secundum ibi, per competentes actiones.* Ex qua colligunt scrib. nullam esse sententiam latā super incepto libello, & ad hoc eam glo. sēpe adducunt Dd. quam ornat Ias. *in l. 1. num. 5. ff. de officiis.* & Affi. *l. 2. constitut. Neap. rub. 10. nn. 44.* Feli. *in c. in literis, nu. 5. de officiis.* deleg. Dec. *in cap. ex parte, 2. col. pen. versic. 10. eod. sit.* pro qua glo. plures notant *d. c.* vt per Burg. & Ber. *ibi,* & prius Rom. *in l. 1. §. occisorum, num. 14. ff. ad Sil-lania.* Sed ex *supra deductis* parum tuta videtur ea traditio: né formulis plus iusto tribuatur, né etiam lites differantur, vtque rei veritas magis attendatur: & ita non videntur in eo sibi constare Dd. vt tradit Ias. *in l. 1. num. 14. C. de iur. & far. igno.* Nec d. glof. satis probat id, ad quod allegatur secundum Maria. (omnino vi-dendum) *in cap. dilecti, num. 47. de lib. obl.* vbi communem allegationem varie li-mitat. Ego etiam aduerto, quod d. glof. loquitur de actione, non de libello: quæ duo longe differunt. Potest enim com-petere actio efficax, libellus autem in-epite formari, & è contra secundum no. *in l. edita, C. de eden.* & circa d. glo. vide omnino Maran. *in prax. iud. 6. par. num. 67. & seq.*

Conferunt præcedentia ad notab. q. **24** in praxi. Aliquando enim ex parte ven-ditoris læsi proponitur primo in libel-lo rei vindicatio, qua nihil aliud deducitur, nisi quod agens dominus est: conuentum autem sine iusta causa pos-sidere: emptor reus ex titulo em-pationis se defendit, quæ defensio iuri-dicita est, iuxta l. traditionib. *C. de pact. l. vendi-*

vendicantem, ff. de cuiuslibet. Deinde venditor replicando impugnat venditionem ex laesione & remedio huius l. Quaeque stio in materia huius l. à Dd. omissa videtur. In ea vero resoluendum arbitror primo, quod emptor conuentus videns actorem mutare libellum & actionem, possit de iure id impedire, compellendo agentem ut primā causam prosequatur, iuxta Authen. quis emel, C. quomodo, & quā iud. Nec enim permittitur actionē mutare post item contestatam. l. edita. C. de eden, secundū glo. Bart. & omnes ibi: quod in fortioribus terminis in simili iudicauit Senatus Neap. vt tradit Afflct. decif. 60. Ad idem in hac materia facit decifio Capcl. Tholos. q. 469. quod non possit cumulari remedium huius l. cum remedio possessorio. Ad idem vrget doctrina bellame. decif. 168. vbi inquit, non posse articulare de non contentis in libello, quia in eis non est lis contestata: quod maxime iuuatur, si attendas rei vindicationem, & actionem huius l. maxime repugnare. Illa enim presupponit agentem dominum, & contra quā libet possessorem datur: hæc autem personalis est, & presupponit dominium à venditore translatum. Vnde non potest audiri actor contraria proponens, iuxta l. 1. C. de fur. ideoque non admittitur replicatio contraria libello, vt tradit Afflct. libr. 2. feudo. fol. 55. tit. de contro. inter episcopum & vasallum, num. 6.

Nec obstat quod dici solet, replicationem haberi pro libello, ex gloss. in l. quæsum, 35. 6. fin. ff. de pecul. & quod notat Bald. in l. fin. qu. 17. nn. 38. C. de here. in situ dicens, quod replicatio iuuat libellum. Id enim necessario intelligi debet, quando replicatio non repugnat actioni, seu deductis in libello. Aliter enim dici non potest, quod replicatio actione iuuet, vt notabiliter tradit Paul. in l. sub praetextu. la. 1. num. 3. C. de transact. & ibi Alex. & alij, idem Pau. in l. si superstitio, num. 2. ad fin. C. de dolo, colligitur ex Bal. in l. petens, num. 13. C. de pacl. cautius igitur sibi consulet emptor conuentus petens statim se absolui, nec admittens, vt venditor agens mutet actionem. Auditur tamen venditor agens, si velit omnino desistere à priori actione, & tantum prosequi deductam in replicatione, secundum Bart. & communiter

Dd in d. l. edito, vt ibi resoluit Dec. nn. 53. dummodo actor prius soluat cōspensas interim factas, vt per Curtium in eadem l. num. 141. qui neminem allegat. Id vero tradit Sali. in l. postquam liti, n. 19. C. de pacē. Bar. in l. rur, ad fin. C. de omn. a: r. deser.

Alia inspectio erit in predicta q. si 26 emptor conuentus non opponat contra talem mutationem, sed potius replicit, & respondeat super laesione deducta à venditore in replicatione: in quibus terminis tutius videtur, quod venditor agens obtinere possit, & intentia pro eo lata valcat, ex reg. l. de qua re, ff. de iudic. quia tunc cessant fundamenta, quæ obiecti possent: quod iuuatur ex decisione tex. notab. in cap. 1. de resti. spoliat. respondentē articulis petitorij allegati ex parte spoliantis conuenti. In multis enim nimium valet consensus litigantium, vt tradit Afflct. decif. 91. num. 14. Id vero magis comprobatur ex recepta doctrina apud scrib. vt iudicari possit de eo, quod à principio non petebatur, si de eo partes in iudicio postea principaliiter tractant. Panor. in c. abbate, num. 8. de versi. sign. Afflct. decif. 95. in si. quod maxime seruabitur in prouincijs, in quibus viget constitutio vel consuetudo, vt iudicetur secundum veritatem probacionis, non obstante errore processus, vt apud Lusitanos habet Ordina. libr. 3. titul. 49. & apud alias gentes colligitur ex Aymo. consil. 210. ad fin. ex Afflct. in const. Neap. libr. 1. rubr. 8. nn. 49. ex Auendan. in 1. respons. de quibus vide Maran. in praxi. 4. part. 16. distinct.

Maior dubitatio esset, si emptor conuentus post deductam in libello rei vindicationem, cui respondit, se defendendo cum titulo emptionis, videns venditorem replicare de laesione ultra dimidium, nihil respondeat. Tunc enim cessant fundamenta proxime adducta pro actore: nec dici potest, quod fuit lis cōtestata circa deductam in replicatione, & emptor conuentus potuit considerare de iuris regulis supra adductis, atque ideo non curare de questione laesionis, & iusti precij, sciens non posse actorem obtinere ex deductis in libello, quod videtur probare Boer. decif. 42. num. 19. qui tamen loquitur, quando probatio est diuersæ rei non deductæ in libello: in quo etiam refert alios iudices contradixisse, quibus suffragari posset traditio multo-

rum, ut in iudicijs patientia pro consensu habeatur. Bart. per text. ibi in l. infune, C. de relatio. Felin. in c. cum in iure, n. c. de offic. deleg. videnda tamen sunt sequentia, ex quibus componi potest maior pars huius difficultatis.

- 28 Ad praecedentia conducit decisio, & vera explicatio l. habebat ff. de i. p. t. o. act. que sapissime citatur. Eius autem verba breuitatis gratia non refero. Casus seu species facti erat, quod dominus præposuerat seruum merci oleariæ, & mutuis pecunijs accipiendis, quidam pecuniam seruo credidit. Putans autem creditor, seruum pecuniam ad merces accepisse, egit ex ea causa: probare tamen non potuit mercis gratia seruum accepisse: tunc autem respondet IC. in hæc verba: licet consumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecunijs quoque mutuis accipiendis esset præpositus, tamen iulianus utilem ei actionem competere ait. Solet ea lex frequentissime allegari, quod agens ex certa causa nō obtinet, ea non probata, licet aliam probet secundum Dd. ibi, & Bart. in l. 1. num. 12. ff. de eden. Paul in l. depositi, ff. de pecu. per textum ibi, cum glo. Alex. in l. diuus, nu. 15. ff. de re iur. Boer. decis. 42. num. 17. & seq. Afflict. decis. 60. Bald. in l. 1. nu. II. & num. 12. C. si plu. una senten. Probat tex. & ibi panor. & Felin. in cap. examinata, de indic. quam regulam copiose ornat Felin. in ca. licet causam, ex num. 40. cum multis seq. de proba. vbi plures tradit limitationes speciatim, num. 42. in 9. & 10. limita. & limita ex Bal. in d. l. fin. qu. 17. C. de here, in sti. & per tex. in l. bouem, §. aliquando, ff. de edil. edit. & per Tiraq. de retract. in fin. num. 99. & per alios nu. seq. Ratio autem d. l. & huius reg. col. ligitur ex Bal. in l. 2. col. 1. C. de proba. Pau. in l. & an eadem, prope fin. ff. de except. rei iud. quia scilicet in causa non deducta deest litis contestatio, sine qua iudicium corrigit. Alias rationes non ita urgentes tradit Aymo. consil. 210. col. fin. facit similis ratio: quia si causa, quæ probatur, non fuit deducta, non videtur valere probatio, quasi extra articulos ex recepta doctrina Bald. in l. 1. num. 4. C. vi in pos. lega. Lanfran. in cap. quoniam contra. verbo, petitiones, nu. 21. notat Cin. & ibi Paul. l. fin. C. qui legi. person. & Bart. in l. prima, § diuus Adrianus, ff. de question. Bart. in l. si quis legatum, in fine, ff. ad l. Cornel. de fals. Bald. consil. 457. lib. 4. Alex. consil. 90. nu. 7. libr. 3.

Ias. in l. 1. num 9 ff. le offic. affes. glo. panormi. Felin inc. de testibus, & ita obseruat praxis vel consuetudo, secundum Alber. in authen. sed index, in fine, C. de episc. & cler. Ex ratione autem, vel rationibus d. l. <sup>29</sup> habebat, & d. regulæ videntur periclitari plures limitationes ex ijs, quas ad eam l. & reg. tradit Felin. in l. c. licet causam. in ultimis limitationibus, & Alex. in d. l. diuus, numer. 15. & 1. ff. de re iud. & Ias. in l. certi condit. o. §. si nummos, & ibi Alcia. nu. 17. ff. si cert. reta. Aymo d. consil. 210. col. fin. Alex. consil. 61. col. 1. versic. sed in casu nostro, & num. 11. libr. 2. Hispanus Auendan. l. respons. num. 18. saltem resultat grandis difficultas ad quam aduerti non solet in limitationibus, quas prædicti Dd. incaute tradunt. Vbi enim deest litis contestatio, vel probatio est extra deducta, raro sequetur condemnatio: nec fauor causæ, vel personæ agentis videtur iustificare contrarium, iuxta doctrinam cap. ex tenore, de foro compet. Et ita periclitatur alia limitatio, quæ ab aliquibus traditur de fauore miserabilis personæ, vt ex Cuman. & Alexan. tradit Soc. consil. 11. in fin. libr. 3. Vnde nō videtur tuta alia limitatio, quam tradunt Dd. ex clausula, non se astringens, nisi ad necessaria: quicquid dicat Fulgo. non relatus in d. l. habebat, in fine, & alij, quos refert Feli. in d. cap. licet causam, nu. 42. in fin. vbi ipse non immrito contra sentit: de qua clausula agit Ias. in §. omnium, num. 161. in sti. de act. o. Ex quo etiam periclitatur alia limitatio similis ex clausula, omni meliori modo, quam limitationem tradit Socin. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 3. ff. de acq. poss. & plures, quos citat Dec. in l. petens, num. 5. C. de paci. Capitius decis. 96. nu. 8. & de illa clausula Alex. consil. 112. nu. 4. libr. 3. Ias. in d. §. omnium, nu. 15. 1. Similiter periclitatur alia limitatio ex clausula, qua petat agens, ius & iustitiam in omnibus sibi ministrari. De qua etiam agit late Ias. in d. §. omnium, ex num. 147. & in proposito notat Capitius, vbi supra, & decis. 10. num. 22. facit decisio Delphin. quest. 263. Sed nunquam putauit talem effectum tribuendum esse ijs clausulis & formulis verborum. Est enim contra regu. l. 2. C. commun. de lega. & l. pediculis, §. Labeo, versicu. nec mutat. ff. de auro & argent. leg. maxime cum in hac clausula nihil petatur, nisi quod de iure inest, atque ideo extra deducta ab agente non videtur ea clausula

sula effectum inducere, & ita tutius procedet, quod notat Decius *consil. 62. nū. 2. in princ.*

30 Ad speciem vero & intellectum d. l. *habebat*, aduertendum est, quod ibi certa causa tantum fuit deducta: at in superioribus egimus etiam de alia causa deducta in replicatione ultra deductam in libello, seu in prima actione, & sic d. l. tunc non satis congruit, licet plures Dd. etiam in ijs terminis eam adducant. Et secundum hanc considerationem non videtur ea l. recte adduci ab Afflict. *de cis. 60.* Ex eadem l. cauebis à Bal. in l. *Titia. ff. solut. matr.* qui contra eam l. & contra receptas sententias loquitur, & contra dicta ab eodem Bald. in alijs locis, ut supra retuli, & ita labitur Eguinar. Bart. in l. *illicitas. §. veritas. ff. de offic. pres.* Bald. autem in l. l. *Titia*, decipiebatur per l. *scio. ff. de appella.* ex qua contrariam regulam colligebat. Sed ea l. loquitur in causis expressis ad appellandum: si enim alia postea ex actis colligatur magis idonea, ex ea obtinebit appellans. Diuersum autem est in causa agendi à principio ex rationibus supra deductis, & quia ad fundamentum actionis requiritur causa, non ad appellandum. Bart. in d. l. *scio.* & ibi alij eam legentes sub l. l. §. *quid ergo.* & Pau. in l. *cum te. num. 2. C. de probat. Alex.* in d. l. *diuus. num. 16 ff. de re iudic.* Felin. in d. cap. *licet causam. nū. 42. in 7. limit.* Quod enim deducitur pro causa agendi, in libello censetur substantiale, vt ex Innocen. tradit & commendat Paul. in l. *interpositas.* & ibi Ias. nū. 6. *de transact.* quod sentit Bart. in d. l. *habebat*, vnde cauebis à Paul. ibi, *num. 4.*

31 Ad d. l. *habebat*, maior est dubitatio apud gl. & Dd. Curt. lC. ibi inquit, quod omnis actio creditoris videbatur, vel erat de iure consumpta, & quodammodo ex aequitate audiri postea creditorem: in quo refert gloss. veritatem antiquorum. Aliqui enim intelligebant creditorem egisse specialiter ex causa mercis, quam non probavit, atque ideo subebuisse. Et ita Bart. ibi, & scriben in d. l. *examinata.* & in multis locis *supracitatis. nū. 28.* Sed tunc contradicebat Azo relatus à glo. dicens, quod in his terminis de rigore, & citra aequitatem audiretur postea creditor, per regu. l. & an eadē. §. *actio nes. ff. de except. rei iudi.* & per alia iura ibi citata. Ideo intelligebat Azo, quod in ea

l. cegerat creditor generaliter non expressa causa obligationis: prosecutus autem fuerat illam de causa mercis olearia: Ideoque secundum eos ex petitione generali, videretur ei obstare sententia semel reum absoluens: & ita intelligebant ex aequitate audiri postea creditorem, quia particularem causam prosecutus fuit, & ita Paul. Castr. ibi, eamque lecturam communem dicit Alber. ibi, *num. 3.* & in id ponderant aliqui, quod tex. ibi refert de errore creditoris, quasi non aliter postea audiretur. Sed mihi verior videtur interpretatio Ioan. & Batt. quod in ea l. creditor statim expressit causam illam mercis, quod satis colligitur ex verbis l. ibi, putans creditor ad merces eum accepisse, egit proposita actione, probare non potuit mercis gratia eum accepisse. Nec est vero simile, quod creditor ageret non expressa causā obligationis: & hæc interpretatio videtur receptior secundum communem allegationem d. l. ex citatis supra, *numer. 28.* Non obstat, quod alij ponderant de errore creditoris, quia IC. in eo non inducit iuris mysterium, seu necessitatem, sed factum refert, iuxta doctrinam glo. in l. *unica. C. quando non peten. par.* Nec obstant illa verba, *consumpta actio.* & ibi, nec amplius agere. Recte enim intelligi possunt, ideo ibi non leuiter dubitatum fuisse: quia in utroque iudicio videbatur eadem causa agendi. Semper enim creditor ex mutuo agebat: sola autem difference erat, quod in priori expressa fuit qualitas ad mercem oleariam. Quæ qualitas in secundo iudicio omissa fuit: tantumque de mutuo facta est mentio, & secundum hoc est text. notabilior in utraque conclusione: in prima, ne obtineat probans causam deductam, nisi probet eius qualitatem. Ibi enim creditor probabat mutuum, sed non qualitatem ad mercem. In secunda etiam conclusione, vt mutatio vel detractio qualitatis adiectæ in primo iudicio faciat audiari actorem, qui in priori iudicio succubuit: quod est egregie notandum ad tradita per Felin. in cap. 2. *de rescrip. ex nū. 35.* Sed ea maiori examine egebant, cum traditis ab Hippol. in *repét. de probatio. ex nū. 439. cum multis seq.* Non tamen placet, quod Bart. ibi cum Ioan. addit, vt eo casu sit necessaria restitutio creditori agenti ex diuersa causa

causa idonea, contrariumque verius videtur ex Paul. & Fulgo. & Alber. & Costalio. ibi, attenta litera l. in qua nullum est verbum restitutionis. Et ita videntur communiter intelligere Dd. tradentes, quod actori manet saluum ius agendi, postea ex alia causa idonea per textu in dicto capitulo examinata, de iudi. & ita solet referuari ius agendi per textum ibi, & l. Bebliu, in fine, ff. de paci. dot. secundum communem allega. Bald. & multorum, ut tradit Corset. in sing. verbo, index, fol. 163 col. 4. Ias. in l. prima, num 39. ff. de edend. Ias. in l. prima, num. 8. ff. de offic. aff. Elin. in d. cap. examinata, num. 15 Dec. const. 83. Aymo d. const. 210. ad fin. Et ita per eam l. Bal. in auhen. sed & si quis, col. pen. verific. illa l. semper, C. de secund. nupt. & ad hoc eam l. extollit Iacobin. in l. non idcirco, §. primo in fn. ff. de indic. & ita contra Barto. ne illo casu necessaria esset restitutio, suadetur ex reg. l. cum queritur, ff. de except. ret. ind. Apud Lusitanos autem summe notandum est, quod licet extet insignis constitutio, ut iudicetur secundum veritatem probatam, non obstante errore processus, adhuc tamen eadem constitutio l. 3. tit. 49. §. quod actor non obtinebit, nisi probando causam deductam in libello, non aliam. Sed addit, quod absque noua citatione continuabitur processus circa causam probatam, quod differt ab ijs, que Dd. tradunt in d. l. locu, & Panorm. in ca. abbate, de verbis signific. & in cap. pastoralis, in fin. de except.

Ex predictis infertur ad intellectum text. vulgaris, (non tamen bene explicati communiter) in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. pref. in cuius intellectu varia- runt antiqui, ut refert glo, ibi. verba tex- ita habent, veritas rerum erroribus gestarum non visitatur, & ideo preses praeuincie id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, que probantur, sequi. Quae verba accipie- bat M. à glo. relatus, ut iudex debeat iudi- care secundum veritatem, non ob- stante probatione contraria. Ioan. au- tem in contrarium, imo, quod secundum probata, non secundum conscientiam, vel veritatem, & ita communiter intel- ligunt scrib. ibi & alibi. Et ad hoc quoti- die citatur ille text. quem ornat Elin, in cap. pastoral. §. quod vero, col. 3. de offic. de- lega. Cornel. in l. honorum, num. 8. C. qui ad- mi. Oldendorf. de for. act. cap. 6. sed melius;

quam alibi tractat Courarr. lib. i. resol. c. i. vbi num. 4. specialiter agit de intellectu d. §. exponens verba illa, erroribus gestarum, prout accepit glo. in l. expositione: quod sequuti sunt alij ibi relati, & tradit Corras. (vetera vt noua sibi tribuēs) li. 4. Miscell. cap. 20. memini etiam de hoc legisse Forcat. in sphera lega. pag 9. Mihi si- ne dubio est, IC. in d. §. nihil sensisse de contentione illa, ad quam varie à glo. & Dd. applicatur, an iudex secundum con- scientiam, an secundum probata iudica- re debeat: sed regulam tradere, ut si in re gesta, vel de qua agitur, probetur interuenisse errorem, eo detecto iudex veritatem sequatur, ut in l. si post diuisio- nem, C. de iur. & fact. ignor. in l. final. §. item quæsiem, ff. de cond. inde. & in exemplis cause fallæ, & in exemplo l. Imperator, ff. de probat. ibi, veritati locum superfore. Et in scriptis in actis iudicariis, si error pro- betur idoneè, secundum notata in c. quo- niam contra, de prob. gl. & Dd. in l. in exer- cendis, C. de fide instr. Et in materia tit. C. plus valet quod agi. Applicari etiam poter- runt verba d. §. ad decisionem d. l. habebat, & dicap. examinata, & d. l. Bebliu, secun- dum supra tradita. Nec erit inceptum ex- emplum ex text. notab. in l. f. §. si. ff. quod met. cau. de quo alibi plene ago. De con- tentione autem Dd. ad d. §. veritas, agit Aulus Gellius li. 14. ca. 2. & D. Soto, lib. §. de iustit. & iur. qu. 4. art. 2.

Præcedentibus autem de forma libel- li & sententiæ congrue applicatur deci- sio text. in l. bouem, §. aliquando, ff. de edil. ed & vbi habetur, quod licet actum fue- rit actione quanto minoris, si tamen mancipium nullis precijs appareat, iudi- cari poterit, ac si actum fuisset redhibi- toria; quem text. ad materiam huius l. extollit Roma. sing. 648. colligens quod ibi agitur ad reformandum, potest iudi- cari ad rescindendum, & ita illum text. in suo casu commendat Cremen. notab. 159. Ex quo colligunt Dd. notab. limita- tionem ad reg. de quafsupra, quod sen- tentia debet esse conformis libello. Si- militer & ad reg. d. l. habebat, ff. de inst. act. & cap. examinata, de indic. & ita notat glo. & Dd. in cap. licet heli. & simo. Ratio au- tem tex. est secundum Bar. Albe. quia sub nomine quanto min. comprehenditur, si nihil pro re datus erat emptor; & ita Ias. in l. vinum, num. 23. ff. certi. pet. & glo. in l. Julianus, §. 1. verbo, quanto, ad fin. ff. de act.

*de act. empt.* Secundum quam declarationem, patet non esse tutam generali traditionem Roman. *in d. loco ad hanc l.* Nam in nostra materia probatum superius est, sententiam proferendam esse ad rem vel ad precium, ne conuento occultetur, vel auferatur electio, quae sibi à iure datur.

34. Electio autem, quae conuento datur, ei etiam post sententiam usque ad executionem, secundum Bald. *num. 14.* Alberi *num. 16.* Paul. *num 6.* quod generale putant ipsi & alij, quando electio datur à lege, secundum Bar. *pertex. ibi in l. item veniunt, §. idem recte, ff. de petit. hered.* Bar. *in l. stipulationes non dividuntur, nu. 41. ff. de verb. oblig.* Dec. *consil. 18. ad fin.* Diuersum dicunt in eo, qui obligatus esset ad rem, & haberet facultatem soluendi in precio: quia is eligere deberet ante litis contestationem, alias præcise condemnaretur, per text. *in l. si qui stipulatus, 67. ff. de soluti.* & ibi scriben. & *in dictis locis, & Mathes.* id extollens notab. *173. & Curtius in l. si pacto quo pænam, col. 2. nu. 6. C. de pact. nota. Bart. Ripa & alij in l. miles, §. decem. ff. de re iudic.*

35. Sed ni ego fallor, Dd. non satis hoc aduerterunt: ea enim traditio & differentia inter electionem à iure & electionem ab homine, procederet, quando sine dubio in materia huius l. sola res esset in obligatione; quod longe controversum est, ut deduximus *supra. hoc cap.* Item in materia hucus l. ante sententiam latam non constat an conuentus ad aliquid teneatut: laesio enim ex probationibus deduci debet, & sic nihil est, quod eligere possit. Sed magis vrget contra Dd. quod eorum traditio præsupponit conuentum emptorem simpliciter condemnatum ad rem restituendam, & tunc dicunt, adhuc ei manere electionem: id vero regulariter verum non est, quia sententia præcisa in hac materia dicitur iuri contraria, *d. cap. cum diletti,* maxime secundum Butrium & Imo. de quibus *supra:* & ita lex nostra statuit, ut alternatiue fiat condemnatio, & *l. 1. ad fin.* C. *si maior fac. in 5. C. de precedente au-* tem sententia alternativa cessat tota causa traditio Dd. ad hanc l. cessat etiam omnino applicatio *d. l. si quis stipulatus, ff. de solutio.*

36. Ad hæc non omitto, quod iudicatum traditur in senatu Parisi, ut emptor

conuentus à venditore remedio huius l. eligens supplere precium, debeat illud statim date: nec audiatur, si velit sibi dari spatium temporis ad soluendum, vel precium quartendum ex distractione rei, ut tradit Rebuff. *in 2. tomo ad constitutio. Gall. pag. 179. n. 3. titu. de rescis. contract.* ideoque nisi statim soluat, tenebitur statim rem tradere: id etiam congruit verbis huius l. & iuris regulis, & authoritati rei iudicatae.

## TERTIA PARS L. II.

### C. de rescind. vend.

#### CAPVT IV. ET VLT.

#### S U M M A R I U M.

1. Agitur plenissime in *toto hoc capit.* de respiciensibus probationem lesionis, & precij rei distractæ.
2. De exigendis estimatoribus in hac materia, & de sententia lata ex dictis eorum, an transeat in rem iudicatam, usque ad *nu. 6.*
7. Index in omni parte iudicij inquiret veritatem precij.
8. An inspicatur punctualiter tempus venditionis, si forte tunc fuit magna caritas.
9. De testibus dicentibus rem valere certum precium, & aliquid plus, & aliqua similia, *nu. 10.*
11. Testes an debeant assignarationem testimoniij, & *nu. 12.*
13. In hac materia non dari iuramentum in supplementum probationis.
14. An testes affirmantes preferantur negantibus, & de glo. l. diem, §. si plures, ff. de arbitr.
15. De tempore contractus attendendo in hac materia, & aliqua in id utilia, & *num. 16.*
17. Precium commune non particulare attendi, & in eo unum memorabile, *nu. 18.*
19. Precium augeri & minui ex qualitatibus rei & persona, usque ad *nu. 21.*
22. De estimatione rei sitæ in loco periculoſo.
23. De re empta cum pacto, ut locetur vel in emphiteutism concedatur venditori.
24. De re empta melioribus conditionibus, & quomodo id dicatur, & *nu. 25.*
26. Alter existimari possessionem, quarems, & *num. 27.*

- 28 De aestimatione rei immobilis, usque ad num. 30.  
 31 De aestimatione reddituum & alimentorum ad vitam, & num. 32.  
 33 De vendente carius ob dilationem solutionis, & num. 34.  
 35 Alia ad estimationes rerum & probatiorum in hac materia, usque ad num. 40.  
 41 In probatione dubia qualiter feratur sententia in hac materia, usque ad finem.

**B** Arto. & Bald. a & repetentes hic ultimo  
 a De laesionis probatione nonnulla non inutiliter scripsit Gomez. de contr. c. 2. n. 52. loco tradunt ea, quae magis ad praxim in hac materia videntur spectare. Qui vero mature aduerterint, comperient omnia quae theoreticam respiciunt, nimis etiam ad praxim conducere, si recte applicentur, ut alias notat Bald. in l. non solum, § qui primipilum, ff. de excus. tuto. Ex dictis autem in preced. cap. colliguntur aliqua ad formam libelli & sententiæ in hac materia: nec enim sententia omnino debet proferri ad formam libelli, ut probauit in d. cap. preced. contra plures non bene arguentes ex regu. d. l. fin. C. de fidei-commiss. liber. & ita cauebis à Panthal. Cremen. hic, nu. 200. Multa alia ad formam agendi in remedio huius l. deducuntur ex infra dicendis: maxime circa probandum tempus, iuxta quod valor rei & laesio vendentis vel ementis attendi debet. Id enim ad formam libelli non minus necessarium appellari poterit, quam ad probationem & sententiam.

**2** Circa probationem valoris & aestimationis gloss. hic distinguit aliqualiter inter mobilia & immobilia, ad quæ simul aduerterendum est quod Barto. hic, nu. 20. quem sequuntur Fulg. Paul. ad fin. & alij communiter, agit de probatione per aestimatorem peritos, qui rem ipsam mature inspiciant, & iudicem informent, & ita Panthal. Cremen. nu. 294. Cagno. nu. 258. Nec obstat argum. Ange. qui dixit hanc praxim Barto. nihil valere, eo quod tales aestimatorem declarabunt quod sentiunt secundum præsens tempus: id autem non sufficit, quia aestimatio referri debet ad tempus conventionis: cui obiectioni respondet Paulus hic ad fin. & cum eo Cagno. nu. 64. quod ex præsenti sumetur præsumptio ad præteritum. Ioh. Imo. in d. l. preciarerū,

& ibi Alex. col. 2. n. 6. respondebant, quod traditio Barto. procedit in aestimatoribus tate ætatis, ut de præterito bene recordetur. Ego aduertebam eam obiectionē Ang. nihil obstat. ipse enim & omnes agnoscunt, nec negare possunt probationem valoris & laesio fieri per testes: quod igitur admittitur in testibus, non minus admitti debet in aestimatibus. Hi enim quasi testes assumuntur. cap. proposuisti, de probatio.

Eligentur autem periti aestimatorem secundum Barto. & alios, facit l. semel, C. de rem. Bart. in prob. Digest. & generaliter ad multa tradit Anto. Gom. de contract. 9. col. fin. adde circa eosdem peritos in arte Ioan. Plat. in l. l. C. de discus. si vero non fuerint designati in loco, eligentur à partibus, & iurabunt se recte arbitrarios, tex. notab. & ibi Bald. in l. hac edictali, s. his illud, C. de secund. nup. Bar. in l. si quis arbitratus, col. 2. nu. 6. ff. de verb. obli. Bar. in l. 1. ff. de ven. inspi. Bar. in l. 3. ad fin. C. de pign. Ias. in §. quedam, col. fin. num. 78. Instit. de actio. plures per Dec. in d. cap. proposuisti, num. 15. & Felin. in cap. quia indicante, nu. 1. de prescript.

Si partes discordauerint circa eligendos aestimatorem, eligit iudex ex traditis à Barto. in d. l. 3 ad fin. C. de pigno. Bald. hic col. pen. num. 25. Cremen. hic, num. 298. Cagnol. num. 259. qui referunt Dd. alibi variantes: hoc etiam ut receptum tradit Dec. in d. c. proposuisti, num. 3 tradunt scriben. relati ab Iaso. in l. iusurandum, & ad pecunias, §. qui iusurandum, num. 6. ff. de iure. Fel. in cap. super quest. num. 11. de offic. dele. facit tex. in l. in venditione, in fine, ff. de bon. auth. iud. possi. ibi, prætorem eligere, quem text. ample ornabis ex traditis à Dd. in dictis locis. Arbitrium autem iudicis vel partium spectabitur ad elendum tertium, si duo priores non concordauerint ex bal. hic. col. pen. arg. l. item si unus, §. fin. ff. de arbi. Ex eisdem variantibus sequetur iudex arbitrium eius, qui sit fide dignior, vel meliorem rationem afferat, arg. l. si plures, ff. de accusatio. glo. notab. in l. cum quid, ff. si cert. peta.

Vbi agitur de eligendis vel assumentis peritis, solent Dd. regulariter tradere, quod saltem sint duo periti, si reperi-ri possunt: & ita in proposito notat Cremen. hic num. 296. per text. in §. quod au-tem, in auth. de non alien. reb. eccl. per quæ generaliter id notat Barto. in l. 1. §. fin. ff. de verb.

deverb. oblig. & ibi late Alex. & Ias. n. 11. commendans illum text. & ibidē tractat Alcia. videndus, & Dec. in d. c. proposuisti, ex num. 19. Feli. inc. significasti de homi. Hi autem regulariter de credulitate iurant, vt per Alci. in d. §. fin. n. 17. Decium in d. c. proposuisti, n. 1<sup>o</sup>. & ita in materia huius l. notat Cremen. hic. n. 296. in fine, de quo dubitari potest. Dd. enim loquuntur in aliis casibus, in quibus negotijs qualitas non admittit certitudinē: sed circa aestimationē potest dari certitudo secūdum commune pretium, quod ex usu hominum dignoscitur, iuxta d. l. precia rerum, cum infra dicendis, & in agri mensore ita notat Feli. in d. cap. quia indicante, num. 1. Non tamen cogendi videntur aestimatores, vt magis assertive declarant, quam se posse dicunt, nec ob verba credulitatis desinet valere arbitrium l. quid tamen. 25. §. 1. ff. de arbit.

6. Consecutue addit solus Cremen. hic, n. 299. quod sententia lata à iudice ex informatione aestimantium vel peritorum non transit in rem iudicatam: vt semper possit contrarium iudicari, si alij peritores appearant, quod ipse probat ex generali traditione scrib. in d. c. proposuisti. Alex. in l. si ab hostibus, §. fin. ff. sol. matrim. Ias. in l. 1. §. fin. n. 11. ff. de verb. oblig. Hippo. in l. unica, n. 145. C. de rap. vir. Affict. in constit. Neap. lib. 1. rub. 13. num. 14.

Sed ego verius puto, talem sententiā hac materia transire in rem iudicatam, nec Ld. in hac specie id negant, licet generaliter in aliis cōtradicant: in hac autē materia maior certitudo dari potest, vt experientia docet, & dixi num. 5. quo præsupposito retorquentur argumenta Cremen. Nam illa communis opinio nō procedit, nisi in ijs, quæ non admittunt certitudinem, vt per Ias. in rep. l. à amo- nendi, n. 39. sic etiam limitatur in simili, vt per Maran. in praxi indic. 6. part. num. 121. In hac materia pro nostra opinione vrget, quod in agri mensore notat Felin. incap. quia indicante, num. 1. de prescr. Vrget etiam quod notat Anton. Butri. consil. 6. dicens; talem sententiam super aestimatione definitiūam censeri: facit tex. in l. 3. per totam, maxime in versic. idem Pomponius, ff. si mens. fals. mod. dix. conduceit etiam ratio publ. vtilitatis: aliter enim non daretur li- tium finis, nec quies in commerciis hominum, contral. 6. ff. de except. rei iud.

alias ex eadē ratione sententia per di- cta testium in hac materia non transiret in rem iudicatam. Quæ opinio indubi- tabilis manebit retenta alia, quam contra communem urgenter probant Panor. Aret. Dec. in d. c. proposuisti, & ibi Molin. ad Dec. sub litera, d. vbi contendunt generaliter sententiam latam ad dictum peritorum transire in rem iudi- catam. Nec in praxi vñquam seruatur in hac materia opinio Cremen.

Addit Bar. quod ipse iude x per se di- ligenter rem inquiret, quod probat tex. in l. fin. in fin. C. de iure domi. impe. com- mendat Alex. in d. l. precia, nu. 6. Ang. in §. si quis agens. col. 3. Inst. de acti. vbi etiam oportuerit, oculariter inspiciet. iuxta l. si irruptione. §. ad officium. ff. fin. reg. id etiā post publicata testimonia, ex Bart. in l. si quid ex Pamphila, ff. de leg. 2. sentit Bal. hic, nu. 25. versi. & pro hoc, adde quæ citat Aymo cons. 218. nu. 4.

Regulariter in hac materia fit proba- tio per testes ex utraque parte. Addunt scriben. nō fieri aestimationē ex caritate vel precio insolito per tex. in d. l. precia rerum, in fine, vt per Crem. hic. nu. 233. & omnes in hac materia. Quæ traditio nō videtur adeo tuta: quia hic agitur de in- spiciendo valore rei iuxta tempus con- uentionis, & sic illud punctualiter atten- di debet iuxta regul. temporis l. 2. §. qui ad munera, ff. de vaca. muner. l. Titiu, ff. de milit. testa. quæ consideratio cessat in tractatu legis falcidiæ, vt colliges ex Alec. in d. l. precia rerum, ad fin.

In probatione per testes, si dicserent, rem valere centum & plus, an illud plus attendi debeat pro augendo precio, quando intra centum non esset laesio ul- tra dimidiam, Bald. hic. n. 26. & alibi saepe tenet, quod illa adiectio nihil operatur, & cum Bald. Imol. & Barba. in c. cum causa, de empt. & vend. & ibi sur. n. 4. Alc. in l. hac adiectio, ff. de verb. signif. Alex. cons. 199. lib. 4. Sed contrarium pro- bat Sal. hic col. pen. & cum eo Fel. in c. cum causam, de testi. & in c. postulasti, n. 5. de re- scrip. Ias. in l. cum furti, in fine, ff. de in lit. iur. Moli. ad Alex. d. consi. Soc. Nep. cons. 73. n. 2. li. 2. Cou. li. 2. resol. c. 3. n. 3. quibus ego cō- sentio ex d. l. hac adiectio, iuncta cōmuni traditione Cini, & omnium hic, vt etiam quid minimum vltra dimidiū iusti precij sufficiat ad remedium huius l. Bal. n. 16. Ang. n. 6. Panor. & Burg. in d. c. cum causa,

Fabia. de empt. & vend. q. 8. n. 7. & Ias. in anth. qui rem, n. 16. ad fin. C. de sacros. eccles. & Cagno. hic, n. 244. Cepo. de simulat. contract. num. 29. in 2. exposit. quod inuoluit Cremen. hic, col. fin. q. pen. & Corsetus in suo tract. de minim.

**10** Si ex testibus vnuis diceret, rem valere 100. quo autem 100. & 20. staretur testimonio duorum, arg. l. fin. C. de fideicom. ibi, ut per ampliores, ita Sal. col. antep. versi. sed tunc, Crem. n. 341. Quod b si vnuis diceret rem valere centum,

b Contra hanc resolutionem videntur obstatre tradita à Dec. in reg. in eo quod plu, in 7. limit. n. 7. ff. de reg. iur.

alter 100. & 10. alter 100. & 20. stabitur mediæ summa: quia in eo concordant duo, secundum Sal. col. pen. & cū eo Cre. ad fin. colligitur ex Butr. cons. 52. ex Alex. cons. 64. lib. 2. Afflict. deci. 240. num. 5.

**11** Addunt Dd. quod testes ad probandū valorem debent assignare rationem testimoniij, etiam si non interrogentur, Bal. in l. solam, C. de test. Bal. in l. fin. Co. de iure dom. impc. Pau. Alex. in d. l. precia. Lanfrancus in c. quoniam contra, verbo, testimoniū, nu. 156. Ias. in §. si quis agens. num. 12. Instit. de act. Crem. hic, n. 315. Bertran. consil. 256. n. 7. & consil. 164. lib. 3. qui hoc intelligunt in aestimatione rei notabilis, secus in aliis leuibus, prout in frumento & victualibus, quorum valor etiam à grossis cognoscitur. Bal. in d. l. solam, & Felin. in c. cū causam, 2. de test. Sic etiam plures ex his intelligunt, hanc regulam non procedere in testibus sapientibus, Cremen. hic, num. 316. Mihi autem periculosa videntur multa, quæ Ld. tradunt in proposito, exigentes, ut testis non interrogatus de ratione, eam in multis debeat assignare, ut per Bald. in d. l. solam, late Felin. in cap. cum causam, 1. de testib. Ias. in l. cū ij. §. vult igitur, ff. de transact. verius enim credo, quod in multis Dd. traditis valeat aliqualiter testimonium non assignata ratione, si testis de illa non interrogatur, prout in fama & notorio cōtra Dd. in dictis locis & Florian. in l. ob carmen, ff. de testib. Panor. & Deci. in ca. consuluit, de appell. Dec. in cap. veniens, 1. de testib. nec iura tantam cautelam in teste requirunt, sed in officiali inquirente, d. cap. cum causam, nec contradicit d. l. solam. Cod. de testib. cui adde Zaf. lib. 2. respon. cap. 6.

**12** Quando in teste requiritur, ut cau-

sam vel rationem assignet, non sufficeret eum dicere, se ita pro certo credere: Bal. in l. sine possidetis, num. 6. C. de probat. Cagno. in l. unica, num. 133. C. de senten. que pro eo. Nec concluderet testimonium, quod testis tantum daret pro re, de qua agitur. Bart. hic ad fin. Salic. question. 20. Boer. consil. 36. num. 6. Bertran. consil. 255. num. 7. lib. 3. Alexan. in d. l. precia rerum. num. 12. colligitur ex Panor. & Imol. in c. cum causa, de emp. & vend. Ang. & Ias. in d. §. si quis agens, Instit. de acto. Felin in d. cap. cum causam. 2. de testi. Quod receptius est, & verius videtur, licet contradicat Bald. hic, col. pen. num. 25. & in effectu Salic. & Cremen. hic, de quo vide melius Cagn. hic, num. 240. Sitamen testis prius asseuerat commune precium, deinde subdat, quod ipse tantum daret, valebit testimonium, Soc. nep. cons. 73. lib. 2. vbi n. 4. videtur firmare in hac materia, non esse necessarium, quod testis rationem assignet.

In hac materia si agens, non probat 13 perfecte læsionem circa precium, non erit locus iuramento in supplementū probationis, secundum Alex. cons. 109. n. 12. col. fin. lib. 4. Rip. in l. admonendi, num. 183. Cagn. hic, col. fin. n. 270. quod suadetur ratione, quia valor rerum magis ab aliis, quam ab ipso læso sciri præsumitur: nec deerunt plures testes, si læsus veritatem affert. Addo etiam, de iure non esse satis expressum, quod agenti differatur iuramentum in supplementum probationis, nec id patitur regula & ratio l. qui accusare, C. de eden. l. neq; natales, C. de probat. Nec in auctore contrarium probat l. admonendi, ff. de iure iur. attenta littera, n. versi. sed hæc constitutiones, cui annexitur, versi. solent, quod sensit Duarenus lib. 2. disput. c. 33. Sed hæc alibi plenius cum explicatione, c. fin. de iure iur.

Circa varietatem testimoniū in hac materia sentit Bal. hic, col. fin. num. 29. quod in dubio creditur testibus affirmantibus & Cremen nu. 339. per glo. celebrem in l. diem preferre, §. si plures, ff. de arb. quæ id generice tradit, & Felin. in c. in nostra, de testi. & Dd. in varijs locis. Sed hæc traditio Bald. periculosa est, nec in praxi seruanda: adimeret enim defensionem emptoribus in hac materia, puta, si testes venditoris asserunt rem valere centum, testes emptoris nihil ei prodefessent, dicen-

dicendo, quod valebat 80. & non plus. Ideo non est in his distinguendum inter affirmatiuam & negatiuam, sed attendendum, quis meliorem rationem afferat, secundum *supra* tradita, & per Alex. *conf.* 64 *lib.* 3. Alci. *in l. 1. s. si stipulanti, n. 40 ff. de verb. obligat.* Nec erit magis credendum testibus de maiori precio, quam de minori deponentibus ex *supra* dictis, quicquid contradicere videatur Alex. *confil.* 185 *num. 6. lib. 7. & Rebuff. in l. vni-*

*ta, num. 33. C. de sentent. quæ pro eo. Nec ob-*

*stat gloss. d. l. diem profere, §. si plures intel-*

*ligi enim debet in negatiua vaga, quæ*

*non tam facile comprehendendi potest à*

*teste, vt per Ripam *in cap. cum ecclesia, nu-**

*89. de caus. pos. & propr. c.*

*c Adde Deci. in reg. in omnibus causis pro-*

*facto, num. 9. vbi cum Bartol. in l. actor. col.*

*pen. versc. item ex dictis, C. de probat. ita banc*

*gloss. intelligit.*

Cur. Senior *confil.* 24. *num. 3. & confi.* 72. *nu. 8. at in proposito casu facile est scire,* an res valeat octuaginta, an centum. Aduerto etiam, quod attento sensu rei non sono verborum, non minus tunc affirmantes testes emptoris, quam vendoris, vt alias docet glo. *in l. fin. §. fina. ff. de doli except. Bart. in l. inter stipulantem, ff. de verb. obl.* Et sic cessat differentia inter affirmatiuam & negatiuam, quod olim in praxi obtinui.

In hac materia ad probandum valore & lesionem tam per testes, quam per alia speciem probationis debet haberi respectus ad tempus conuentionis: idq; deduci debet ab agente, vt articulus, & probatio concludat: quod probat tex. *in l. si voluntate, in fin. infra hoc tit. tex. in di-*

*c. cum dilecti, ibi, tunc valentem, de empt. &*

*vend. bart. hic, ad si. Bart. in l. 3. §. diui, ff. de*

*iur. sis. omnes hic, & in d. l. precia rerū Ang.*

& Iaf. *in d. §. si quis agens, Guido decis. 157.*

Mol. *de cōmer. nu. 715. & n. 724.* Quod ali-

qui declarant, nisi esset breue spacium,

nec succederet causa mutans precium,

ex Bal. *hic, col. fin. nu. 28. Pau. num. 4. ad fin.*

Cepol. *de simul. contr. n. 30. Sal. hic, col. pen.*

*versi. quero an h. e. adde, quæ tradit in his*

Matth. *Afflict. decis. 316. Lanfran. in c. quo-*

*niam contra, verbo testium, n. 160. Sigismu.*

Lofred. *conf. 23.* Ego putarem omnino

esse exprimendum valorem iuxta tem-

pus conuentionis vel actus, de cuius re-

scissione agitur per dicta iura, quæ nō ad-

mittunt restrictionem Dd. Maxime at-

tento eo, quod eadem iura dicunt, & experientia indicat, sæpe mutari & va-  
riari precia rerum, l. 4. ff. de eo quod cert.  
loc. d. l. precia rerum, cum aliis. Ideoq; cessat  
argum. præsumptionis à presenti ad pre-  
teritum. Qua in re culpa erit agentis, si  
exactius nō formauit articulos: vel me-  
liorem probationem non attulit, sed ne  
veritas pereat, iterum interrogabuntur  
testes, vel idonea diligentia adhibe-  
bitur, quoad referendam probationem ad  
tempus conuentionis, iuxta ea, quæ sup-  
deduximus ad Bart. in l. si quod ex Pam-  
phila, ff. de leg. 2.

Si tamen trāditio rei, vel executio 16  
negotij conferatur in futurum, non at-  
tenderetur tēpus cōuentionis, sed ex-  
ecutionis, ex Pan. *in c. in ciuitate, n. 3 de usur-*

*cum notatis à Dec consil. III. sic in loco de-*

*stinato traditioni, arg. l. contraxisse, ff. de*

*actio. & oblig. & in proposito colligitur*

*ex Alex. & Iaf. in l. vinum, ff. si cert. petat.*

*vbi in specie not. Rubeus n. 132. facit arg.*

*à personis, secundum doctrinam Papi. in*

*l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 2.*

Attendi debet commune precium, 17

*non ex affectione, vel interesse par-*

*ticulari: glo. hic, & omnes per d. l. precia*

*rerum, Couar. in d. lib. 3. resolut. cap. 3. fa-*

*cit tex. in l. si cui fundus, ff. de leg. 2.* Non

*tamen est de forma, vel necessarium,*

*quod plures putant, vt articuletur &*

*probetur valor ex loco publico, fori vel*

*mercatti, licet inde facilis colligatur*

*probatio, per tex. in cap. 1. de empt.*

*& vend. & ita intelligi debet Bar. in l. si*

*seruus, n. 7. de condit. furt. Iaf. in l. qui Rome,*

*§. cohæredes, n. 25. ff. de verb. oblig. Corset.*

*in sing. fol. pen. ver. venditio, per l. septem-*

*diebus, C. de eroga. mil. anno. Afflict. decis.*

*36. nu. 7. Ioani. Pla. in l. 1. C. de censit. quod*

*colliges ex Cag hic, n. 252.*

Nec attendi debet precium, quod da-

ret quilibet emptor, sed tantum sciens

rei qualitatem, ex gl. celebri & ibi Bart.

*in l. mortis caus. capimus, 18. §. fina. ff. de dona.*

*caus. mort. Bar. in d. l. si seruus, num. 7.*

*ff. de cond. furt. Alex. in d. l. precia rerum,*

*n. 3. Iaf. in l. prima, §. si heres, n. 9. ff. ad Tre-*

*bellian. Felin. in c. cum caus. de test. Rauen-*

*nas in alphabe. verbo res: Burg. in cap. 1.*

*n. 3. de empt. & vendit. adde glo. in l. vni-*

*ca, verbo, subtilitatem, C. de sentent. que pro*

*eo. Ex hac communi traditione infere-*

*bat Molin. in consu. Paris. §. 13. gl. 5. n. 56.*

*char. 176. à quo tamē caue, quatenus sen-*

tire videtur, cessare remedium huius l. si aliquis sciens vere rei qualitatem & valorem, vellet plus dare, vel aliquis carius emeret, cum alter sciens verum premium, plus scienter offerret: quod repugnat decisioni huius l. indistincte loquentis, solumque recipientis communem premium, conducunt not. ab Iaso. in d. l. qui Rom. §. coheredes. Nec at tenditur leuitas alicuius plus iusto dantis, secundum Cepol. de simul. contract. n. 24. Denique communis aestimatio in proposito tantum attendi debet, ut per Alcia. in l. pro emodum, 8. ff. de verbo. signif.

19. Premium aliquando augetur, aliquando minuitur, ex qualitatibus & conditionibus rei, ut in l. quod sape. §. fin. ff. de contrah. emp. & ibi gl. & Dd. tex. & bal. in l. si venditor. §. fin. ff. de seru. expor. Inde est quod res litigiosa multo minus aestimatur: ut ex Bar. & multis tradit Felin. in d. c. cum caus. 42. ad fin. de testib. sic in re habente onus aliquod, ut per Crem. & Cagn. hic, per Alex. in d. l. precia rerum, Bart. & alij in d. l. prima, §. si heres. ff. ad. Trebellian. vbi Jason & Ripa, num. 126. tradunt in specie, minus aestimari rem distractam cum pacto reuendendi ex Panor. in cap. ad nostram de empt. & vend. & ibi notat Burg. videndus, & Dec. consil. 166. & consil. 308. num. 3. & consil. 543 num. 5. & Grat. consil. 57. lib. 2. Chaf. in consuet. Burg. rub. §. 1. num. 21. quam plures relati à Tiraq. de retract. conuent. in præf. num. 20. cum multis seq. notabiliter Couar. l. 3. resol. ca. 10. col. 1. & seq. Ex quo resoluunt omnes, quod vbi res alienatur cū illo pacto, debet plenius probari laesio ex parte venditoris, longe supra dimidium iusti premium, deducta parte premium ob id pactum. Quod mihi verum non videtur, licet in praxi varie id iudicatum viderim: in ea enim sententia sum, ut ex eo pacto non alteretur communis rei valor, quoad materiam huius l. vel quoad similem, ut circa presumendam usuram ad e. ill. usus, cū ibi notatis, de p. gno. & gl. in c. conquestus, de usur. quod recte intuentibus, satis deducitur apud Lusitanos ex ordinat. lib. 4. tit. 27. §. 2. vbi valor rei distractæ cū hoc pacto, non variatur, sed simpliciter rei premium attenditur. Imo ex parte venditoris dicendum est, ex eo pacto magis presumendam fore laesionem: solent enim, qui ita vendunt, ob spem recuperandi, vilius rem vendere.

Inde inferebat Bart. receptio in d. l. l. 20. §. si heres. ff. ad Trebell. ut rei valor minuatur, quando venditor est implicitus ēre alieno: quia datur iustus timor ad deterrendos emptores. sequuntur Ale. Ias. Ripa commendat Cepol. de simul. contra. num. 30. Crem. hic, num. 253. Iacobin. in l. se fidei commissum, §. tractatum, num. 4. ff. de indic. extollit Cuman. (non citaris bar.) in d. l. mortis, §. fina. ff. de don. cau. mor. dicens ita posse excusari emptorem à remedio huius l. quod tamen magis coloratum, quam tutum mihi videtur, nec ex ea qualitate venditoris, notabilis aliqua premium quantitas decreceret. Ante emptionem enim agnoscendū est quod difficilis quis emet rem hominis ita impliciti ēre alieno: sed post emptionem locus sit decisioni huius l. quæ facile restringi non debet.

Addebat aliqui carius emptum dici, 21 quod premium emitur: idcoque ex parte emptoris ob preces censeri maius premium datum secundum Alber. in l. fundi partem, ff. de contrah. empt. Tiraq. in præf. retract. conuen. num. 23. quod reiiciendum, est omnino: quia potius in fauorem rotati interpretatione fieri debet, secundum doctrinam l. si gratuitam, §. si margarita, ff. de præscript. verb. i. 1. §. sepe, ff. depos. l. si ut certo, §. interdum, ff. commoda, l. si mulier contra, §. 1. ff. ad Velleia. l. rogasti, cum ibi notatis, ff. si cert. pet.

Minuetur premium rei sitæ in loco 22 periculis obnoxio, l. 8. ad fin. princip. ibi, qua fortuitis casibus subiectæ sint: & in l. verum, §. penult. ibi, ruinosa, & ibi, multis casibus obnoxia, ff. de minor. facit l. non solū, 16 ff. de pet. hered. Ex qua arguebat Ang. ibi, quod immobilia minoris sita in loco periculoso, prout inolendina, iuxta flumen obnoxia inundationi, possint sine decreto distrahi: & ita Fulg. ibi & plures quos retuli, & merito improbauit in commentar. l. 1. in 3. par. numer. 28. Cod. de bon. matern. vbi ostendo, talia bona non ideo ipius immobilia censeri: & in eis omnino seruanda esse iuris solennia requisita in immobilibus, ad quod etiam rectorquetur dict. l. non solum. Nam & eo casu iudicis authoritas requiritur, l. Diu. 5. §. 1. in fin. ff. eod. ibi, res tempore perituras, permittere debet prætor distrahere.

Ex eadem inspectione oneris & qualitatis rem sufficientis, è conuerso inquit Baldus

Paldus in l. fin. col. i. num. 5. C. communia de lega. quod qualitas meliorat subiectum, Alexand. in rub. ff. de nou. operis nunc. n. 29. Cornel. consil. 48. num. 6. lib. 3. sed ex praecedentibus infertur ad quæstio: quādo emptio est cum pacto, ut emptor statim rem locet ad vitam, vel in emphyteusim concedat venditori: nam ex eo pacto tradunt aliqui Dd. minui premium rei, quoad emptorem: nec tunc venditor tam facile obtinebat, ex remedio huius l. quasi emptor non omnino rem consequatur, nec venditor eam tunc prorsus dimittat, argum. l. qui fundum, & l. fundi partem, ff. de contrab. empt. l. si sterili, §. si tibi, ff. de actio. empt. & c. cum Ioannes, §. i. & ibi notat Panor. de fide instrument. ibi, cuius conditionis intuitu, prominori precio vendidisti. Id enim pactum in partem precij cedit, secundum Dd. relatos à Cagnol. in l. 2. num. 167. Cod. de pact. inter empt. latius Tiraquel. in prefat. derer. conuen. ex nu. 20. & n. 25. vbi speciatim applicat ad materiam huius l. Quod intelligerem, vbi locatur res, vel in emphyteusim datur leuiori pensione, quam soleant alij domini: ut sic resultet æqualis compensatio, alias contrarium erit tutius, ex traditis ab insigni Azpilcueta in suo manuali, vt retuli supra in fine, 2. cap. huius part. & colligitur ex Cepol. de simula. contract. num. 31.

24 In æstimatione etiam, & circa læsionem probandam, attenditur doctrina IC. in l. eum qui, §. melior, ff. de in diem ad dic. quem text. dicit in ea re meliorem de iure Alex. in d. l. precia rerum, col. 2. Rip. in l. 1. §. sib. cres. num. 28. ff. ad Trebel. inquit tex. meliorem conditionem in venditione censeri, si persona ementis idoneor sit, vel solutio celerior, vel emptor à venditore nullam satisfactionem exigat: tradit multa Tiraq. de retr. lig. §. i. gl. 18 n. 34. Sed tex. in d. §. loquitur, conferendo emptiones duorum: nec enim præsens solutio, vel idonea persona emptoris, vitare potest remedium huius l. venditore læso: è contrario autem, si solutio præsentanea non esset, augeretur læsio vendoris, ex notatis in ea fin. de usur. Dec. consil. 111. Bar. in l. falcidianon habetur, ff. ad l. falc. cū late traditis à Tiraq. de retr. lign. §. i. gl. 18. n. 38.

25 Sic ex eodem §. carius emere dicetur emptor, qui remittit ordinariam satisfac-

tionem & consuetā: quod nota, ne procuratoribus id liceat, secundum notata in l. contra iuris, §. filii fam. ff. de pact. Nec omittendum est, quod IC. ibi considerat interesse temporis, ex quo iuuatur opinio, quam contra communem sustinet Dec in cap. bone, col. fin. de appell. ad l. pater qui, §. fin. ff. de castr. pecu. de qua etiam las. in l. cum procurator. §. dominus, col. 3. ff. de nou. oper. nunc. las. in l. si creditori, col. 3. ff. de leg. i.

Longe aliter æstimatur possessio, quā res ipsa, l. si mulier, §. qui possessionem, ff. quod met. caus. tex. & gl. in l. si duo, §. fin. ff. vti possid. Qua in re circa dignoscenda tribunalia, ad quæ appellari debeat, est noua constitutio apud Lusitanos lib. 3. tit. 77 §. io. vt causa possessionis æstimetur minus dimidia parte valoris totius rei: facit l. vnic. C si de momo. poss. & illa difficilis theorica IC. in §. nihil commune, ff. de acq. poss. & causam possessoriam paruam cenlet Bart. in l. admonendi, n. 55. ff. de iure iur.

Sic ad eandem differētiam rei & possessionis, tradunt aliqui possessionē vnicō teste probari. Matesil. nota. 2. & Dec. cōs. 56. n. l. colligitur ex las. in repet. l. admonendi, n. 273. Sed contrarium verius est, & ita iudicauit senatus Neap. vt tradit Matth. Afflict. deci. 364. plures enim effectus resultant ex possessione: cuius etiam commodum magnum dicitur in §. commodum, Inst. de interd. cum traditis à Rip. in c. sepe, col. 1. de restit. spol. Bal. & Afflict. in c. 1. de contr. inter dom. & vasal. & in possessione id colligi potest ex doctrina l. fin. C. si per vim vel alio mo. Quoad alia vero variant Dd. circa causam possessoriam, an leuis dicatur, vt tradit Aymo, consil. 258. nu. 3.

Res immobilis æstimatur ex fructibus & redditibus, gloss. hic per l. si quos infra eod. ibi, rei qualitas & fructum quantitas, l. si fundum, 94. de leg. i. ibi, excusso premium, secundum redditū, & ibi gl. & Dd. tex. cum glo. in l. si fundus, ibi, pro modo fructuum, ff. de reb. eo. Sic alibi tradūt Dd. quod turris vel castellū non æstimatur ex sumptib. & valore ædificij, sed ex redditu, secundum Ioā. Plat. in l. 2. C. de præd. & omn. reb. nau. Ad quod solet notari tex. in l. qui bonis, ff. de cess. bon. ibi, ex quantitate, intelligendo ibi quantitatē pro redditu, & vtilitate: & Bart. ibi. Et illum text. ad hoc, & ad alia commendant Dd. vt per las. in §. sed & si

quis, nu. 11. *Instit. de actio.* Alex. in l. mari-  
tum, col. fin. & notanter in l. si maritus, ff.  
solut. mat. las. in l. si constante, nu. 150. ff. eod.  
Boer. dec. 19. nu. 6. d' *Vnde prædium non  
ex magnitudi-*

*d' Adde ultra hic citatos Salic. in l. 1. nu. 4.  
C. de fideicommiss. & Aret. in l. alimenta.  
nu. 3. C. de nego. gest.*

ne, sed ex bonitate æstimatur, ut ex  
Bart. & Bald. tradit. *Afflict. deci. 58. nu. 5.*

29 In eadem re solent scriben. resoluere,  
quod integrale precium rei immobilis  
æstimatur ex quantitate reddituum 20.  
annorum, per tex. & glo. in *Authen. de non  
alien. reb. eccl. si.* §. si vero, glo. *Salic.* & alii in  
*Authenti. perpetua. C. sacro. eccl. si.* idque ut  
receptum tradit. *Iaf. in d. l. si fundum per  
fideicommissum, nu. 5.* & *Mauri. in l. 1. pag.  
295. C. de mulieribus, in quo loco lib. 10.*  
*Paul. in Authen. si quas ruinas, n. 2. in fine, C.  
de sacro. eccl. si.* *Afflict. decis. 284. in fine,*  
sensit Alcia. in l. *propemodum. ff. de verb.  
sign. notat Afflict. in constitut. probomi. §.  
vt intra. nu. 27.* *Cagn. hic, nu. 233. Corn.  
consi. 223. ad fin. lib. 1.* & ita plures, ut per  
*Tiraq. de retr. lig. §. 1. glo. 6. n. 19.* Sed con-  
tradicit Molin. quem vide, in lib. *de comm.  
q. 5. nu. 118* tradit vtiliter Couar. videndus  
lib. 3. reso. cap. 9. nu. 6. Et ita secundum re-  
ceptam opin. iustum precium censembitur  
ea quantitas, ad quam ascendere poten-  
tia pensiones vel redditus eiusdem rei,  
per spacium 20. annorum. Ea tamen co-  
putatio fieri non potest, nisi secundum  
præsens tempus: quia in futurum precia  
variantur, facit reg. l. non quemadmodum,  
ff. de indic. Nisi sint contractus separati,  
vel tempora separatim exprimantur,  
secundum tradita ab Emil. Ferre. con-  
sil. 12.

30 Sic ad præcedentia aliquando incidit  
quæstio, quo ad estimationem fructuum  
vel reddituum, & in præx. i. vidi obser-  
uatum, ut redditus computentur secun-  
dum quantitatem collectam, tribus pro-  
ximioribus annis, idque similiter obser-  
uatum vidisse tradit Matth. *Afflict. lib. 2.  
Feu. tit. per quos fiat inuesti. §. sed res. n. 40.*  
facit text. celebris, & quæ per eum  
dicuntur, in l. quicunque, C. de epoch.  
publ.

31 Congruit præcedentibus quæstio, ita  
contrahentium, ut alter accepta certa  
quantitate alere debeat alterum: vide-  
retur enim in ea specie cessare remedium  
huius l. ob nimiam vitę incertitudinem,

arg. l. de fideicommisso, & ibi Alex. C. de  
trans. Bonus tex. in l. *sancimus, §. si. ibi, incer-  
tus fortuna exitus, C. de donat.* & quæ  
dici solent per l. si iactum retis, ff. de actio.  
empt. & de incertitudine vitæ humanæ,  
est tex. notab. in l. *senatus, ff. de dona. can.  
mor.* Et per hæc ita concludunt aliqui re-  
lati ab Alexan. in d. l. de fideicommisso, qui  
tamen se remittit ad Cin. & alios alibi  
resoluentes, ut etiam hoc casu sit locus  
remedio huius l. facta computatione à  
precio, & ab aetate eius, qui alendus est.  
Quod tradit plenus Paul. videndus in  
l. si pater pueri, Cod. de inoffic. test. & cum  
eo las. ibi. in fin. facit tex. in l. cum q. §.  
modus, ff. de trans. glo. in l. si qui, 15. ff. de fi-  
deicom. lib. Qua in re incidit tractatio  
æstimandi dubij eventus, de qua superius  
egimus, in 4. cap. 1. part. in quæst. trans-  
lationis. Tandemque hic articulus iudi-  
candus videtur ex communi æstimatio-  
ne, quatenus homines darent cōmu-  
niter pro alimentis ad vitam, iuxta gene-  
ralem doctrinam IC. in d. l. *precia rerum,*  
& post relatos Old. & alios tradit Coua.  
d. lib. 3. c. 9. num. 7.

In his autem non abs re putabunt, 32  
plures spectari debere iuris præsump-  
tionem, circa humanæ vitæ spatum, oc-  
curretque decisio l. hereditatum, & ff. ad  
leg. f. scid. de quæ ultra Alexand. ibi &  
Hispan. Xuar. in l. quoniam in prioribus, fol.  
11. Joan. Lup. in rub. §. 25. in princip. agit  
melius Molin. d. lib. commer. q. 72. & Co-  
uar. d. cap. 9. libr. 3 num. 8. vbi IC. ex aeta-  
te diuersas præsumptiones inducit, ut  
secundū eas in re ambigua aliquid cer-  
tum ad iudicia colligatur. Occurret et-  
iam decisio tex. in l. si quis argentum, §.  
fin autem denator, C. de donat. vbi in do-  
natione reddituum ad vitam, secundum  
gloss. & Dd. sumitur spatum 15. anno-  
rum, & ita generaliter iudicavit con-  
sil. Neapol. ut per Afflict. decis. 34. Sed  
is tex. specialiter intelligitur à Bald. Alb.  
Fulgo. Salic. in fauorem donantis, & ita  
Dd. alibi, ut refert Couar. d. c. 9. num. 5.  
& prius Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. & ad fin.  
num. 20. Quamuis autem tex. in d. §. fin  
autem, loqueretur in omni debitore, ni-  
hil faciebat cōtra receptam opinionem  
gloss. & Dd. de qua supra, nu. 29. de æsti-  
matione ad respectum 20. annorum: nec  
in iis villa resultabat repugnantia, quic-  
quid incaute scripserit Chass. in consu-  
Burg. rub. xi. §. 4. ad fin. char. 258. col. 3.  
Tex.

Tex enim in d. s. loquitur de solutione reddituum ad vitam, glo. autem & Dd. loquuntur de aestimanda re ex redditibus vel fructibus.

33 Ex proxime dictis colliges aperte, infirmum & parum probabile est, quod apud scrib. saepissime dici solet, iuris præsumptione cuiuslibet hominis vitam censeri usque ad centum annos: ad quod vulgo citatur l. fin. C. de sacro sancte ecclesie. & inde ad multa arguunt, inferuntque Dd. ut per Cepol. cant. 118. Francus in ea. si. in fine, de iudic. in sexto. Sed ius non vtitur tali præsumptione, vt inde aliquid certum statuat: nec d. l. fin. contrarium probat, quia tantum inquit posse hominem usque ad c. annos viuere, non quod ita iure præsumatur, vt bene aduertit Aret. in l. sed & si de sua, col. 4. ff. de acquiren. hered. & cum eo Ias. in d. l. fin. ad fin. Dec. in c. cum dilecta, col. 4. de confirm. util. Dec. in l. fin. num. 28. C. de edict. diu. Adr. tol. Socin. in l. si inter, col. final. ff. de reb. dub. Gozadi. consil. 68. num. 6. Alcia. reg. 1. præsumpt. 44. Marmerius in q. nihil commune, col. 5. in fi. Neuizan. in sua silua, Corras. libr. 5. misell. cap. 18. Vnde aptius & verius allegabitur negatiue, d. l. final. vt nemo præsumatur viuere ultra centum annos: quod probat tex. in l. proponebatur, ff. de iudi. & notat Corn. consil. 241. lib. 3. quem sequitur Capitius deci. 4. nu. 18. Corras. d. loco, Molin. in consuet. Paris. §. 1. glo. 2. n. 3. & Cotta in memorab. verbo, filius fam.

34 Ex supradictis, maxime ex d. l. eum qui, §. melior, ff. de in diem addic. liquet, de iure meliorem censeri conditionem, quoad venditorem, quando solutio precij statim sibi fit: & quodam modo ex dilatatione solutionis precium minui, §. plus, instit. de actio. vt supra, nu. 24. & 25. & bonus tex. in l. circa legem 6. ff. ad falc. cum alijs congestis à Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 18. nu. 3. quod an aliquando excusat mercatores carius vendentes credita, quam recepta pecunia, tradit Dec. consil. 111. & refert Couar. d. lib. 2. resolut. c. 3. num. 6. tradit D. Soto libr. 6. de instit. & iur. qu. 4. art. 1. & 2. & vide Cepol. consil. ciuil. 10. facit textus in cap. nauig. & cap. in ciuitate vsur.

35 Circa hæc propria l. nostræ, retinendum est, ad d. l. preciarerum, ultra omnes iustum precium rei censeri, quod à principe vel à Repub. statuitur, secundum Cepol. de simula. contr. vt tradit Cagn. hic a.

ad fin. nu. 269. Cremen. num. 273. Molin. de commer. qu. 58. Couar. lib. 3. resolut. c. 9. nu. 6. ad fin. Ex quo infert Molin. ad precium, quo Rex vendit redditus, vel pecuniam mutuam accipit: quod in Lusitania & Hispania conduceat ijs, qui à principibus redditus emerunt in perpetuum; vel ad vitam, quod vulgo iros & tencas appellatur: facit quod not. Bal. in l. fin. C. de magistr. conuen. & l. l. C. de predi. decur. Facit quod dicunt sepe scriben. de contra-etu principis, vt pro lege habeatur, ias post Bart. Paul. & alios in l. cœtu, ff. si cer. petat. per l. Cæsar. ff. de pub. & vect. & l. pen. C. de dona. inter vir. & uxo. Affili. decif. 299. nu. 14. Bar. Pau. in l. 1. ff. de constir. princip. Decius consil. 689. ad fin. Aret. consil. 153. n. 1. Curt. Iun. const. 174. n. 19. de intellectu tamen illarum legum alibi agimus: non enim à Dd. sat bene expenduntur.

Aestimatio totius rei integraliter, non 36 per partes fieri debet, quando de tota re agitur: nā per partes minuitur valor rei, vt probat tex. cū gl. in l. l. C. cōmu. dia. tex. in l. Melis. §. fi. ff. fam. excise. Bar. in l. uxorem, §. plagam, in fine, ff. de lega. 2. Fel. in ca. cum causam, 2. de testi. & alij supra citati.

Minus aestimabitur actio, quam res, 37 ex l. minus, ff. de reg. iur. & l. 6. ff. de minor. quod deduces ex traditis in questio. transactionis: & ita Socin. consil. 100. lib. 1. & Cagno. in l. qui actionem, nu. 11. ff. de reg. iur. & hic nu. 200.

Seruus ex patria aliquando minus, 38 aliquando plus aestimatur, l. quod si nolit. §. qui mancipia, ff. de adil. edict. glo. in l. fin. C. de munici. & orig. Seruus ex fugam minus aestimatur, l. si pecuniam, versic. penult. ibi, vilius factus, ff. de condic. ob cau.

Serua prægnans secundum aliquos, 39 plus aestimatur, vt per Alex. in l. falcidia placuit, ff. ad leg. falc. per tex. & glo. in l. si quod ex Pamphila. 75. ff. de l. secundo, vbi Paul. & alij ita sentiunt. Sed iudicio meo textus ille non videtur id satis probare, & forsitan ob maximum periculum fœminarum in partu, non deberet plus estimari ancilla prægnans, secundum doctrinam, de qua supra circa res periculis obnoxias. Text. vero in d. l. loquitur de partu aestimando postquam nascitur, vt effectum habeat voluntas testatoris relinquensis id, quod ex ancilla nasceretur, in quo inest conditio, iuxta leg. primam ad fin. ff. de cond. & dem. l. interdum, 73. ff. de verb. oblig.

40. Subdit gloss. hic, quod in aestimatio-  
ne inter alia habebitur etiam confide-  
ratio locorum vicinorum, prout in ijs  
tieri solet, sed principaliter attenditur  
locus, in quo sit veditio, vt probat tex-  
tus in l. fin. §. fin. C. de admin. tuto. de alijs  
enim locis non est tuta probatio, vt per  
Cagno. hic nu. 233. versic. videtur. De aesti-  
menda gemma vel simili re, quæ à  
vulgo emi non solet, vide Curtium Bur-  
gen. lib. 2. ad Vinid. collig. cap. II. & idem in-  
telliges de scriptis seu commentarijs ali-  
cuius docti viri, argum. §. si quis in aliena  
tabula, vbi notat Bald. quem vide, Insti-  
tut. de rer. din. f. De aestimanda præbenda  
agit Boer. de c. 19. nu. 4.
41. Dixi supra hunc. II. non videri verum,  
quod communiter tradunt Dd. vt te-  
stes circa probandum valorem & læsio-  
nem, etiam non interrogati, assignare  
debeant rationem testimonij, quod  
etiam probat Deci. in l. quatenus, num. 5.  
& 6 ff. de reg. iur. Nec aduertebant tot  
Dd. tunc non esse, quid imputetur testi,  
sed litiganti incaute articulanti, vel of-  
ficiali negligenter interroganti: testis  
enim potius videretur suspectus dicens  
ultra interrogata argu. l. qui omnia, §. 1 ff.  
de procur. Sed tunc utiliter applicabitur  
doctrina, quam ex Bald. retuli numer. 7.  
quam extollit Cagno, hic col. pen. nu. 265.  
in fin. vt etiam post publicatas probatio-  
nes, interroget iudex testes ipsos, de ra-  
tione eorum, quæ dixerint. Subdit Dec.  
in d. l. quatenus, ad fin. vt opinio Bald. con-  
tra gl. Bart. & communem, de qua supra,  
nu. 12. de teste dicente, quod ipse tantum  
daret, saluetur, quando articulus conti-  
nebat rem tantum valere communiter:  
quasi tunc dictum testis vel eius ratio  
referatur ad formam articuli, & secun-  
dum illum intelligatur: ad quod adducit  
doctrinam Bart. l. Labeo, ff. de suppel. lega.  
Sed melius citasset Alexan. consil. 88. n. 26.  
lib. 5. vbi alios refert: & Bald. in l. sed & si  
possessori, §. item si in rauero, ff. de iure in. Bart.  
enim in d. l. Labeo, nu. 38. aliud dicit, nem-  
pe quod ratio testis intelligitur secundū  
eius dictū præcedēs, quod extollit Aret.  
in l. si quis possumus, §. si filium, col. fi. ff. de  
liber. & posth. Nec videtur etiā in ijs ter-  
minis idoneū testimoniū, quo testis de-  
poneret de eo, quod ipse dabit. Itē cōtra  
Dec. facit: nā testis minus deponēdo, quā  
in articulis cōtinetur magis videtur cō-  
tradicere, ex vulgari reg. c. nōne de præsup.

Credo etiam contrā plures vbi supra, 42  
& Dec. in d. l. quatenus, vt sufficiat testes  
dicere, quod res tantum valebat, vt in-  
telligatur de precio communi: aliud  
enim non est iustū premium rei, iuxta d.  
l. precia rerum: quod si quis replicet, pos-  
se rem tantum valere alicui ob particu-  
larem causam, respondebitur, quod id  
non dicitur valor rei, sed necessitas vel  
particularis affectio, per d. l. nec dictum  
testis referri potest ad particulararem cau-  
sam, de qua nulla est mentio in articulis.  
Tutius tamen & apertius erit articulare  
& probare, communem aestimationem.  
Qua in re valet testimoniū, licet testis  
deponat secundū arbitrium suum: quā-  
do res non admittit omnīmodam cer-  
titudinem: ex Bart. in l. fin. C. de pradi. na-  
uic. Imol & Alex. num. 9. ad fin. in d. l. pre-  
cia rerum, colligitur extraditis à Felin. in  
cap. quoties, numer. II. & præced. de testi. vbi  
omniū videndum est. declarat etiam  
hoc Corse. in singu. verbo, testis, i. fol. 197. &  
Lofredus consil. 23. num. 8. & ita intellige  
supra tradita, num. 12.

Vltimo ad complementum materiae 43  
spectantis ad praxim huius l. notabilis  
articulus restat nullibi explicatus, quid  
iudicandum, si ex adductis ex parte con-  
uenti, vel alio modo aliqualiter enerue-  
tur probatio agentis, ne omnino con-  
cludat, & secundum iuris regulas vide-  
retur conuentus absoluendus, l. qui accu-  
sare, C. de ede. Pro eo etiam videtur re-  
gula, l. Arrianus, ff. de actio. & obli. I. Magis  
etiam in specie videretur vrgere, quod  
sensit glo. & ibi notant Bald. & Cuman.  
in l. si fundus, in fine princip. ff. de reb. eor.  
quod in dubio res præsumitur iusto pre-  
cio vendita, & ita Jacob. a sancto Georg.  
in l. onica, nu. 59. C. de ne lic. poten. ex Bald.  
& Salic. in l. per diuersas, C. manda. quos  
etiam refert Panth. & Crem. hic nu. 143.  
& Fabian. de empt. & vend. qu. 8. ad fin. n. 25.  
Ex quibus secure asserit Crem. hic n. 213.  
in hac materia in dubio absoluendum  
fore conuentum: nec læsum obtinere,  
nisi efficaciter probet læsionem ultra  
dimidium iusti precij, quod etiam tradit  
Boerius consil. 30. nu. 8. idque in praxi ma-  
gis recipitur.

Ego tamen æquius existimo, vt si  
actor bene probauit hanc læsionem, ob-  
tinere debeat, licet ex probatione con-  
uenti, obscuretur eius probatio: quia  
tunc non est causa in ambiguo, cum pro-  
batio

batio auctoris per se plena & efficax sit: iuxta l. ob carmen, §. si. ff. de testib. Sic etiam ex eadem probatione actoris, licet aliquid in ea desideretur, cessat obiectio proxime adducta, quod res presumatur iusto precio distracta. Item pro agente tunc vrget æquitas seu humanitas, in qua fundatur hæc lex: quæ æquitas aliquando præualet pro actore contra reū, ut tradit Dec. in l. fi. ad fin. C. de edic. d. ui. Adr. 101. Idque magis probandum videtur, quando probatio agentis non leuiter vrget: eo quod tunc nulla iniuria conuento infertur, cui à iure datur electio retinendi rem supplendo precium, vel restituendi eam retentis fructibus, secundum veriorem & receptiorem sententiam, de qua latissime egimus supra, in 4. cap. 2. par. His vero non adductis ita iudicari in senatu Paris, tradit Molin. de commer. qu. 14. n. 173 quod etiam colligi potest ex Bald. satis in simili in authen. omnes, in fine, C. commun. de success.

44. Iuuatur hæc resolutio, ex notabili doctrina recepta, (quæ in hac materia sæpiusme conductit) effectum probationis pro maiori parte arbitriarum esse: ut sci. licet ex ratione & alijs adminiculis possit iudex circumspicere recedere ab eo, quod testes fortasse corrupti vel deceperunt, quod colligunt scriben. ex l. tercia post principi. ff. de testi. ibi, tu magis scire potes. Ex quo text. solent Dd. sæpe dicere, probationem esse arbitriarj, & ita Pau. in l. Lucius ff. d. ijs, qui nec. inf. Pau. in l. admonendi, n. 39. ff. de iure iur. Alex. consil. 105. n. 4. l. 5. Deci. consil. 463. num. 23. & in alijs mulis, & Tho. decif. 34. num. 47. Curt. iun. consil. 178. n. 1. Ex quo ultra Dd. in ijs locis recte intelligetur tex. in quo glo. vacillat, in l. prima, versic. nam si quidem, ff. ad senat. Tur. ubi Marcellus cum Papinianno Inquit facti questionem in arbitrio iudicantis esse. Id enim ad probationem referendum videtur secundum precedentia, in quibus distinguit IC. circa modū sententiae, qua pronunciatur, accusantem non probare, vel calumniatum fuisse.

45. Ne tamen fraudibus occasio detur, & ne ob tale arbitrium iudices omittere possint veram probationem, contra reg. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. praf. & l. qui sententiam, C. de jen. cauendum est à generali traditione multorum, & intelligendum notabiliter cum Bar. in d. l. Lutetiu. in fin. ff. de iis, qui nec. infam. vt iudex

exprimere debeat, cur recedit à probationibus, & ita Ripa id extollens in d. admonendi, n. 67. Alex. in l. si is, ad quem, n. 11. ff. de acqui. her. Felin. in ca. licet causam, q. not. in fi. de proba. Exprimi enim debet, cur à regulis & consuetis recedatur: vt colligitur ex Bar. in l. 2. n. 1 ff. si quis in ius voca. las. in l. properandum, §. sine autem alterutra, nn. 10. C. de iudi. Felin. in c. 1. n. 7. co. 3. de re iudi. & in c. super literis, n. 17. de rescrisp. quod obiter diximus in preced. c. Sic etiam doctrina illa, q. 2d probatio censoratur arbitraria iudici, declaratur notabiliter ab Alex. d. consil. 1. 5. liby. 5. vt sine probatione corruat sententia, quādo iudex eā impediuit, & ita Mat. Affl. decif. 28.

**H**ic tandem his commentarijs fidem imponimus, in quibus vettiores sententias, & Reipub. vtiliores semper secuti sumus. Lectores autem admonitos velim, me non passim, nec in leuibus de numero authorum sollicitum esse, sed tantum in iis, quæ controuersa sunt. Quapropter nimium delicati erunt, qui in ambiguis allegationum copiam, vt superuacanea plaustra damnauerint: præcertim cum ex receptionis sententijs, & ex patribus vbiue constitutionibus, authorum numerus sæpiusme præualeat: agnoscentq; periti in ijs, & alijs nostris lucubrationibus nos semper longe plus veritati, quam numero tribuere, diligentiamq; à iudicio & examine superari. Omnia vero, quæ ad præsentem tractatum spectare videbantur, diligenter pensauimus, & perspicue tridere studuimus. Quid autem præstiterimus, periti candidè iudicent: quibus omnibus nostra libenter submittimus, securi quicquid calumniatores oblatrent: nec solicii de eorum iudicio, qui aliorum ædes se obscuraturos iactitant: impia allusione significantes, eruditonis nomen, vel claritatem (si qua inde paratur) se alijs posse, velleq; extinguere. Quod si labori nostro fortunæ aura defuerit, apud posteros saltem sublata iam inuidia, extincto ambitu, cessantibus suis (quibus plurimi sine virtute, virtutis præmia sæpius consequuntur) incorrupta, præiudicataque eruditonis opinio vni- cuique pro meritis manebit:

Deo laus & gloria.

ARIYS PINELYS.

E X

# EXPLICATIO

E IV S D E M

## C O N S T I T U T I O N I S

L. II. R E M M A I O R I S.

C. de rescind. vend.

Desumpta ex capite tertio & quarto libri secundi variarum Resolutionum Reuerendiss. Didaci Couarruias à Leyua Toletani, S. Dominici Archiepiscopi, & hoc transcripta.

### C A P V T I I I.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Precium iustum cuiusque rei non consistit in puncto indubibili, sed latitudinem habet.*
- 2 *Intellectus, l. in causa, §. idem Pomponius, ff. de minoribus.*
- 3 *Qualiter iustus rei cuiusque valor per testes probetur, & ibi Baldi sententia examinatur.*
- 4 *Precium iustum cuiusque rei non ex natura sua, sed ex communi hominum estimatione statuendum est. Ex quo piura delucuntur.*
- 5 *Fauore Reipublicæ & inopie communis precium taxari potest, eodemque cogitur quis vendere.*
- 6 *An liceat mercatoribus carius merces vendere pecunia credita, quam statim numerata vendidissent, & ibi intellectus capit. in ciuitate. & capit. nauigati. de usur.*
- 7 *An sit usurarius censendus, qui rem venderit carius iusto precio ob dilatam solutionem?*
- 8 *Traditur vera ratio considerandi laesio nem ultra dimidiā iusti precij.*
- 9 *Emptor conuentus ex l. secunda, C. de rescindendaventione, qui rem restituere elegerit, an sit condemnatus, ut eam cum fructibus reddat?*
- 10 *Actio ex eadem constitutione sitne admittenda aduersus tertium rei venditæ possessorem.*

Venadmodum satis celebris est Cæsarum constitutio, quæ de rescindendis venditionibus tractat ob læsionem ultra iusti precij dimidiā contingentem, ita frequentissimis, quoad Theoriam &

Praxin impeditur quæstionibus, ex quibus solet difficilis censeri. Harum aliquot attingā in præsentiarum, nō quod eas difficiliores esse censem, sed quia saepissime subeunt mentem eorum, qui tractatum istum expedire conantur.

Primum siquidem Accursius, & alij enixe laborant in perscrutando, quanam ratione sit isthaec læsio ultra dimidiā consideranda. Cuius rei cognitio ni præmitto, iustum premium rerum nequam consistere in puncto individuo, sed in mediocritate quadam, quæ latitudinem habet per gradus, quemadmodum generaliter docet Aristoteles, lib. 2. Eth. cap. 6. Itaque cuiusque premium triplex est, *supremum, infimum & medium*, nec potest accidere, rem quandam præcise 100. valere, ita, vt nec valeat plus, nec minus. Valet enim 100. precio medio, at precio supremo 100. & 5. precio infimo 95. Iniquitas enim in precio constat propter excessum, vel diminutionem iusti precij, quod ad mediocritatem pertinet, quæ cum latitudinem habeat in premium supremum, infimum, & medium distinctam, in hoc triplici precio iniquitas contingere nequit secundum Scotum in 4. dist. 15. qu. 2. & ibi Maiorem, qu. 29. & 40. Conrad. de contractibus, 3. parte, qu. 56. consil. 5. Anton. Burgen. in cap. cum causa, de empt. & vend. nu. 5. Carol. Molin. de contract. quæst. 14. col. 2. Ioan. Medina. de restit. quæst. 21. & seq. Mart. ab Azpilcueta in cap. qualitas, de peniten. dist. 5. nu. 45. & idem colligitur ex diuo Thoma, 2. 2. quæst. 77. art. 1. Pluraque ab eodem axiomate deriuantur non omnino relatione indigna.

Primum, vera interpretatio IC. in l. in causa, §. idem Pom. ff. de minor. scribētis, licere naturaliter contrahentibus inuicem se decipere, siquidem id verū est, modo ea deceptio intra latitudinē iusti precij & eius mediocritatem contingat, alioqui licere nequit naturaliter, si ea per excessum, aut diminutionem iusti precij acciderit, cum vere iniqua tunc sit, nec possit vlla lege probari, vel plane IC. responsū ad mutuam, tacitamque pertinet contrahentium indulgentiam, quæ condonare videtur ob naturam contractus modicam læsionem: cum alioquin commercia ipsa impedirentur, si semper exacta illa, & mathematica precij æqualitas foret anxie, & numia scrupuloſitate confit.

consideranda. Honestius siquidem & utilius est, modicum defectum, vel excessum mutuo condonare, quam in summa & individua aequalitate immorari & torqueri. Quam ob rem non tantum utile, sed & maxime commerciis humanis necesse fuit, modicam à summa illa precij aequalitate defecctionem permettere, & etiam fideliter probare, quae ob id naturaliter licere dicitur, quod contrahentes naturali consensu id sibi mutuo condonare videantur, & quia de natura contractuum ea esse videntur, sine quibus commode non possunt in communione & promiscuo usu haberi, sicuti eleganter explicat Carol. Molin. d. qu. 14. col. 2.

Secundo inde constat, posse quem iustissime vendere pecunia ad tempus credita precio supremo eas merces, quas statim pecunia numerata precio mediocri, vel infimo vendidisset, aut vendere consuevit: hoc etenim in specie notant Dec. consil. III. Cepol. consil. ciuil. 10. col. 4. Caiet. 2. 2. q. 77. ar. 1. Sylvest. verb. usura, 2. § 1.

3 Tertio ab eadem radice procedit ratio eius, quod Bald. scripsit in d. l. secunda, num. 26. dum censuit, non satis probatum esse lesionem ultra dimidium iusti precij, testibus asseuerantibus rem venditam tempore contractus valuisse decem & plus. Idem repetit ipse Bald. in cap. cum causa, de testibus, nu. 3. ex eo, quod incerta sit isthac testium asseveratio, cum illud plus referri valeat ad variam precij quantitatem & excessum. Meminit huius opinionis satis dubius Panthaleon Cremen. in d. l. secunda, fol. ult. versi. querit etiam Bald. Hic ego sane distinguendum esse arbitror, nam si testis dixerit, rem venditam iusto precio valere, aut valuisse tempore contractus decem, ea affirmatio non probat omnino, ita esse eius rei premium iustum decem, ut minoris nec pluris iuste valuerit, cum considerata latitudine iusti precij potuerit res illa etiam iusto precio nouem aestimari, & ideo concludens non est testis responsum ad rescissionem contractus ob lesionem ultra dimidiam iusti precij. Quam ob rem expediat, vt testis interrogetur, & respondeat, rem illam valuisse iusto precio supremo, vel infimo, maiori, vel minori decem, aut saltem iuste decem, & non pluris vel minoris valuisse tempore contractus.

Sic etenim exacte, vel venditor, vel emptor agens ex d. lege sec. iustum premium probabit, ac demum iusto precio probato, excessum ad deceptionem ostendendam iudicabit tex. optimus in d. cap. cum causa. Quod si testis dixerit, rem iusto precio minori valuisse decem & plus, nil certum ab eius testimonio deducitur, quoad excessum per dictioinem, Plus, significatum, secundum Bald. & colligitur ex notatis per Bart. & Ias. in l. cum furti. ff. de in litem iur. & ideo si testis responderit, rem venditam iusto precio minori valuisse tempore contractus decem & plus, ac venditam fuisse quinque, non sufficiet probatio ista venditori ad rescissionem contractus, quod Bald. in hac specie notat, & post eum Imola in cap. cum causa de empti. pen. col. Felin. in ca. licet causam, num. 8. de probatio. Anton. Burgen. in d. cap. cum causa, num. 5. Alexan. consil. 109. libr. 4. num. 15. Quibus ea ratio aduersatur, quod iuxta communem omnium interpretationem etiam minimus excessus ultra dimidiā locum faciat dicitur. secunde, & tamen dictio, Plus, eique similis, ultra, proculdubio, etiamsi incertam quantitatem, excessum tamen vtcunque modicū ostendit, l. hec adiectio ff. de verbor. signific. Igitur probatur ex eo testimonio lesio ultra dimidiā, quae sufficiens est ad rescissionem. Atque ita contra Bald. tenent Salic. in d. l. 2. num. 24. Felin. in d. cap. cum causa, de testib. Alex. in l. & si post tres, num. 7. ff. si quis caut. Ias. in d. l. cum furti in fine. Quod verius appetit quoad contractus rescissionem, licet quoad completionem iusti precij, parum illa dictio, Plus, probet, quemadmodum in d. l. 2. explicat Panthal. Cremen. Aret. in d. cap. cum causa, num. 14. ex quibus ipse potius accederem Salic. ubi ratio testis concludit de aliquo ultra numerum ab eo expressum, authore Car. Molinæo in d. Alexan. consil. 109. Verum si testis hac de re interrogatus dixerit, rem venditam fuisse ultra dimidiā iusti precij, esse hoc sufficiens responsum ad plenam & congruam probationem, ut contractus rescissio fiat, volente venditore rem accipere, & premium reddere, existimant per eum text. Ant. Abb. Aret. & Feli. in d. cap. cum causa de testibus. Illud præterea adnotantes, necessariam fore probationem certam iusti precij, si venditor, emptor.

emptorve reus noluerit contractum rescindi, sed elegenter excessum, vel reddere, vel diminutionem iusti precij suppleret. Ita quidem egregia Romani Pontificis decisio in d. cap. cum causa, hoc ipsum probat, dum in iudicio ostensa deceptione ultra dimidiā iusti precij, exigit iusti valoris certam probationem.

4 Ceterum, iustum cuiusque rei premium non ex cuiuslibet affectione, aut sumptu constat, sed ex communi hominum aestimatione perpenditur: itaque tantum valet res, quantum absque fraude & iniuria vendi communiter potest homini scienti eius conditionem. Prior huius propositionis pars probatur in l. *precia rerum*, ff. ad leg. *Falcid. text. in cap. 1. de emptioni. & l. seruum meum*, ff. ad legem *Aquil. & in l. septem, C. de erogat. milit. ann. non. lib. 11. Non ignoramus*, inquit Plinius, lib. 33. cap. vlt. *precia rerum*, que usquam possumus, alia in alijs locis esse, & omnibus pene annis mutari, prout navigationes constituerint, aut ut quisque mercatus sit, aut aliquis praualeans manu eis annonam flagellat. Posterior pars apparet ex glo. singul. in l. *mortis causa a capitulo*, ff. de donat. cau. mor. vbi Ang. & Imol. Bart. & ibi Alex. in l. 1. §. si heres, ff. ad *Trebellia. & Felin. in d. cap. cum causa, de testib. col. 2. ex quo plura deducuntur.*

Primum, in contractibus emptionum & venditionum, similibusque permutationibus, nequaquam attendi nec constitui iustum premium ex natura rei, sed ex hominum aestimatione, tametsi insana sit aestimatio. Nam si natura rei foret obseruanda, pluris esset aestimandus equus, quam gemma, ob utilitatem equi, & quod omne viuum & animatum pretiosius est mortuo & inanimato ex natura sua, secundum Conrad. *de contract. qu. 56. sec. supposit.* Sic apud Indos triticum maiori precio venditur, quam in Hispania, inspecta quidem communi hominum aestimatione, non ipsius rei natura, quae eadem est apud Hispanos & Indos.

Secundo hinc apparet in precij iusti aestimatione non esse considerandum, quanti res ipsa empta fuerit, nec quot labores pro eius acquisitione vendor fuerit perpeccus, sed tantum habendam esse rationem communis hominum aestimationis. Sic sane mercator, qui magnis expensis attulit merces e Flandria, non poterit eas carius vendere,

quam communi hominum aestimatione valeant in Hispania, alioqui restituere tenebitur, quidquid ultra iustum premium acceperit. Nam licet in venditione mercium sit considerandus sumptus vendoris, tamen id verum est, ubi communi hominum aestimatione valor ipsarum mercium non fuerit diminutus, quod expressim Conrad. adserit in d. qu. 56 conclus. 3.

Tertio eadem ratione constat, non posse venditorem ultra iustum premium rei ex communi hominum aestimatione, quidquam recipere ex eo, quod rem illam ipse vendor pluris emerit. Id etenim nil facit ad ipsius rei propriam & veram aestimationem.

Quarto manifestum est, non posse venditorem ab emptore ultra iustum premium exigere, nec recipere quidquam propter damnum, quod ipse ex venditione patitur, nisi ad preces emporis rem vendiderit, alioqui non venditurus, ut scribit D. Thomas, quem Sylvestr. sequitur, verb. *empt. q. 6.*

Quinto infertur, posse iuste emi rem valentem centum, minori precio, nempe octuaginta, si ea res in tutto non sit, imo litigium immineat, habeatve aliquod onus annexum, l. *fundi partem*, ff. de *contrah. empt. Panor. in causum Ioh. 2. col. 2. de fide instr.* idem in cap. vlt. de alien. iud. mut. cau. facta, nu. 6. sentiunt Bart. & Dd. in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.

Sexto hinc certum est inspecta communi hominum aestimatione, premium rei diminui vel augeri ex paucitate emptorum, & multitudine mercium a vendorum, quod in nundinis quotidie contingit. Et eodem pacto premium minuitur, si vendor emptorem querat, nam ultra merces vilescant, & ideo in subhaftationibus vilius res emuntur. Nec est peccatum expectare tempus, quo res venalis exponatur, ut vilius ematur, cum tamen iusto precio emptio fiat. Tradit ad haec plura Caietan. 2. 2. q. 77. art. 1. quod si merces sint necessariae Reipub. vt frumentum, vinum, & similes, iure probari potest, eas vendi debere mediocri precio, attentis sumptibus, expensis, & laboribus vendorum, & praeterea boni viri arbitrio, aliqua data quantitate, quae ipsis vendoribus lucro cedat. Aequum profecto hoc est, ne ob mercium & vendorum paucitatem

Respu-

Respublica inopiam, famem, & penuriam patiatur in annonā, censere hanc opinionem Ang. *in summa, verb. empt. nn. 7. & Sylvest. quest. 9.* & probatur ex ea, quod vbi adest necessitas rerum ad victum pertinentium, & Respublica graduatur annona inopia, cogitur quis vendere merces Reipublicæ necessarias, text. *in l. i. vbi Bart. & alij, C. de episcop. audi. Panor. & alij per text. ibi in cap. i. de empt.* quod & ipse explicabo lib. 3. *huius oper. cap. 14.* Iusto tamen precio hanc venditionem indicendam esse, probat text. *in l. annonam. ff. de varijs & extraord. crim. l. i. §. cura carnis, ff. de offic. prefat. verb. l. si quis sepulchrum. in princip. ff. de relig. & sumpt. fun.* quibus locis satis constat iusto precio esse venditionem hanc faciendam, quoties in fauorem publicum quis cogitur vendere. Probat id ipsum text. *in l. venditor. §. si constat. ff. communia pref. vnde quod Bart. scribit in d. §. cura carnis*, dicens, tempore publicæ inopie & necessitatis quem cogi vendere merces Reipublicæ necessarias viliori precio, & sequuntur eum Roman. *in l. 2. nn. 12. ff. solut. matrim. Alex. consi. 190. col. 2. lib. 2. Tiraq. lib. 1. de retract. in prefat. nn. 28. per text. in l. 2. 5. inde agitatum est, ff. ad leg. Rhod. de iact. & in l. si pendentes, §. si quid cloacarij. ff. de usur. vel in dictis iuribus non probatur, vel ita accipendum est, ut tempore publicæ necessitatis quis cogatur vendere precio statuto ab ipso Reipublicæ administratore, quamvis id precium sit minus, quam illud, quo res illa posset communiter vendi, hoc vero precium taxatum à prætore iustum est, aliud vero iniustum. Et ideo non omnino recte colligit Bar. quia nunquam licitum erit cogi quem, rem propriam vendere precio iniusto, etiam fauore Reipublicæ, ut IC. opinatur *in d. §. si constat.* Aut saltem Bart. sententia erit admittenda, vbi non tantum adest publica necessitas, quo ad ipsam rem vendibilem, sed & adest publica necessitas, quo ad precium. Itaque Respublica indiget illa re ad aliquod commune bonum, nec habet pecuniam pro precio dandam, tunc etenim locus est plane opinioni Bart. *in d. §. cura.**

*6* Septimo, si communis hominum estimatione ad iusti precij definitionem obseruanda est, ut opinamur, poterit iure assuerari, non esse damnandos mercatores,

qui in nundinis merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, vendunt carius precio ad certum diem soluendo, quam si statim id numeraretur. Nam in his mercibus iuxta communem hominum estimationem, cum ad tempus precio soluendo vendantur, iustum premium illud adsumendum est, quo ad pecuniam creditam pertinet, propter hominum coniunctum, & mutuam permutationem. Nec possent commode emptores reperiri, qui statim numerato precio, eas merces emerent, & tamen hi reperiuntur faciliter, & in maximum Reipublicæ commodum, vbi fides de precio habetur ad certum diem. Hoc ipsum est, quod adnotarunt Salic. *in Authen. ad hæc 9. & 11. quest. C. de usur.* Dec. consi III. col. 3. probaturque alijs rationibus traditis diligenter per Ioa. Medin. *de contract. quest. 38. causa 6.* vbi conatur hanc opinionem cuertere satis urgentibus rationibus, ex quibus eius sententia tūcior est, quamvis & hæc defendi possit.

Cæterum quandoque licet mercatori rem vendere ob dilatam precij solutionem carius iusto precio, quam res ipsa valebat tempore contractus. Et id permittitur, vbi adest dubium, an res ipsa tempore solutionis sit plus, vel minus valitura, nec venditor erat ante tempus solutionis venditus. His etenim duobus contingentibus licita est hæc venditio, text. celebris, *in c. nauiganti, & in c. in ciuit. de usur.* vbi D. Hostien. *in summ. titu. de usuris, §. an aliquando. vers. quid ergo. nouiores in c. ad nostram. de empt. & vend.* Sylvest. *verb. usur. 2. §. 2.* Maior *in 4. distinct. 15. q. 32.* Prior siquidem conditio licitatem reddit hanc pactionem, propter dubium euentum augmēti, & diminutionis, quo ad precium. Emptor etenim & venditor commodum & incommodum ex eo contractu sperare possunt, cum soleat precium cuiusque rei lapsu temporis augeri, rursus & minui, quo fit, cum contractum illicitum esse, quo res venditetur precio, quo pluris valebit à tempore contractus usque ad mensem Maij, aut Iulij. Constituitur sane tunc in tutto venditor, quippe qui frumentum, aut similes merces vendit precio, quo iuste valent tempore contractus, & deinde quo pluris valebunt ad diem di-

latæ solutionis, quod iniquum est secundum Hosti. in d. §. an aliquando, vers. quid s. Laurent. à Rodulphis in repet. c. consuluit. de vſur. q. 29. & seq. Anani. in d.c. nauiganti. numer. 12. Scot. in 4. distin. 15. q. 2. artic. 2. col. 4. & Syluest. verb. vſur. 2. q. 2. versi. sextum. Posterior conditio traditur à gl. communiter recepta in d.c. in ciuitate, & probatur inibi, atq; e expressius in d.c. nauiganti parte vlt. dum summus Pontifex respondet in hunc modum. Ratione huius dubij etiam excusat, qui pannos, granum, vinum, oleum, & alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen eo tempore contractus non fuerat venditurus. Ex quibus colligitur communis opinio, quam probat præter alios Iohannes à Medita de restit. q. 38. causa 5. & Cepola consil. ciui. 10. col. vlt. Et licet in d.c. in ciuitate, tantum fiat mentio prioris conditionis, posterior additur in d.c. nauiganti. Quemadmodum frequentissimo omnium consensu receptum est, cum species illa, quæ expeditur in d.c. in ciuitate, eadem sit, quæ in d.c. nauiganti. versi. vlt. proponitur. vbi harum duarum conditionum sit satis expressa mentio, nec aliter ea constitutio intelligenda est, tametsi Caieta. 2. 2. quest. 78. artic. 2. ad sept. probare conetur, priorem conditionem absque posteriori satis sufficere ad ipsius contractus iustiam, atque ita satis esse censem, merces vendi pecunia credita maiori precio, quam valeant tempore contractus, quando adest dubium, an tempore solutionis sint pluris, minorisve valituræ, tametsi non foret venditor eas seruaturus in tempus destinatae solutionis. Nec Oberit, ut ipse opinatur text. in d.c. nauiganti. dum vtramque conditionem exigit, quia inibi veditio non sit pecunia credita, sed statim soluta, & ideo vtraque conditio exigitur, quasi secus sit, vbi venditio sit pecunia ad certum diem numeranda, à quo tempore contractus hic perfectiōnem adsumit, & ea ratione sat erit, dubium maioris, vel minoris precij ad eam usque diem adesse, licet non esset venditor merces seruaturus. Eandem opinionem, ni fallor, colligi posse existimo ex traditis per Conrad, de

contract. quæst. 61. quæ tamen mihi non placet, cum quia aduersus frequentissimam omnium sententiam proponitur, tum etiam ex eo, quod absonus sensus videtur is, quem Caietan. tribuit Romani Pontificis decisioni in d. cap. nauiganti. §. vlt. Quo in loco non potest congrue fangi, venditionem factam suisse pecunia statim numerata, siquidem fatuus & insanus esset emptor, qui merces emeret pecunia statim numerata carius, quam sit earum iustum precium tempore contractus. Quamuis adhuc non iudicarem contractum cum illicitum, si venditor non esset eas merces eo tempore venditurus, essetque dubiuin, an pluris minorisve forent valituræ eo tempore, in quod is venditionem destinauerat, iuxta ca, quæ à Conrado & Caiet. traduntur: sensit Syluester verb. vſura 2. q. 2. versi. nec distinguo. nec refragantur hi, qui communem opinionem defendunt.

Quibus quidem prænotatis primum infertur in hac venditionis & emptio- nis iustitia, vbi precium augetur ex du- bio futuri temporis, considerandum esse arbitrio boni viri ad iusti precij taxatio- nem, quid in his mercibus seruandis aut custodiendis esset venditor expensurus, quod sensere Ioan. Maior d. q. 32. col. 3. & Syluest. §. 2.

Item secundo hinc apparet, posse quem vendere frumentum precio, quo valebit hebdomada, mense vel die, ad quem vique erat seruaturus, nec tamen exigit precium maius illius diei, vel mensis, sed mediocre, vel commune, secundum Bernardin. ser. 34. arti. 1. col. 3. & Syluest. d. §. 2. ver. tertium, quo in loco is author sorbit, hunc venditorem, qui merces esset alioqui seruaturus, posse eas vendere ea condi- tione, ut cum ei libuerit, eligat pre- cium commune, modo semel eo consti- tuto & electo, variare nequeat. Eodem iure tradit Scotus distin. 15. q. 2. art. 2. in fin. venditorem, qui merces est seruaturus ad Calendas Martias, non posse eas v- dere Calendis Octob. precio, quo vale- bunt Calend. Maij.

Tertio eadem inspecta ratione poterit non incongrue intelligi, quod plerique opinantur, asserentes, posse mer-

Ces vendi carius iusto precio ob dilatam eius solutionem, ubi venditor ex eo, quod premium statim non fuerit ei solutum, amittit, aut proprius cessat adquirere lucrum, quod eius industria & pecunia statim soluta, verisimiliter adquisitus foret. Nam ratione huius intercessus, potest merces vendere carius iusto precio pecunia credita, argumento sumpto aglo. communiter recepta *in ca. conquestus de usur. & in l. curabit. de actioni. empt.* de quo alibi latius tractabitur, siquidem in specie hanc opinionem probat Conrad. *de contract. q. 39. concl. 3. Abbi. col. pen. & Ananias numer. 16. in d. capit. nausiganti. & Caiet. d. quest. 72. artic. 2.* Hoc etenim verum est, atque ita erit observandum, ubi mercator statim pecunia soluta posset eas merces vendere, & emptores earum haberet, alioqui si mercibus non venditis pecunia credita, mercator esset eas retenturus, nec emptores earum haberet precio statim numerato: non video, quid eius intersit, fidem habere de precio, cum aliter eas merces vendere non possit, quam obrem ita visum est Syluestro, *verb. usur. 2. §. I. Quibus omnibus illud adjiciendum est, iuste posse emi merces, statim pecunia numerata, tradendas tamen ad certum diem minori precio, quam valeant tempore contractus, ubi dubium est, an sint pluris, vel minoris valiturae tempore traditionis, text. optimus ind. cap. nausiganti, §. I. vbi Dd. & crudite Anto. Burgen. in cap. cum dilect. de empt. num. 37. & seq. Sic etiam licitum erit, dare frumentum vetus in permutacionem noui recipiendi tempore colligendarum messium, modo dubium sit, an frumentum nouum sit plus, vel minus valitulum, quam vetus. Vel quando, qui dat frumentum vetus, esset illud seruatur in tempus messium colligendarum, habita ratione eius, quo pluris eo tempore solet aestimari frumentum nouum, quam vetus. Haec etenim deduci comode possunt ex predictis constitutionibus, quibus addi Ias. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Illud profecto latrociniij genus maxime execrandum est, & iustis poenis vindicandum, quo mercatores vtuntur, quippe, qui pecunia credita vendunt indigentibus, & aliqua egestate oppressis merces carius, quam valcant, & per se, vel per alios sta-*

tim iterum eas merces emunt ab his, quibus eas vendiderant, & sit emptio isthac viliori precio ob id, quod statim pecunia numeratur. Quod eleganti oratione improbat Car. Molin. *de contract. num. 14.*

Verum, si quis absque predictis conditionibus vendiderit res consistentes numero, pondere, vel mensura carius iusto precio ob dilatam precij solutionem, usuram committit. Praesumitur enim contractus mutui verus simulata venditione, ne venditores cogantur excessum iusti precij restituere iure Canonico aduersus usurarios statuto, quod probatur *in d.c. in ciuitate, & c. nausiganti, de usur.* Et tamen emptor tenetur soluere premium iustum predictarum mercium attento tempore contractus, nec poterit ille excessus iusti precij ab eo exigiri, nec latius erit, reddere tantundem frumenti, vel olei, cum usque ad iusti precij quantitatem vere sit dicendus hic contractus venditionis, ratione tamen excessus praesumitur multum. Et ideo redigitur res ista ad equalitatem sublati excessu iusti precij, quemadmodum praemittunt Abba. numer. 2. & Anani. numer. 1. in d.c. inciuitate, sensit Sali. in authen. ad hoc, quest. 9. C. de usur. Quod si res alia vendatur carius iusto precio ob dilatam solutionem, que tamen non sit ex his, quae pondere, numero, vel mensura traduntur, non erit contractus censendus usurarius, secundum Bald. in rubr. C. de usur. 2. col. quem defendit Ant. Burgen. in cap. ad nostram, n. 18. de empt. Quod alibi examinabitur ad interpretationem l. curabit, C. de actioni. empt.

His sane praehotatis rursum queruntur, quid sit obseruandum, quaeve ratio sit habenda ad deprehendendam laisionem ultra iusti precij dimidiā. Et profecto, ubi venditor tractat de deceptione, conueniunt fere omnes iuris utriusque interpretes, tunc cum deceptum fuisse ultra dimidiā iusti precij, quando nondum recepit dimidium iusti ipsius rei valoris, aut si rem, quae iustissimo precio valet centum, minori precio, quam quinquaginta vendiderit. At si emptor eam actionem aduersus venditionis contractum in iudicium deduxerit, seque lasum ultra dimidiā iusti precij dixerit, quibusdam usum est,

satis esse, vt huic actioni locus sit, si pro ipsa re dederit iustum precium, & præterea plus, quam iusti precij dimidiam partem, nempe, si emerit rem, iusto precio valentem centum, ad summum, centum quinquaginta tribus, aut duobus, ac tandem tunc cum posse iure isto agere, sicutque intelligendam esse dictam leg. secundam decisionem tenent Accurs. & Dd. ibi, præsertim Bald. quest. 17. Fabianus de empt. q. 8. principal. 2. col. Ant. Burgen. in d. cap. cum dilecti, nu. 14. de empt. & Panorm. post alios in cap. cum causa, de empt. vbi gloss. & Dd. in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig. tradit Car. Molin. in consuet. Paris. §. 22. num. 46. Theologi, præsertim Scotus, Gabriel, & Alma. in 4. distinct. 15. q. 2. regia lex 56. titu. 5. par. 5. l. 4. titu. 7. lib. 5. ordin. alij diuersum opinantur, existimantes, tunc emptorem agere posse d. l. secunda actione, vbi rem emerit precio excedente plus duplo ipsum iustum valorem, vt puta rem iusta estimationis viginti emerit quadraginta vno. Huic opinioni accessere Panor. in c. cum dilecti, numer. 2. de empt. & vend. Petrus à Bella Pertica & Cyn. ind. l. 2. quest. 7. Rofredus in libello, de actione quantominor. Specula. tit. de empt. versicul. vbi autem. Oldend. 4. actionum classe, act. prima, subtiliter & docte Carol. Molin. de contract. q. 14. num. 174. regia lex, 16. tit. 11. part. 4. quorum opinio ex eo probari videtur, quod ad rectam rationem, & verum examen l. l. 2. si velimus scire, an emptor sit laesus ultra dimidiam, inspiciendum est, valeat ne res empta minus dimidia precij conuenti, tunc etenim necessario dicetur laesus ultra dimidiam, non alias. Incipiendum siquidem est à re empta non ab ipso precio, & considerata commutatione, vt sit iusta & æqualis, perpendendum est, quod emptori res empta nihil aliud est, quam precij conuenti pensatio: sicuti venditori precium itidem est rei venditæ æqua æstimatio pensatioque. Et ideo quemadmodum vendor laeditur ultra dimidiam, si precium conuentum sit minus dimidia valoris rei emptæ: ita emptoris laesio directe cognoscitur, si res empta valeat minus dimidia precij conuenti. Et præterea sicut in venditore oportet, quod res duplo superualeat precio conuento, vt sit laesio ultra dimidiam: ita in emptore oportet precium conuentum

plus duplo superualere rei emptæ. Quibus profecto consideratis, non omnino ridiculum est, quod hi authores opinantur: tametsi adhuc his non obstantibus communis omnium sententia, quæ receptior est apud forensia tribunalia, potius arrideat. Prior namque opinio, quæ communis est, respicit deceptionem emptoris in eo, quod dat, nempe precio. Posterior vero in eo, quod recipit, ratione precij. Venditio vero est à precio iudicanda, non ab eo, quod utrinque datur, sicuti permutatio, cum venditio vera non sit permutatio pecuniae cum re, sed æstimatio rei per pecuniam. Igitur tantum considerato ipso precio, quod emptor dat, laesio contingit ultra dimidiam, si dederit sexdecim in precium rei iuste valentis decem: alioqui iuxta posteriorem Cyni & aliorum opinionem in venditione vnius & eiusdem rei, cuius æqua & exacta æstimatione in decem constituitur: difformis haberetur ratio, cum ad laesionem ultra dimidiam venditoris tantum sufficeret sex: & ad eandem laesionem emptoris essent necessaria vndecim, quod Bald. & alij perpendunt: maxime Car. Molin. in d. §. 22.

Est & aliud hoc in tractatu disputatione dignum: sit ne reus conuentus ratione deceptionis ultra dimidiam condemnandus ad fructuum ex re perceptorum restitutionem: vbi rem ipsam rescisso contractu restituere elegerit. Et probatur eam restitutionem cum fructibus faciendam esse, ex eo, quod cum venditio ex causa de præterito, quæ iam inerat à tempore venditionis, reuocatur, fructuum ab ipsa re vendita perceptorum restitutio fit, text. in l. cum autem, §. cum redhiberetur, l. quod si nolit, in fine, ff. de edil. edit. l. quod dictum est, & l. Imperator, ff. de in diem adiectione, notat Tiraq. in l. sive unquam, verb. renuntatur, numer. 229. & 232. C. de reuoc. donat. Sed venditio iniusta ratione precij rescinditur ex causa, quæ tempore contractus inerat: igitur & cum ipsis fructibus restituenda est res ipsa, de cuius restituzione agitur. Deinde hoc probatur in l. 1. C. si maior factus alienat. rat. habuerit, vbi nolente emptore precium iustum supplere, rescinditur venditio, & res cum fructibus restitui debet. Et præterea quoties etiam actione personali restitutio

tutio alicuius rei datur ex iustitia, fructus in eam restitutionem veniunt sine mora, sine mala fide, *l. patri, §. item ex diuerso, ff. de min. l. videamus, in 2. ff. de usur. quod & nos tradidimus lib. I. c. 3. in princ.* Atque ita hanc sententiam veriorem esse putant Rofred. *4. par. de libellis, rub. de att. civili quanto minoris, nu. 20. Albe. in d. l. 2. num. 16. & Salic. ibi, num. 5. ex Iunioribus Eman. à Costa Lusitanus, in §. & quid si tantum, 2. part. nu. 72. ff. de libe. & posthum. quibus profecto refragantur Bald. in d. l. 2. numer. 3. & Panthal. Crem. col. 29. Anchæt. in reg. peccati venia. quest. 10. vers. sed ego ut dixi, de regul. iur. in 6. Cepola de simulat. contract. §. 2. ad finem, Anto. Burgch. in c. ad nostram, de empt. num. 36. Sylvest. verb. usurra, 2. q. 15. & Fabianus de monte S. Sabini in tract. de empt. 8. quest. principalis, col. pen. versi. 8. Hi quidem omnes existimant, emptorem conuentum actione personali ex d. l. 2. & nolentem iustum premium supplere, nequaquam esse condemnandum, ad restitutionem rei cum fructibus: quia interim, donec contractus rescissio sit, dominus verus est, & ideo propria re vtitur, nec tenetur fructus restituere, cum eos suos fecerit, quæ ratio parum vrget, siquidem & is, qui à minore emit, ante concessam in integrum restitutionem, verus dominus est, & tam data in integrum restitutione ad fructus tenetur. Sic & in redhibitoria, ante redhibitionem, verum dominium habet, quod negari non potest. At nihilominus condemnatur ad rei cum fructibus restitutionem, quam ob rem opinio Rofredi iure verior est: licet contrariam praxis receperit: quæ forsitan obtinuit ob id, quod in ixta dict. l. 1. c. si maior factus alienat. sine decret. fact. rat. habue. Rofred. & sequaces, vendor etiam teneatur premium cum usuris reddere. Hæ vero usurra etiæ eo tempore legum latoribus usitate fuerint iusta, nunc tamen iniquum apparet lege naturali, diuina & humana, ex pecunia usuram recipi, & ideo cum vendor tunc reddere tenebatur premium cum usuris, aquissimum equidem fuit, quod & emptor rem cum fructibus restitueret. At cum hodie usuræ ex precio reddi non debant, mirum videri non debet, si nec emptor fructus rei restituere minime tencatur. Sed & antiquitus venditore reddente premium cum*

usuris, emptor damnandus foret, vt & fructus perceptos bona tamen fide consumptos, restitueret, ob æqualitatem inter contrahentes seruandam, alioqui iniquum esset, à venditore precium reddi cum usuris totius temporis, ab emptore vero rem ipsam tantum sine fructibus perceptis, quos bona fide consumperit. Et quamvis praxis his rationibus potuerit persuaderi, adhuc opinio Rofredi iustiorem habet causam: siquidem premium reddi cum usuris, iniquum est, rem autem cum fructibus restitui, maximam æquitatem habet, propter ea, quæ in prioris sententiae comprobationem adduximus. Alia etenim ratio est eius, quod à Cæsaribus decisum est, in l. curabit, C. de actio. empt. vbi cogitur emptor usuras precij non soluti venditori reddere, quia interim ex re vendita fructus percepit, quos iure percipere æque non poterat ante precij solutionem, saltem potuisset vendor eos precipios, velut ex re propria consequi. At in præsenti specie non ita contuenit à me reddi usuras precij, ob id tantum, quod mihi res debita cum fructibus restituatur. Verum opinione Rofredi admissa, in hac fructuum condemnatione obseruandum est id, quod in actionibus realibus, cum agitur de fructibus restituendis, iure definitum est, vnde emptor restituet rem ipsam, & si bonam fidem habuerit cum fructibus perceptis nondum consumptis: item & eos reddet, quos post litis contestationem perceperit, atque etiam consumptos prius, vbi factus fuerit locupletior, quemadmodum distinximus superius cap. 3. primi libri. Eodem pacto si quid certum vendor ex precio perceperit, reddere id tenebitur, nempe si ab emptore loco precij nondum soluti redditum annuū acceperit, iustum profecto erit id emptori restitui, ne vendor rescisso contractu cum emptoris lassione locupletetur, in quo iudicis arbitrium plurimum poterit.

Supradictum ad eiusdem constitutionis interpretationem non inclegans quæstio, quid de eo, qui demum rem ab emptore emerit, an aduersus ipsum valeat in iudicium deduci dicta legis 2. actio. cum hic tertius possessor sit, ad cuius dubitationis resolutionem in hunc modum proponimus assertiones.

Prima conclusio, auxilium actiove ex dicta constitutione competit aduersus tertium rei venditae possessorem, etiam ignorantem prioris contractus lesionem, qui tamen rem habuit, vel titulo lucrativo, vel iusto eodem vitio lesionis ultra dimidiad laborante. Bald. num. 16. Salyc. numer. 18. in d.l. 2. à quibus nullus dissentit, quemadmodum testatur Tiraq. in l. 1. in quam, C. de reno. donat. ver. reuertatur, num. 271. qui eos sequitur: & præter ipsum Bald. opinionem probant Panthal. Cremen. in d.l. 2. col. 56. Fabianus in tract. de emp. & vend. q. 8. principali. q. 7. Ita tamen hoc est accipiendum, ut procedat, vbi primus emptor soluendo non est, nec potest à venditore conueniri ac demum in subsidium ex æquitate, quam præ oculis habuere, cuiusque meminere, Bald. & alij ad huius conclusionis probationem, & in specie hoc adnotauit Emā, a Costa, in §. & quid si statum, 2. par. nu. 64. ff. de lib. & posthum. argumento text. in l. in causa, 1. §. vlt. ff. de minoribus.

Secunda conclusio, actio ex præfata constitutione nec competit, nec admittenda est contra tertium possessorem, qui rem iusto precio adquisiuit, titulo emptionis, aliove simili. Bal. Saly. Panthal. Cremen. & Tiraq. paulo ante citati, quorum ultimus addit hanc opinionem communem esse, quam & Bal. sequutus tenet las. in l. 1. §. si heres, ff. ad Trebellian. Aymon conf. 7. ad fin. hoc ipsum sensit Cynus, in d.l. 2. quest. 11. dum scribit, ita planum esse secundum illos, quitenent actionem personalem ex ea lege dari, quæ opinio communis est & verior, quam eorum, qui existimant officium iudicis competere, quorum opinione præmissa haberet locum distinctionis text. in dict. l. in causa, §. vlt. Cum igitur actio hæc personalis sit, nec tertius possessor ex sua persona conueniri valeat, ex authoris persona nequaquam conueniendus est, l. apud Celsum, §. de authoris, ff. de doli except. Et procul dubio hæc secunda conclusio frequentiori omnium calculo probatur, quam quidem perpetram intellexit Fabianus d. tract. de emp. q. 8. principi. q. 8. scribens, eam veram esse, vbi primus emptor satis idoneus est, ut in iudicium pro lesionis compensatione cum effectu vocari possit, quippe qui habeat bona, unde possit eam lesionem

refarcire, alioqui etiam tertius possessor, qui rem habuit iusto titulo & precio, iusta & æqua commutatione, poterit à primo venditore actione conueniri, aut ea ex causa in iudicium vocari. Quod est omnia contra Bald. Saly. & Cremen. qui dictum à Cyno, dum scripsit, secundum opinionem illorum, qui asserūt, dārī officium iudicis, locum esse distinctioni IC. in d.l. in causa, §. vlt. interixerunt in specie præcedentis & primæ conclusionis, cum emptor ac tertius possessor rem lucrativo titulō vel iniquo precio habuit, & ideo quo adhanc secundam conclusionem non admittunt eandem distinctionem, quin & IC. in d.l. in causa, loquitur in officiū iudi. & in integ. restitut. hic vero agimus de actione mere personali, quæ in rem scripta non est, & quæ ratione contractus à lege datur.

Tertia conclusio, actio personalis venditori ratione lesionis ultra dimidiad à iure concessâ, competit aduersus tertium possessorem titulo oneroso & iusto precio, qui tamen tempore acquisitionis rei sciebat, illam venditam fuisse cum lesionē ultra dimidiad, in subsidium sane, quando primus emptor soluendo non sit. hoc enim dicitat æquitas, quam maximi faciunt Dd. quæstionem istam disputantes.

Quoties vero venditor aduersus tertium possessorem agit auxilio dictæ constitutionis, etiam iure communi Cæfarum intra quadriennium agere debet: nam eo transacto excluditur ad exemplum in integrum restitutionis, quæ intra id temporis petenda est, quod expressim hac in controversia probant, & assuerant Cynus q. 11. bald. & Salic. in d.l. 2. vbi post eos Panthal. Crem. & Aym. d. conf. 7. ceterique, quos ad huius quæstionis tractatum citauimus. Alibi enim tradidimus, iure Cæsareo intratriginta annos posse in iudicium deducī auxilium ex d.l. 2. competens venditori & emptori causa lesionis ultra dimidiad, iuxta veriorem magisque receptam sententiam, tametsi iure Regio ea actio intra quadriennium proponenda sit, unde quibusdam videbitur exactam esse, ac fere similem censi beneficio restitutionis in integrum minoribus ætate competenti, & ob id iure itidem Regio admittendam fore, etiam

etiam quoad secundæ conclusionis interpretationem, distinctionem d. l. causa, & vlt. Ac denique verum esse, quod ad eam Fabianus à monte Sabino adnotauit, quod maturius penitusandum est.

## ARGUMENTVM

## CAP. I-V.

Vtrum renunciatione contrahentium eadem constitutio tollatur.

## SYMMARIVM.

- 1 Renunciatio specialis sufficit & necessaria est, ut deceptus uti non possit l. 2. auxilio.
- 2 Is; qui vere se sit tempore contractus iustum rei valorem, non potest agere ad laesione restituitionem.
- 3 Renunciatio specialis, etiam eidem contractui adscripta, hoc beneficio & actione renunciantem priuat. & inihi de except. non n. pec.
- 4 Expenditur text. & quod ex eo Bart. adnotavit int. vlt. §. item qu. estum. ff. de condit. indebiti.
- 5 Laesio ultra dimidiam in grauissimo excessu contingens non comprehendatur sub speciali renunciatione, nec iuramento, imo his non obstantibus erit compensanda.
- 6 Quidea de clausula que adij. i solet bis ei contractibus, qua alter alieri donat, qui quid res valuerit ultra precium consentum, etiam si dimidiam excederit.
- 7 Traditur late questio, an in his renunciationibus subi. vera donatio, que insinuationem exigat.
- 8 Remissio debiti donatio est, quae & in suauitationem requirit. & n. 12.
- 9 Vbi res & pecunia simul cum aliis repermutantur, an sit contractus venditionis, en permutationis.
- 10 Expenditur text. in l. si quis donationis, ff. de contra. empt. & in l. si sponsus, §. circa, ff. de donat. inter c. ir: & uxor.
- 11 Laesio etiam intra isti preci dimidiam in anima iudicio, donatio non praesumitur, imo reparanda & restituitione tollenda est.
- 12 Quid præterea sequeretur, si verum es-

set, ex præfatis renunciationibus donationem deduci, & vere constitui.

- 13 Revendita demum apud emptorem extincta locus non est constitutione secunda. C. de rescind. vendit. quod ibi varie explicatur.

- 14 An res & premium alternative sint in obligatione, an ipsa res tantum, vbi laesio ultra dimidiam in contractu venditionis contigerit.

**S**icut in contractibus emptionum & venditionum ad effugiendam actionem, quæ ex d. l. 2. competit decepto ultra iusti preci dimidiam, apponit clausula, qua huic auxilio deceptus renunciat: & ideo queritur, sitne ea in iudicijs admittenda. Quam quidem dubitationem duabus absoluam conclusionibus.

Et earum priori existimo, nihil efficere ad exclusionem præfatæ constitutionis generalem contrahentium renunciationem, quippe quæ minime in hunc sensum accipienda sit, vt deceptus agere non valeat ad compensationem laesione ultra dimidiam, text. insignis in l. vlt. §. item qu. est. ff. de con. indeb. Atque in hac specie responderunt Bal. 5 q. Paul. Castr. col. 3. Panthal. Crem. 17. extensione in l. 2. Bart. & alij int. si quis, cum aliter, ff. de verb. oblig. quorum opinio communis est, vt appareat ex traditis per Andr. Tiraq. in l. si v. quism. C. de revoc. dona. in principio. n. 123 vbi eam ipse sequitur.

Posterior vero adserio, vbi ea renunciatio specialis fit, omnino assuerat, non posse deceptum ultra dimidiam agere, nec ad contractus rescissionem, nec ad iusti preci integrum solutionem, quod probatur auctoritate l. C. in l. queritur. §. si venditor, ff. de adul. edit. notant expressim sal. numer. 74. que. Salyc. 7. q. Paul. Castr. vers. quarta conclus. Panthal. Crem. 5. limitat. col. 30. in d. l. 2 Bart. in d. l. si quis cum aliter, ad fin. & ibi laf. num. 22. Angel. Arct. in §. action. de actione, num. 17. Fabianus in tracta. de empt. q. 8. præn. 4. q. vers. Tertio quæro. Rofredus de libellis, parte 4. rubr. de actione quanto minoris, num. 24. Dec. cons. 180. numer. 4. communemque esse hanc opinionem profiteor, quæ procedit etiam si renuncians eo tempore, ignorauit iustum rei premium, sicuti inspecie adnotarunt paul. Castr. & Crc.

men. in d.l.2. Et idem est, ac potest colligi ex mente aliorum, qui posteriori conclusioni accessere. Nihil etenim impedit, quod ad ignota non extendatur, nec trahenda sit renunciatio d. §. item quæsum, cum id locum obtirieat in generali renunciatione, siquidem in speciali, vbi qui renunciat etiam de his, quæ ignorantur, prout de notis disponit, secus dicendum erit, imo isthac renunciatio de ignotis dici non potest, sed de omnino præuisis & cogitatis: quod aper-tissimum esse censeo. Nam præter hæc, si vere is, qui agit, sciret tempore contractus iustum valorem rei, non foret renunciatio necessaria, secundum Petrum, Cynum, Bart. Bald. Cremen. limitat. l. & alios in d.l.2. Deci. cons. 583. col. 1. quorum opinio communis est, sicuti fatentur eam sequenti Alex. cons. 42. num. 7. lib. 1. & Ant. Burgens. in cap. cum causa, de empt. & vendit. num. 20. tradit idem in cap. cum dilecti, num. 18. eod. tit. Andr. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 18. numer. 14. rametsi verum fit, non præsumi scientiam veri valoris & iusti precij: vbi quis ultra dimidiam lreditur, ne locus sit pluribus præsumptionibus, nempe quod quis velit iactare proprium patrimonium, & deinde quod donare velit, vbi potest alia, quam donationis causa præsumi, ignorantia scilicet, l. sicut aurum, ff. de solut. Et præterea si donare vellet deceptus ultra dimidiam, nequaquam veteretur contractu & titulo venditionis, quoad deficientem quantitatem: quam ob rem quod traditur in l. quisquis, C. de rescind. vend. præsumi scientiam va-loris propriæ rei, non obtinet, quando læsio contingit ultra iusti precij dimidi-  
am ex gloss. & Dd. ibidem, Bartol. in d. l. si quis cum aliter. Abb. Antoni. Burgens. in d. cap. cum causa, num. 20. Petro, Cyno, & Salyc. in d.l.2. ad fin. quo fit, ut necessaria sit scientiae probatio aduersus ignoran-tiae præsumptionem.

<sup>3</sup> Rursus & haec secunda principalis conclusio admittenda erit, etiam si in eodem venditionis contractu renunciatio apposita fuerit. Nam & tunc deceptus ultra dimidiam ratione renunciationis excluditur. Hoc probatur ex veteri, communi & receptissimo usu huius & aliarum renunciationum, quæ in contract. eod. exprimuntur: & ex eo vim propriam non amittunt, quod ma-

nifestum est. Quin & in specie huius renunciationis sentiunt hoc bart. & alij in d.l. si quis cum aliter. Bald. in d.l.2. num. 10. Salyc. ibi, num. 13. Ang. Aret. in §. actionum, num. 17. de actioni. & idem præmittunt ce-teri, qui de hac renunciatione scrip-tunt, quibus mire conuenit Regia l. 9. tit. 1. parte 5. Ex qua renunciatio exceptio-nis non numeratae pecuniae omnino valet, etiam si quis eo tempore quo con-fessus fuerit, mutuam pecuniam acce-pisse, renunciauerit: qua quidem deci-sione probatur opini. Bald. in l. illicitas, ff. de inoffic. presid. Fabri. in princip. Insti. de lit. oblig. num. 14. Card. in d.c. ultim. num. 9. de solut. quam æquam esse asserit Imola. n. 25. & communiter seruari, num. 6. in c. 5. cau-tio, de fide instrum.

Quamvis seclusa l. Regia, renuncia-tionem exceptionis non numeratae pe-cuniae, tempore cautionis emissam inua-lidam esse, censem Petrus, Cyn. Bar. Bal. Ang. Sal. & Paul. Cast. in l. si ex cau-tione. C. de non num. pec. Abb. & Felin. nume. 48. in d.c. si cautio. Ex quibus appetet, hanc opinio. magis communem esse, quod iti-dem fatentur Alex. cons. 35. lib. 1. numer. 3. Deci. in l. qui pecuniam, numer. 4. ff. si cert. pe. nouiores in d. l. si ex cau-tione. §. compel-litur. pag. 73. & Roder. Xuares in l. post rem. ff. de re in d. fol. 142. col. 3. in 2. parte legis Regiae. Et nihilominus, quia Regia con-stitutio plane frequentissime in his regnis seruatur, ea ita demum accipienda est, ut reus non possit obijciendo ex-ceptionem etiam intra biennium se de-fendere transferendo onus probandi in aduersarium, sed si probare velit, non esse sibi pecuniam numeratam, omnino audiendis sit iuxta sententiam Azonis & Accursij in d.l. si ex cau-tione. Imol. inc. vlt. de solut. ad fin. Felin. in d.c. si caut. nu. 49. quam vbique seruari asseuerat Alb. in d. l. si ex cau. & expressim idem tra-dit facta l. Regia mentione Xuares d. 3. col.

Quod si renunciatio ex interuallo fiat, communis omnium consensu valida censetur, tunc etenim non adest illa ea-dem facilitas renunciantis statim in cau-tione, siquidem mature id delibera-re potuerit, quod non itidem contingit, vbi eadem facilitate, qua confitetur pe-cuniam sibi numeratam fuisse, exceptio-ni non numeratae pecuniae renunciat. Quo sit, ut licet regia constitutio statue-

rit, debitorem ab exceptione non numerata pecuniae excludendum fore, renunciatione per cum præmissa, si ea in scriptura cautionis & cōfessionis scripta fuerit: nihilominus & si ea renunciatione ex interuallo fiat, idem dicendum erit fortiori ratione, ut tandem & tunc validam sit ipsa renunciatione.

Nec obseruit, quod Regia lex vtatur dictione, *si*, conditionem significante. Nam dictio, *si*, non inducit præcise conditionem, vbi ex hoc absurdus sequitur intellectus, tex. in l. 2. C. de cond. inde. Bar. in l. 1. n. 4. ff. de cond. & demonst. constat igitur iure Regio, renunciationem statim eidem contractui adscriptam: effectum sortiri eo casu, quo iure Cæsarum maxime controversum est, & frequentiori calculo probatum, eam, nisi ex interuallo fiat, inualidam esse, ergo & in renunciatione constitutionis secundæ C. de rescind. ven. idem erit dicendum, contraria sane opinionem læsionis ultra dimidiæ ipsi contractui venditionis appositam, nisi ex interuallo fiat, nullius esse effectus: probare co natur Laurent. Calc. conf. 25. num. 27. cui plura suffragantur.

Primo, quod eadem facilitate, qua quis lœditur ultra dimidiæ, ad hanc renunciationem inducitur, quemadmodum Bald censet in d. l. 2. nu. 7. qui videtur eidem sent. subscribere, sed is loquitur in foeminiis rusticis & minoribus, qui facilime decipiuntur: aut saltem ignorantia, imprudentia, aut animi fragilitate labuntur facilius. Quibus æquum est, ut subueniatur, nec eis noccat huius læsionis renunciatio, nisi & ipsa maturo consilio post venditionem ex interuallo fiat, tunc etenim, cum vere apprehenderint, se læsos fuisse. At in maioribus, qui integro iudicio & consilio de proprijs actibus deliberant, non idem erit.

Secundo, in eiusdem opinionis defensionem adducitur, quo iure Cæsareo communiter notatur in d. l. si ex cautione, vbi probatur, renunciationem exceptionis non numeratae pecuniae eidem adscriptam cautioni, nisi ex interuallo fiat, inualidam esse. Sed & hoc parum vrgit: cum id procedat ex eo, quod sicut debitor spe futuræ numerationis fatetur, mutuam pecuniam se recepisse, ita & eadem spe exceptioni renunciari.

Vnde mirum non est, eam renunciationem, nisi ex interuallo fiat, inutilē esse.

Tertio accedit, quod Roman. scribit in d. l. si quis cum aliter, col. vlt. nempe renunciationem doli, aut simulationis in eodem instrumento factam nihil renuncianti nocere. Hoc tamen in odium doli, & simulationis iure statutum est, & ideo patrum comprobant Calcanei sententiam.

Quartum, ut quibusdam visum est, efficax argumentum adducitur ex IC. in l. vlt. §. idem quæsum, ff. de condic. indeb. item, inquit Scæuola, quæsum est, pactum, quod in pactionibus scribi solet in hunc modum, ex hoc contractu nullam in se cōtrouersiam amplius esse, impedit repetitionem? Respondi nihil proponi, cur impediret, à quibus verbis Bart. colligit, quod renuncians conditioni indebiti, conditioni sine causa, & omni legum auxilio, potest nihilominus condicere pecuniam solutam conditione indebiti, quasi huic non renunciauerit. Bar. sequuntur Paul. Castr. & Ias ibi dicens, ciuiis opinionem communem esse, quam etiam tenent Guliel. à Cunio & Alberi. in l. 1. ff. de condic. indeb.

Verum huic rationi primo respondeo, Bartoli sententiam non probari in d. 9. item quæsum, quo in loco iurisconsultus tractat de renunciatione generali, quæ procul dubio ad non cognita, nec excogitata non extenditur, l. mater decedens, ff. de inoff. testa. Nos vero in hac peculiari quæstione agimus de renunciatione speciali, ex quaapparet, renunciantem cogitasse de eo, cui renunciavit, l. qui iure, ff. de testa. mili. deducuntur ex his, quæ notantur in l. sub pretextu specierum, C. de transactione. quin & contra Bar. facit, quod potest quis iuri sibi competenti renunciare. l. si quis in scribendo. C. de pac. l. si quando. §. generat. l. C. de inoffic. testa. l. sed si quis. §. quæsum. ff. si quis cautioni. Atque ita aduersus Bart. tenent Fulgo. in d. §. item quæsum. Areti. in l. si quis cum aliter. col. vlt. ff. de verb. oblig. Imol. in c. cum contingat. num. 54. de iure iur. idem in c. pen. de empt. & vend. nu. 16. falsaque videtur opinio Bart, ex traditis per Alex. confi. 42. num. 8. lib. 1.

Secundo, & si vera sit Bartoli sententia, tunc obtinet cum vel ratione sexus, ætatis, aut rusticitatis, similiue facil-

tas renunciandi præsumitur. Et ideo nō ita hæ renunciations admittendæ sunt, ac si à maioribus ætate, viris, & prouido consilio præditis forent emissæ, sicuti eam decisionem visus est intellexisse. *Hip. Syg. 18.*

Tertio, quod Bartolus annotauit, licet generice in quibusuis personis admittatur, quo ad renunciationem conditionis indebiti, plane obtinebit, speciali quodam iure, siquidem certum est, neminem ei renunciaturum suisse, si sciret se indebitani pecuniam soluere, prævia. etenim maxima diligentia solent, quæ vere debentur solui. Et ob id non est præsumendum quenquam soluere pecuniam aliquam certo scientem indebitam esse, igitur qui conditioni indebiti renunciat, id agit estimans, pecuniam illam debitam esse, alioqui non renunciaturus, si existimaret nummos illos non deberi: at in alijs renunciationibus aliud dicendum erit, cum fiant frequentissime ab his, qui sciunt sibi omnino competere ea iura, & priuilegia, quibus renunciant. Et potissimum id contingit in emptoribus & venditoribus, qui desiderio vel emendi, vel vendendi plerunque his vtuntur clausulis, quibus seipso omni legum auxilio priuant.

Quinto, Calcanei sententiam adiuuat, quod hæ renunciations potius ex tabellionum stylo, quam ex contrahentium consensu ipsis contractibus adferibuntur ex bar. *in l. 1. q. 6. ff. de iure codic.* quam ob rem nisi post contractum ipsum ex interuallo fiant, parum roboris habere videntur: quippe quæ non processerunt à contrahentium consensu. Hoc tamen non omnino convincit verum esse, quod responsum est à Calcareo iuxta tradita *in meis commentarijs ad rub. de testam. 2. part. num. 14.* quia præsumi non debet, has renunciations à tabellionibus adiectas contractui suisse, nisi ex contrahentium consensu, expresso quidem vel tacito ipsis hoc asseueratibus, aut cōtractū ipsis perfecto consentientibus, vel ex eo, quod cū hæ renunciations sint consuetæ adscribi his conuentionibus ad earum maiorem vim, ipse tabellio rogatus censemur, ut & eas adscribat, potissimum hanc, quam tractamus, quæ potest labente tempore, inspecta contractus natura, vel

emptori, vel venditori prodefe, & sic in comunè vtriusque vtilitatē apponitur.

Sexto, multo minus probatur hæc sententia *in l. doli, vers. diuersum, ff. de donatio.* vbi facilitate, qua quis decipitur in ipsa principali conuentione, eadem cogitur has & similes renunciations admittere. Idem statuitur *l. 17. tit. 14. pars 5.* Diuersum est, inquit Julianus, in muliere, quæ contra senatus consultum promisit: nam & in secunda promissione intercessio est; idemque est in minore, qui circumscriptus delegatur, quia si nunc etiam est minor, rursus circumuenitur. Quibus verbis probatur, non posse responsum illud ad huius quæstionis decisionem adduci, eum inibi agatur de minore, & foemina, quia delegantur, & possunt vti exceptione, & legis beneficio aduersus eum, cui delegantur. Licet verum sit, exceptionem competenter alicui aduersus delegantem, minime opponi posse aduersus eum, cui delegatur, cum prior delegatus sit facilitate sexus, & testificationis in integrum auxilium habet, posterior vero aduersus se natuſcon. Velleian. & cideo eo vti poterit, his etenim aduersus quemlibet hæc auxilia iure dantur. Nos autem tractamus de co, qui cum maior sit, nullo que alio beneficio vti possit, quam eo, cui renunciat, & iure potest renunciare, merito eo priuatur, etiamsi in eadem contractus principalis scriptura renunciatione scripta fuerit. Quam ob rem, quamvis s̄epissime viderim in forenum causarum allegationibus proponi, renunciationem d. constitutionis secundæ inualidam esse, eo quod in eodem instrumento venditionis scripta sit, varieque id à iudicibus admitti, & refelli, profecto non video, cur ea allegatione admittenda sit.

Cæterum vbi leſio non tantum contigerit ultra iusti precij dimidiam, sed præterea grauissima, & ut noſtrates loquuntur, enormous sit, adhuc obtinet actio ex d. l. 2. poteritque deceptus ex ea agere, etiamsi expressim renunciauerit eidem constitutioni, eamque renunciationem iuramento praestito stabilierit, donaque ritque quantitatē iustum premium excedentem, eiusve dimidiam partem, præmissa scientiæ iusti precij ascueratione. Quandoquidem hæc renunciatione, eique adhaerentes clausulas tunc

tunc demum vim habent, cum læsio vltra dimidiā mediocris est, non sic vbi is excessus ad grauissimam læsiōnem pertinet. Quo quidem casū læsio ipsa re contingens dolo comparatur, / superflite. C. de dolo. & colligitur ex traditis per Calder. conf. 8. de iure iur. Panor. in c. cum contingat. cod. tit. numer. 23. Paul. Cast. conf. 174. lib. 1. Dec. conf. 180. & 45. & 380. col. vlt. Pau. Pari. conf. 12. numer. 80. lib. 1. & alijs, quorum authoritatem & ratios latius expendam in enarratione c. quamvis pactum, de pact. in 6. in hac etenim specie, quam modo tractamus, idem adnotauit Cassador. decis. 1. tit. de empt. dicens, hanc sententiam Romæ in prætorio Rotæ seruatam maiori iudicūm parte suffragante, cum res, quæ iusto precio bis mille & ter centum aureos valebat, mille tantum fuisse vendita. Idem ipse vidi definitum prima & secunda supplicationis sententijs in hoc Regio Granatenſi prætorio, cum domus quedam estimationis iusta ter mille & quingentorum aureorum vendita fuisse mille & quingentis aureis. Et id maximam æquitatem habet.

Hactenus satis probauimus læsum vltra dimidiā in contractu venditionis, posse agere auxilio d. l. 2. nisi contractui consenserit sciens iustum preciū valorem, vel actioni sibi competenti, & læsioni vltra dimidiā renunciauerit.

6 Idem & tertio solet adnotari, vbi læsus alteri donauerit in eodem contractu eam quantitatē, quæ iusti precij dimidiā excedit, quasi ea donatio libere facta læsum vltra dimidiā hoc beneficio priuet, saltem oportet clausulam istam aperte concipi, vt expressim donatur id, quod excedit, vel deest ad iusti precij estimationem, quæcunque ea quantitas sit, alioqui donatio quantitatis deficientis iusto precio, vel id excedentis, nihil ad hoc operaretur, quia potest intelligi intra dimidiā iusti precij partem, sic etenim rem hanc Bart. explicat in d. l. si quis cum aliter, cui consentiunt Dd. ibi, & in cap. cum caus. de emp. hic uti ibidem testatur Burg. num. 22. idem tenent Bart. ipse Bald. Paul. Sali. & Pantal. Crem. in d. l. 2. 15. extens. tradit Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 18. col. 3. & 4. quibus accedit tex. insignis in l. 56. tit. 5. par. 5. quæ preter donationem simplicem

non relatam ad quamcunque quantitatem, iuramentum exigit, quasi absque juramento ea donatio sufficiens non sit simpliciter facta, vt læsus hoc iure & auxilio careat.

Supereft tandem quæstio non inelegans, imo sat utilis & frequens, an in his tribus casibus, quibus læsum vltra dimidiā excludi adnotauimus propter quādam tacitam donationem, sitne donatio ita censenda, vt insinuationem exigit, si quingentos solidos excederit. Et quibusdam omnino placuit, hic donationem veram subesse, ac deinde insinuationem requiri, vbi quod donatur, nempe id, quod excedit iusti precij dimidiū, eam efficit quantitatē, quæ insinuationem requirit, cum prætextu illius quantitatis, quæ excedit iusti precij dimidiū, vel deficit dimidiæ iusti precij parti, vera donatio ab eo, qui læditur, fiat. Vnde iuris apertissimi est, insinuationem requiri perpensis constitutionibus, quæ has donationes insinuari iustis ex causis prouide statuerunt. Huius sententiaz authores donationem itidem subesse fatentur in eo, quod etiā intra dimidiā iustum precium superat, vel iusto precio deficit, & eius causa, quantum ad hanc quantitatē, insinuationem exigere videntur, si eorum ratios consideremus. Atque ita responderunt huic dubitationi Anch. & Imol. in c. pen. col. 2. de empt. Rom. in l. 2. in prin. num. 55. & ibi Alc. num. 16. ff. de verb. oblig. Calcan. conf. 25. num. 12. Alex. in d. l. si quis cum aliter, col. pen. ff. et tit. Maria. Soci. conf. 215. lib. 2. col. 2. Bertachin. in trac. de Gabellis. 3. par. 8. princ. q. 12. tradit Tiraq. in l. si unquam, C. de revoc. donat. verb. donatione largitus, nume. 3. & idem lib. 1. de retract. §. 1. glo. 18. numer. 15. qui quidem, & Alex. in d. l. si quis cum aliter, ausi non fuere vt certam hanc sententiam pronunciare. Nam licet dubitationem attigerint, meminerintque huius opinio- nis, nihil tamen definire audent. Vnde hi duo commode non possunt hnius assertio- nis authores censeri, pro ea vero multa possunt ex vtriusque iuris sanctio- nibus adduci, & præ ceteris.

Primum, locus IC. in l. si quis donati- nis, ff. de contra, emp. vbi venditio facta vi- liori precio, quo ad precium deficiens iustæ commutationi prohibetur inter virum & vxorem, quia donatio est. Ad idem

idem text. in l. si sponsus, §. circa, ff. de do. int. vir. & uxo. si vir uxori. in princ. C. ad Velleia. l. i. §. si quis in fraudem, ff. si quid in fraud. patro. cum alijs, quæ ad hanc rem adducit Tiraq. in d. l. si unquam, verb. donatione largitur, nu. 3. Ex quibus colligitur, contractum venditionis donationem censeri, quatenus vel iustum premium exceditur, aut diminuitur, not. in hac specie Azo in summa, C. de rescind. vend.

Secundo, ratione instruitur isthæc opinio, nam qui renunciat huic actioni, vel scit iustū valorem rei, vel illud ignorat. Si sciens iustum premium renunciuerit, proculdubio donare videtur, cum nulla alia causa hic præsumenda sit, quam donationis. Si vero ignarus iustæ æstimationis, expressim, & inspecie, huic auxilio ex lege sibi competenti renunciet, ea renunciatio gratuita est, nullo iure cogente facta, & ideo donatio erit censenda, l. i. ff. de donatio. l. donari. vbi Dec. ff. de reg. iur. Igitur in utrumque casum apparet, adsumendum esse donationis titulum, siquidem vbi ignarus iusti premium non renunciat in specie læsioni ultra dimidium, nequaquam excluditur ab actione sibi competenti ad læsionis satisfactionem.

8 Tertio hoc ipsum probatur ea ratione, quod remissio debiti, seu renunciatio iuris competentis donatio quædam iudicatur, l. in adib., §. i. & in princ. ff. de donatio. l. si mulier, & ibi Alex. post alios, ff. de condic. ob caus. l. peculium, in l. & in princ. vbi Bart. ff. de peculio, optim. tex. in l. sicut, §. an pacific. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. solut. Dec. post alios in l. si quis obligatione, ff. de reg. iur. Abb. Feelin, & alij inca. veniens, in l. de testib. omnium latissime Tiraqu. d. verb. donatione largitus, num. 143. Quo fit, vt etiam in remissione debiti, licet omnino propria donatio non sit, insinuatio tamen requiratur, secundum glo. Bart. & Dd. in d. l. si quis obligatione, Bart. in l. Modestiu. col. i. ff. de dona. & ibi Paul. Castren. quorum opinio communis est, sicuti eam sequuti asserunt Alexan. Socin. & Deci. in l. si creditor, C. de pact. Dec. in d. l. si quis obligatione, Calcan. consil. 25. num. 23. Curt. Iun. consil. 47. col. 2. Tiraquel. loco paulo ante citato, num. 144. Quamuis sint & alij, qui contrariam sententiam defendere conantur post glo. in d. l. Mo-

destinus. Sed tandem deducitur ab hac tertia ratione, insinuationem requiri, vbi quis renunciat læsioni ultra iusti precij partem dimidiam. Contrariam sane insinuationem non requiri in his modis, quibus tollitur, veluti quadam priuata renunciatione d. l. 2. constitutio, probat eleganter Calder. consil. 2. tit. de empt. cui subscribit Barb. in l. 2. ff. de verb. obligat. fol. pen. col. 4. & accedere videntur Bartol. & Bald. in l. si tibi, in princ. ff. de pact. Fabianus de empt. & vedit. 8. q. principali, q. 4. versic. quarto quaro, & Panthal. Cremens. in dict. l. 2. 15. extensione, col. 20. & l. limitat. col. 28. afferentes in his casibus nullam induci donationem, nec posse pactionem istam gratuitam largitionem censeri. Vnde fit, vt insinuatio minime sit necessaria.

Et quia huius posterioris sententiae probatio potissimum instruitur ex eo, quod hic nulla donatio contingat, atque inde tollantur prioris opinionis fundamenta, conabimur manifestissimis argumentationibus ostendere, nullam posse donationem ex his clausulis & renunciationibus deduci.

Primum enim illud est considerandum, quod præcipua contrahentium intentio, totusque huius conuentionis scopus est, vt emant & vendant, nihilque minus, quam gratuitam donationem mente concipiunt, & cogitant. Ideoque et si huic contractui mistum sit aliquid, quod ad donationem pertineat, contractus nomen adsumit à principaliori contrahentium actu, & intentione, nempe ab emptione & venditione, non à donatione, l. si quis nec causam, ff. si cert. petat. l. fundi partem, ff. de contract. emptio. Hoc deinde constat, siquidem vbi res quædam simul & pecunia cum alia re permuntantur, & huic conuentioni contrahentes nomen permutationis adscribunt tacite, vel expressim, contractus is permutationis censemur, tametsi pecunia maior sit, quam æstimatio illius rei, cui adhæsit text. in l. si in emptio. ff. de contrah. emp. vbi Bart. & Bald. id ab eo text. deducunt, Bart. Paul. Castren. & Imol. in l. Aristo. ff. de donat. Alex. consil. 119. num. 6. lib. 5. Alex. consil. 63. lib. 7. vbi Car. Molin. idem in consue. Parisi. titu. 1. §. 13. glo. 5. q. 12. & §. 23. q. 15. Ferronus in consuetu. Burdegal. titu. 8. §. 18. Bart. in l. i. ff. de rerum permut. latissime omnium Tiraq. lib. 1. de retract.

retract. §. 30 in glo. i. num. 10. & seq. Abb. & Dd. in c. ad quæstiones de rerum permut. Nisi pecunia, quæ rei in permutatione accessit, maxima quantitate excedat rei iustum valorem, tunc etenim potius erit venditionis, quam permutationis contractus nominandus, ex Paulo Castren. in d. l. Arist. cui cæteri consentiunt, & præsertim Tiraq. di. 7. glo. prima. post Purpu. in l. 2. num. 56 ff. si cer. pet. & Ferro-num d. §. 18. potissimum vbi fraus præsumitur, aut de præjudicio alterius à contrahentibus agitur, quod ipsi authores uberius explicant, & Matth. de Afflict. decis. 72. ad fin. sat est, nos obiter id adnotasse ad huius primæ rationis probationem. Nec tamen omittendū est, vbi coniecturis locus sic, ab ipsis contrahentibus nullo nomine tacite, vel expressim conuentioni adscripto, inspicie- dum esse, quid maius sit, nempe pecunia, an res, quæ simul cum alia re permute- tur. Nam si pecunia maior sit, erit ven- ditionis contractus: si vero res, permutationis nomen habebit, tex. in d. cap. ad quæstiones, l. 2. tit. 6. part. 5 & id cōmuni omnium sententia receptum est in locis modo relatis. Quod si res & pecunia æquales sint, respondent Bart. in d. l. 1. ff. de rerum permu. & inibi Fulgo. & Iaso. Imol. in d. l. Arist. vbi Roma. & idem conf. 86. col. 1. Iaso. & Ripa in l. 2. col. vii. ff. si cert. pet. Guid. Pap. q. 92. & alii à iunioribus citati. Verius tamen est, conuen- tionem istam simul esse venditionem & permutationem pro media parte, cū æquales sint vtrinque species & pecunia, arg. l. Lucius. ff. de prescript. verbis. l. si spon- sus, §. circa, l. cum. hic status, §. pen. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. Arist. ff. de dona. sensere hoc Paul. Castr. ibi, Specul. tit. de rerum permut. vers. si vero res, Cyn. Angel. & Bald. 3. lectio, in l. queritur, ff. de stat. homi. in hac specie expressim Alcia. in l. 2 ff. de verb. oblig. n. 18. idē in d. l. 2. ff. si cer. pe. col. 2. versic. quartus casus, & And. Ti- raq. in d. §. 30. glo. i. n. 36. quo in loco Bal. adducit, qui huic quæstioni respon- dens, scribit, hunc vere esse contractum venditionis, in prelu. feud. col. 4. vers. pro intellectu horum. Bald. sequitur Fab. in tra- cta. de emp. 2. q. prim. col. antepe. vers. sed iux- ta prædicta, expendit late ipse Tiraq. n. 13. & seq. sed & præcedentem opinionē aduersus Bal. probat Car. Moli. in consue. Paris. d. q. 12. & 15. idē Alex. con. 63. lib. 7.

Secundo, vt ad institutum peculiare re- grediamur, eadem opinio alia ratione constat. vendere etenim rem viliori pre- cito non est donatio, sed damnosus con- tractus, auctore Baldo in rubr. C. de con- trah. emp. n. 11. Is equidē, qui rem propriā vendit vilius, quam eius sit iusta aesti- matio, non id agit causa donationis col- latæ in emptorem, qui extraneus est, cum quo nulla amicitia est, nulla adest necessestudo, ac denique nulla est causa donandi, sed ita vendor contrahit, vel quia existimat se vendere precio iusto, vel coactus necessitate quadam ven- dendī, aut voto & desiderio, quod illa res exeat à proprio patrimonio, vt morali quadam praxi constat. Quæ igitur obsecro ratio dictat, vt animum donan- di præsumamus habere eum, qui nullo pacto de donatione cogitat, nec titul. donationis empori quadrantem da- ret.

Tertio, candem partem persuadere conabor ex l. si quis donationis ff. de contra- emptio. & in l. si sponsus, §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. quamuis & hi ICtor. loci in contrariæ parris fauorem fuerint adducti. Præmittitur sane, donationem inter virū & vxori non valere, atq; hoc supposito ibidem respondetur, quod si quis vxori vendat rem viliori precio donationis animo & causa, totus ipse actus irritus est, quia prohibita donatio ex eo constituitur, ac si maritus viliori precio rem vxori vendiderit, non do- nationis mente, nec titulo prætenso, sed vere titulo & animo vendoris, con- tractus valet, quia venditio est. Rur- sus inter extraneos in d. l. si quis donati- onis, scribitur, tunc demum re vendita viliori precio donationem eum contra- ctum censeri pro ea quantitate, quæ iusto precio deficit, quando donationis causa manifesta est. Non autem vbi con- stat, actum præcipue fieri absque vero animo donandi, quod animaduertunt Cynus & Bald. in l. 1. C. de pat. Nec ob- stat, quod in dictis Iurisconsultorum locis venditio facta vxori viliori precio, quatenus iustum precium deest, vel ex- ceditur, non tenet, cum in eo sit vxor facta locupletior, quia id non procedit ex eo, quod in ea quantitate sit, donatio non est, sed quia ille actus venditionis factus iudicatur in fraudem donationis prohibitæ, & ideo retractatur.

Quattro efficaci utrū ratione. Nā lēsio in contractu venditionis contingens intra dimidiā iusti p̄cij non sustinetur titulo donationis. Si quidem ex natura contractus per legem illā retinetur à lēdente, & est isthac retentio emptionis & venditionis consequitio, nec quicquam ad donationem pertinet. *l. item si p̄cjo, in fine, ff. locati. & expressim Bald. in rubrie C. de contrah. empt. quæst. 12. Aret. in d. l. C. de poct. Tiraq. in d. l. si unquam, verbo donatione lāritu, num. 7.* & tamen etiam respectu lēsionis contingentis intra dimidiā iusti p̄cij partem procedit, quod IC. scribit in d. l. si sponsus, §. circa, vt inter virum & vxorem hēc lēsio minime admittatur, imo speciali iure rescindenda sit. Igitur non obtinet responsum id, eo quod sit donatio, sed quia actus hic sit in fraudem iuris, prohibentis donationem inter virum & vxorem.

Quinto, quod in præmissis renunciationibus, quibus lēsus vltra dimidiā iuri proprio cedit, nulla subsit donatio, probatur: Nam si in contractu emptionis & venditionis esset à iure considerandus donationis titulus, circa lēsionē in p̄cio contingentem, maxime fore præsumendus & constituendus in ea lēsione, quæ intra dimidiā solet contingere, cū ea à iure minime rescindatur, & minoris sit quantitas, quam ea, quæ dimidiā excedit, & maior est, iureque rescinditur, nisi lēsus hoc beneficio seipsum præuenerit. Sed regulariter in lēsione intra dimidiā, vbi rescissioni locus non est, donatio nec subest, nec præsumitur, ergo nec erit donatio præsumenda, quo ad lēsionem vltra dimidiā, vbi proprio consensu lēsus tempore contractus clausulī quibusdā seipsum huius damni restitutio abdicauerit. Quod modo secunda parte argumentationis adsumpsumus, constat. Quia si donatio circa lēsionem intra dimidiā præsumeretur, non esset ea lēsio ex parte lēdenti pecatum, nec is teneretur in animo iudicio restituere eam quantitatē, in qua lēsio contingit, quod falsum esse appetet, quemadmodum summatim attingam.

**11** Quarū iure ciuili lēsio intra dimidiā contingens forenti iudicio minime rescindatur, non tamen inde sequitur, permisum esse contrahentibus se intra candem quantitatē lēdere, ita

quidem, vt ea permisso licita sit. Nec enim sequitur, iure ciuili actus hic nec punitur, nec rescinditur, igitur & is est. Leges etenim non omnia, quæ illicita sunt, puniunt, nec punire tenentur, nec actionem itidem dare aduersus eum, qui iure naturali, & iusta ratione quid agere vel restituere debet. Possunt sane legum latores hēc plerunque quibusdā ex causis omittere, & dissimulatione quadam tolerare, modo ea current prouidere, quæ ad hominum conuictum, & Reipub in integrum, atque illasum statum attinent secundum Thom. 2.2. q̄ est 77. artic. 1. tradidimus, & nos de lapanaribus in Epitome in 4. par. 1. cap 4. num. 9. & de actionibus aduersus ingratos, & pacto nudo, iure ciuili om̄is, ac interdum negatis in cap. cum in officiis, de testam. nu. 10. Ergo cum lēsio etiam citra dimidiā licita non sit humana lege, naturali & diuinā maxime improba peccat, atque ad restitutioinem tenetur is, qui contrahendo notabiliter proximum lēdit, etiam intra iusti p̄cij dimidiā, sicuti asserunt & probant Th. d. 1. 77. a. 1 & quodlibet. 2. art. 10 idem Thom. n. 4. sent. dist. 15. q. 3. art. vbi Gabriel q. 19. col. 9. & Ioa. Maior q. 40. versic. 8. arguitur. Conrad. de contract q. 57. concl. 1. Adrian. quodlibet. 6. artic. 3. Caietan. d. artic. 1 & quodlibet. 16. q. 1. c. 12. fol. 66. innocent. & Anani in cap. in certitate, col. 4. de usur. post Anto. & Abb. ibi, idem Abb. in cap. quia plerique de immunit. eccl. q. 9. vbi Anto. idem tenet Salycet. in authent. ad hac, C. de usur. quæst. 21. Fortuni. de ultimo fine, illat. 17. Ant Butrius, & Ant Burgens. in cap. cum dist. 1, num. 2. de empt. Gerard. singul. 22. Iason. in §. sed iste, num. 104. de actio. Alfonius à Castro lib. 2. de potesta. legis pæna. cap. 10. F. II. n. 1a 3. Cæpola in tract. de simulatione contract. 2. præ/ump. colum. 2. Ioa. à Medina de restitut. quæst. 32. & seq. Dec. conf. 11. col. 2. egregius D. Mart. Azpilcueia in cap. quæstas, de pænitentia, dist. 1. 5. num. 45. & seq. Idem latius in cap. de iudic. 6. notab. Corollir. 9 Sylueste. verb. emp. q. 8. Conrad. in summa totius operis de contract. b. q. 57. distinct. 3. Iason in l. si quis in conscribendo, num. 5. C. de poct. & alij, quorum meminit Tiraqu. de ll. connubial. 9. lege, num. 8 vbi, num. 10, fatetur hanc opinionem communem & veriorem esse: Afferit etiam eam communem Gomez. in ea, 2. num. 5. de constit. in 6 Et licet

licet Bal. in authen. ad hec. C. de usur. opposit. 21. Barb. inc. 1. de emptio. col. 3. Ioan. Crotus inc. 2. primo notabi. de constit. in 6. contrarium defendere conentur, assuerantes, nec in hac deceptione subesse peccatum, nec teneri quem ad restitutionem. Prior opinio verissima est, manifesta, & urgenti admodum ratione, quæ dictat, naturali lege in cōtractibus commutatiuis à Republica, & hominū moribus in vtriusque vtilitatem institutis, re ipsa exactam, & summam æqualitatem requiri ex iustitia commutatiua partis ad partem, secundum Aristotelem lib. 5. Eth. cap. 5. & lib. 1. Polit. cap. 6.

Quo fit, deceptionem istam omnino esse contra virtutem iustitiae commutatiæ, quæ in æqualitate iuxta proportionem consistit, si quis igitur ab ea virtute recesserit, id est, à medio iustitiae in vitium declinans, peccat, & ad restitutionem tenetur. idem ostenditur Leuit. cap. 25. Quando vendes quipiam cui tuo, vel emes ab eo, non contristes fratre tuum. Item 1. ad Thessal. c. 4. Et ne quis supergrediatur, neque circumueiat in negotio fratrem suum, quoniam vindicta est Dominus de his omnibus. Idem diuus Augustin tradit lib. 13. de Trinit. cap. 3. Et min. inquit, quidem ille, vel seipsum intendo, vel alios quoque experiendo, vili velle emere, & care vendere, omnibus id credidit esse commune. Sed quoniam vera vitium est, potest quisque ad pisci eiusmodi iustitiam, vel alicuius alterius virtutis, quod huic contrarium est, incurrire pestilenciam, quahuic resistat & vincat. Hactenus Augustinus.

Quin & communis opinio adhuc obtinet, non solum vbi scienter quis in commutationibus proximum insciuum & ignorantem iustum rei valorem lædit ac decipit, sed etiam si quis bona fide existimans, se iusto precio emere, aut vendere, alterum etiam intra dimidiām læserit, quod notant Scot. in 4. distinct. 15. quest. 2. Florent. 2. par. titul. 1. cap. 16. §. 3. Conrad. d. q. 17. 5. conclus. Caiet. d. cap. 12. Adrian. d. art. 3. Antor. & Abb. in d. cap. quia plerique, quest. 9. quorum opinio cōmuni est, & probatur evidenti ratione, qua constat hunc teneri ad restitutio nem, postquam cognouerit, se proximum læsisse, quia rem alienam detinet inuito domino, & causa detentio nis iniqua ad restitutionem tenetur, sic-

ut is, qui bona fide rem aliquam adquisiuit, & habuit ab eo, quem dominum esse existimabat, si nondum completa usucapione, sciuerit rem illam alienam esse, nec domini consensu sibi traditam, tenetur omnino eam domino restituere, vel ratione detentionis inlustre domino inuito, vel ratione ipsius rei, quia aliena est, iuxta erudite tradita per Thomam & Cajetan. 2. 2. quest. 62. art. 1. 4. & 6. Et ideo cum is, qui bona fide contraxerit, postmodum cognouerit re ipsa proximum læsisse, tenebitur ad huius læsionis restitutionem & compensationem, quandoquidem ad eum peruenit, vel res ipsa empta, vel pecunia, quæ iustum premium excessit, tametsi Aretin. in cap. cum causa de test. b. num. 12. & Anton. Burgen. in c. cum dilecti. de empt. r. num. 22. contraria sententiam veriorem esse contendunt, quibus subscribere videtur Gomez. in d. c. 2. n. 10. omnes tamen conueniunt, etiam in foro exteriori contractum esse rescindendum, vel læsionem tollendam, vbi dolo lædantis aut decipientis etiam intra dimidiām cōtigerit, dolo, inquam, vti aut, ex propolito, l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrupt. l. & clem ganier. ff. de dolo. l. Julianus, §. si venditor, ff. de actione empt. Abb. & Anani. in d. cap. in ciuitate. de usur. Dec in cap. 1. num. 18. de constit. Fortuni. in d. illation. 17. glo communiter recepta in d. cap. cum dilecti. nec in hoc villa contingit dubitatio.

Quoties vero læsio, vel ultra dimidiā vel circa dolo ex proposito acciderit: eo dante causam contractui, aut incidenti in ipsum, non datur doloso optio ad iustum premium supplendum, vel rem ipsam restituendam, sed præcise ea optio competit dolum passio, secundum Conrad. de contract. in totius operis summa, question. 57. distinct. 3. dist. 6. & Ioa. à Medina de restitu. quest. 23. Cuius contrarium annotarunt Angel. in summa, verbo dolus, §. 9. & Sylvest. verb. culpa, §. 7. Sed prior opinio vera est, vbi dolus ipse dedit causam contractui: posterior yero, quando dolus in contractum incidit. Aut sane dicemus vbique admittendam esse priorem sententiam in huc sensum, vt si dolus causam contractui dederit, habeat deceptus optionem: si dolus in contractum inciderit, habeat actionem ad hoc, vt sibi iustum

precium integre soluatur, denegato ipsi doloſo iure restituendi rem, & repetendi precium solutum, in quo est aduentum.

Verum si quis sciens iustum valorem rei absque mendacio, aliave persuasione, eam emerit viliori precio, etiam intradimidiā, ab ignorante quod sit iustum eius rei precium, fortassis etiam in foro exteriori cogetur iustum rei estimationem supplere: scribit etenim August. in d. lib. 13. de Trinit. cap. 6. hac de re in hæc verba: Nam scio ipse hominem, cum venalis codex ei fuisset oblatus, preciisq; eius ignarum, & ideo quidam exiguum poscentem cerneret venditorem, iustum precium, quod multo amplius erat, nec opinati dedisse. Hactenus doctissimus & simul sanctiss. ille vir, cuius authoritate fere constat, fraudem, dolumve subesse, si quis sciens iustum valorem rei, eam vili precio emerit ab eo, qui iustum eius valorem ignorat. Vnde etiam in foro exteriori cogendus est, qui læſit proximum, læſionem ipsam refarcire, quod in specie adserit Carol. Moli. de conractib. quæſt. 13. num. 173. & vere, nī fallor, vbi qui scit iustum rei valorem, itidem scit alterum eius ignarum esse, quoniam tunc plane doligeritur res, nec potest fraus villo iusto colore excusari. Sed saltem in foro Canonico pluribus placuit, deceptum ignorantem aduersus deceptorem ex vera scientia precij, agere posse ad læſionis compensationem apud iudicem ecclesiasticum. Abb. in cap. in ciuitate. de vſur. num. 6. & in c. cum causa. num. 4. Ana. in d. c. in ciuitate. num. 8. Calder. in ca. nauiganti. col. 4. de vſur. Anchār. in reg. peccatum, dē reg. iu. in 6. numer. 21. omnium quos ego legerim, exactissime Mart. Azpilcueta in d. c. nouit. corol. 9. n. 79.

Superest casus non omnino facilis, cum quis scilicet scienti iustum valorem rei eam vendiderit carius, quam valeat, vel à sciente eam emerit vilius, nam & hunc in conscientiæ iudicio peccare, & teneri ad restitutionem, colligitur ex his rationibus, quas in communis sententiae probationem adducit Conrad. d. q. 57. & in summa eiusd. q. dist. 3. post 14. dict. versic. primo arguitur, & aduertit hoc verum esse Caiet. d. cap. 12, quodlibet. 16. questionum, quia donationis

præsumptio hic non subest, & ideo usuratio est rei alienæ domino inuitō. Hinc deducitur, aliud fore respondendum, si possit commode donatio præsumi, nempe si læſus nulla necessitate coactus, nullave alia causa, quæ ipsum cogat vendere vel emere, rem illam emerit carius, vel vendiderit vilius, certo sciens, quis sit eius iustus valor, quod manifeste infertur ex Conradi & Caetani argumentationibus. Anchār. in reg. peccatum. num. 21. Salic. eleganter in d. c. Authen. ad hac, quæſt. 21. Gomez. in d. cap. 2. numer. 10. Ioanne à Medina in trac. de restitu. cap. 33. quibus omnibus consideratis, constat regulariter, in his commutatiuis contractibus non posse donationem præsumi, nec eam præmitti, etiam si læſio ultra vel citra dimidiā acciderit. Quibus & alia ratio adstipulatur, quod contractus emptionis vel venditionis ex propria vi & natura non est gratuitus, & ideo ad id. quod est accidens, nempe ad præsumptam donationem non est aduentendum, cum in hoc contractu commutationis de iustitia tractetur, iustumque precium queratur, non donum, sicuti Thomas argumentatur d. q. 77. art. 1. Et præterea contractus hic frequentissime fit, quadam quasi necessitate cogente, quæ, inducit in uoluntarium mistum, quod donationem gratuitam impedit. Nec enim aliter hic contractus reducitur ad debitam iustitiam, & æqualem proportionem, quam si restitutio fiat, & reparatio læſionis. Vnde in foro etiam exteriori cum ad hoc agitur ob læſionem ultra dimidiā, non satisfacit restituendo id, per quod precium crescit ultra dimidiā, nec supplingo precium ad dimidiā usque, quippe qui teneatur integrē totum, quod deest iusto precio, vel excedit illud, restituere, secundum Cyhum communiter receptum in d. l. 2. qu. 8.

Sexto, in tutelam & defensionem posterioris sententiae argumentor ab absurdis & inconuenientibus, quæ sequerentur ex priori contrario. Id namque, ex quo absurdā & falsā sequuntur, necessario verum esse non potest, 1. Offidius. ff de l. 3. sed tivera esset opinio prior, sequeretur omnino, posse venditionem hanc, quatenus donatione censetur, ob ingratiitudinē reuocari, 1. v. 1. C. de reu. do-

nat. cap. vlt de donat. & sic ea ex parte, qua vel deficit iustum premium vel exceditur ultra dimidiā, quod ipse falso esse opinor, nec iure probari posse. Deinde etiā 12 sequeretur, quod ex ea parte possit venditio reuocari natuitate liberorum, susceptis sane liberis post ipsum contrarium omnes iure verius esse assuerant, teste Tiraq. in d. l. si unquam, verbō, donatione, in princip. & num. 6. Quo in loco fragili admodum ratione comprobatur hanc opinionem, scribens, eam procedere ex eo, quod etiam si venditor de futuris liberis cogitasset, nihilominus vendidisset rem illam. Ego etenim credo, quod nihilominus vendidisset, non tamen vili precio, nec minori, quam sit rei iusta aestimatio. Is equidem, qui de suscipiendis liberis cogitat, & si rem aliquam venditus sit, consultius & cautius disponit de proprio patrimonio, remq; istam iusto preccio non alias vendet, vt patrimonium ad alimenta liberorum conseruetur. Ergo deficiente hac Tiraquelle infirma ratione, eius, & communem sententiam veram esse credo, quia nulla inibi datur donatio, sed venditio principaliter tractatur. Præterea & tertio, si hic donationem subesse fatemur, sequeretur, quod venditore habente filios, liberosve, quibus legitima deberetur, hic contractus iure in officiosa donationis reuocaretur ea ex parte, qua premium iustum deficit, vel exceditur, & ea quantitas imputaretur in eam portionem, quæ à parentibus exteris legari, vel donari iure poterat, quod nec in praxi receptum est, nec iure defendi potest, nisi eo casu, quo facta fuerit veditio in fraudem legitimæ portionis filiis debitæ, text. in l. l. §. si quid in fraud. patroni, de quo ipse aliqua adnotauit in cap. Raynacius de testam. §. 10. num. 9. & sane ubi premium venditionis esset ita vile, vt maiori ex parte, maximo, grauissimoque excessu laesio contingere, & potest aliunde fraus donationis prohibita præsumi, censebitur color venditionis ex proposito quæsitus, & tunc erit locus his tribus, quæ ipse absurdæ esse censui, sicuti docte & erudite tradit Tiraqu. in d. l. si unquam, verb. donatione largitus, num 9. ac prius, num. 2. 3. & seq. ex Bald. ibi, Cyn. vlt, quæ sit Bald. 3. no-

tab. Aret. col. 3 Jacob col. 1 in l. I. C. de pac̄. Ex his equidem in his renunciationibus non subesse donationem veram & propriam, quæ insinuationem exigat, apparet, poteritque colligi responso ad rationes, quibus prior opinio instruitur. Nam ad primam constat, si perpendatur exacte, quod in tertio huius posterioris opinionis dictum est. Et ad secundam illud vere dici potest, nō esse hic donationem aliquā constituendā, nec præsumendā, deinde & si præsumatur donatio, ea propria non est, sed impropria satis. Tertia ratio tollitur ex eo, quod & si remissio eius, quod mihi liquido debetur, donatio sit, remissio tamen eius, quod debetur, non autem liquido, donatio propria non est, nec insinuationē exigit, gl. in l. contra iuriū, §. si filius, ff. de pac̄. in gl. vlt. & in l. Imperatores, gl. 1. eod. tit. optimus text. in l. præses, C. de transact. Alex. & Ias. in l. padam curatoris, C. de pac̄. Bart. consil. 47. late Tiraquel. dicto verb. donatione largitus, n. 159. Quod tametsi dubium quibusdam videri possit, quo ad præsentem speciem & calum, dubium non est, cum remissio ista laesione ultra dimidiā fiat ratione contractus venditionis, qui causam habet onerosam. Quam ob rem remissio ista, seu renunciatio facta respectu contractus venditionis, vt is firmior sit, non potest vere & propriè dici donatio: si quidem remissio debiti eo casu donatio dicitur, quod sit nulla ex alia causa, quam liberalitatis exercende. Paul. Castrensi. in dict. leg. contra iuriū, §. si filius. Deci. in d. l. si quis obligatione, ff. de reg. iur.

Subsequenter ad ampliorem declaratiōnem quero, an sit locus constitutio- 13 ni d. l. de rescind. vendit. re ipsa, quæ ven- dita fuerit, perempta, & extincta? Et Pan- norm. in c. cum dilecti, de empt. in fin. ex- stimat, adhuc re perempta posse vendi- torem agere contra emp̄torem ad iusti- precij supplementum: quamuis agere non possit ad rei restitutionē: idem Ab- batem sequutus inter singularia retulit Fran. Cremensi singul. 84. & Panth. in d. l. secunda, extens. 25. & rursus col. 59. ea ratio- ne, quod in specie dictæ constitutionis res, & premium sunt in obligatione, tex. in d. c. cum dilecti, ubi Ioan. Andr. & Dd. quorum opinionem afferunt commu- nem esse, saltem Canonistarum: Panor. ibi, Imol. in c. cum causa, eod. tit. n. 19. Pan-

thal. in d.l. 2. col. 58. Bartol. in d.l. 2. dicens, esse hanc obligationem alternatiuam.  
 14 Eandem sententiam tutiorem post Bartolom ibi fatetur Imo. in d.c. cum causa. num. 19. & in d.c. cum dilecti, num. 18. scribitque eam seruari in praxi Car. Molin. in consue. Paris tit. 1. §. 22. num. 42. Igitur etiam perempta re, quæ alternatiue debet, & est in obligatione, manet obligatio ad precium, l. in emptione, §. si emptio, ff. de con. empt. l. Stichum, aut Pamphiliū, ff. de solutio. Contrarium expressim probat gloss. communiter inibi recepta in d.l. 2. cui accedit & Burg. contra Pan. in dict. c. cum dilecti, nu. 60. Pulchra in eadem sententia l. 56. titul. 5. par. 5. quo in loco communis opinio probatur. Cui adstipulatur, quod gloss. in d.l. 2. Bald. q. 15. & Salice. post alios, asseuerant, in hoc casu rem tamē esse in obligatione, precium vero in solutione, & facultate soluendi, & haec est communis sententia secundum Car. Molin. d. num. 42. Burgen. in d. cap. cum dilecti, ad fin. optimus text. in ead. l. 2. facit text. in l. miles, §. decem, ff. de re iudic. tradunt Bart. in l. stipulationes non dividuntur, num. 41. ff. de verb. oblig. Burgen. in d. cap. cum dilecti, num. 33. text in l. item veniunt, §. cum prediximus, ff. de petit. hered. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff. de solut. quo sit, ut re ipsa perempta nulla supersit obligatio, cum precium in obligatione non veniat, nec ad id præcise agi possit, & præterea etiam si vera sit opinio Canonistarum, non potest defendi, quod ex ea Panorm. adnotauit. Nam vbi quantitas debetur, respectu & ratione certæ speciei, quæ si extaret, iniuito creditori à debitore tradi posset loco illius quantitatis, perépra ea specie, debitor liber est à quantitatis solutione. Bart. in l. quod te mihi, ff. si cert. pet. quem ita interpretatur Ias. ibi, n. 15. optimus textus in l. 1. §. vlt. ff. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. si seruus communis, in princip. ff. de furtis. iuncto versicul. ex his igitur, & est communis haec Barto. opinio. Precium autem in præsenti quæstione debetur ab empto-

re venditori ratione ipsius rei, tanquam eius vera & justa æstimatio, compensatiove: poteratque emptor, si res extaret, eam tradendo venditori eximi à solutio- ne precij: ergo ea perempta à precij supplemento emptor eximitur.

Nec sat erit dicere, preciū istud debe- ri non ratione rei peremptæ sed ratione læsionis, vt pungit Panthal. Crem. d.l. 2. col. 59. quia cum læsio re ipsa non ex proposito, nec data opera contigerit, mani- festi iuris eam precij integrām solutio- nem ratione ipsius rei emptori incum- bere. Et ideo veriorem esse ultimam opinionem Accursij, & sequacium exi- stimans, in tres eam distinguam adser- tiones.

Prima est, venditore decepto ultra dimidiā iusti precij, re perempta absque emptoris culpa, non potest emptor conueniri, nec tenetur ad integrām iusti precij solutionem. Hæc probatur aduersus Panorm. his, quæ modo adduxi- mus pro Accursio & sequacibus.

Secunda, re perempta absque emptori- sis culpa apud secundum emptorem, qui eam emerat, & iustum precium primo emptori dederat: tenetur emptor ven- ditori iustum precium omnino supple- re, quasi id loco ipsius rei ad ipsum per- uenerit, l. ipsa res, ff. quod me. causa, quod Salic. nu. 18. & Panthal. col. 59. in d.l. 2. ex- pressim notarunt.

Ex quibus tertia deducitur, emptore decepto ultra iusti precij dimidiā, etiā re perempta absque culpa tamen emptoris, & penes ipsum, venditor tene- tur, quod pluris iusto precio accepit, emptori reddere, & id conueniri potest, quia licet res perempta sit, loco tamen eius venditor precium habet. Et deinde satis est re ipsa perempta, vendito- rem habere iustum ipsius rei æstimatio- nem, quæ quidem non perit, damnum- que maius extinctione rei emptori im- minet, qui rem amisit, & iustum eius va- lorem, quem nequit repetere. itaque his consideratis, constat perfecta huius que- stionis resolutio.

# INDEX EORVM

## COPIOSVS

### QVÆ IN HIS COMMENTARIIS

### RVB. ET L. II. C. DE RESCINDENDA VENDITIONE

### TRACTANTVR.



#### A.

- Absoluta potestas non recte à Dd. explicatur, & inique ab eis principi attribuitur, n. 25. 19*  
*Absoluta potestas tyrannis, ibid.*  
*Absoluta potestas Papæ in beneficib; explicatur, n. 29. & seq. 22*  
*Absoluta potestas iuri contraria, ib.*  
*Actionis commodius intentatur, quum dolus interuenit quam remedium huius leg. n. 13. 126*  
*Actionis noxalis ratio, n. 3. 204*  
*Action duplex ex eadem conuentione resultare potest, n. 9. 88*  
*Action ex contractu descendens an de laeso ultra dimidium, ibid.*  
*Action ex has l. quo nomine vocetur, & quantum daret, n. 26. & seq. 116*  
*Action ex vendito non solum ad precium & interesse, sed etiam ad res cindendam datur, n. 28. 53*  
*Action ex has l. personalis est, n. 29. 117*  
*Action minus estimatur, quam res, n. 37. 223*  
*Action noxalis admittit petitio rem alternatiuam, n. 5. 205*  
*Action sine libellus virrum mutari possit, n. 24. 210*  
*Action mutari non potest post litem contestatam, ibi.*  
*Action noxalis & eius natura, n. 3. 204*  
*Action personalis in tertium non datur, n. 30. 117*  
*Action sine causa à principe tolli non potest, n. 9. 12*  
*Action intelligitur secundum regulam, non secundum limitationes, n. 20. 209*  
*Adulterium an minus prohibitum censeatur, quam furtum, n. 22. 7*  
*Aduocatus durante lite non potest cum cliente pacisci, n. 33. 137*  
*Æstimatio an faciat emptionem, n. 18. 172*  
*Æstimatio an crescat in serua prægnante vel grāida, n. 39. 223*  
*Æstimatio legata pecunia fit ad tempus test. n. 22. 30*  
*Equitas exactissima consideratur inter coniuges, n. 2. 204*  
*Æstimationis certitudo versatur circa commune pretium, n. 5. 216*  
*Es alienum vendoris an minuat valorem rei, n. 20. 202*  
*Æstimatores qualiter elegantur, & an iurare debeant, n. 3. & seq. 216*  
*Æstimatio rerum fit ex earum qualitatib. n. 18. 219*  
*Æstimatio rei per par. minuit eius preciū, n. 36. 223*  
*Æstimatio rerum dotalium in dubio facit emptionem, n. 18. 72*  
*Agens ex una causa an possit obtinere ex alia, n. 28. cum seq. 212*

- Alienata post crimen an Fiscus repetat non restituto precio, n. 73. 178*  
*Alienatio per metum rescinditur in totum, n. 23. 188*  
*Alienatio voluntaria, proprie vim minoris facta rescindit, ibid.*  
*Alienationis verbum, tanquam genu longe differt à quolibet nomine alienationis in specie, n. 14. 112*  
*Alienatio voluntaria & necessaria, n. 42. 149*  
*Alienatio rerum ecclesiasticarum sine causâ cognitio ne irrita, n. 25. 160*  
*Alternativa indicari an possit, n. 4. 204*  
*Alternativa petitio iure permissa, n. 8. 206*  
*Animus & intentio contrahentium inspiciendus, n. 12. 47*  
*Appellatio non est defensio naturalis, n. 22. 17*  
*Appellans potest obtainere, etiam ex causa non deducita, modo ex actis colligi possit, n. 30. 213*  
*Argumentum à minore ad dotem in iure vale, n. 28. 74*  
*Auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vendi. expendenda principib. & examinanda, an è re sit publica, n. 10. 183*  
*Author scriptis suis nihil vult praedicatum ecclesie Catholicæ, n. 20. 7*

#### B.

- Beneficium canonice obtentum nullatenus adimit potest, n. 30. 22*  
*Bona fides an excusat à fructibus, cum res minoris male alienata reperitur, & quomodo ibi detur bona fides, n. 31. 162. & iure ecclesiæ, n. 33. 162*  
*Bona fidei possessio an lucretur fructus, ex quibus sit locupletior, n. 47. 167. n. 60. 172*  
*Bona fidei possessio cum fructibus perceptis compensare debet impensas, quas alias retinere vel petere possit, n. 62. 173*  
*Bona fides an induretur ex errore iuris, n. 31. cum seq. 162. & n. 35. 163*  
*Bona fides vel fides simpliciter data, an habeat vim iuramenti, n. 13. 184*  
*Bona fides facit restitutionem in causa detis, n. 16. 71*  
*Bona fides vera & iustus error, an excusat emptionem minoris à restitutione fructuum, n. 45. 166*  
*Bonum virū se professus, an teneatur lexis citra dimidiā, n. 34. 133*

#### C.

- Caſus fortuiti an renunciari possint, & quid de caſu inſolito, n. 29. cum seq. 94*  
*Caſus fortuiti appellatio quid contineat, ibid.*  
*Causa iusta efficit, ut recedatur à iuris regulis, n. 6. 12*  
*Causa ciuilis, & criminalis regulariter an differunt, n. 22. 17*  
*Causa requiritur ad fundamentum actionis, non appetitio, n. 23. 210*  
*Citatio non potest tolli à principe, etiam in ciuilibus, quatenus respicit defensionem, n. 21. 17*  
*X iiiij Citatio*

Citatio ad audiendam sententiam potest tolli à principio, ibid.	76
Clausula ex certa scientia non tollit leso remedium huic l. num. 23	83
Clausula & formulæ, quæ libellis adiici solent, parum valere debent inter Dd. nam 22	17
Clerici an Læsi circa dimidium teneantur in foro contentioso, num. 34.	133
Clausula istius, donans quicquid ultra premium conuentum res valuerit, etiam si dimidium excesserit, effectus, num. 6.	239
Clausularum, non obstante ex certa scientia, proprio motu de plenitudine potestatis, effectus, num. 20	16
Clausula donationis vel remissionis, quod pluris est, excludit scientem ab hoc remedio, num. 20	82
Condictio ex hac competit leso, num. 9.	88
Condictio ex causa datar ex affectu implementi, non ex paenitentia, num. 15.	36
Condictio ex causa an casset, quando permutatio fit cum re venali? num. 14.	36
Condictio indebiti an detur leso, in contractibus stricti iuris, num. 8. & 9.	88
Conductor renuncians casibus fortuitis, an excusatetur, num. 26. & 28.	93
Conductor non augeatur pensio ex magna ubertate, num. 34.	96
Conductor & locatori an competit remedium huius l. num. 17. usque ad num. 20.	91
Conductor vel ligatum ob spem, quod Rex vel Papa in eo loco resideret, an si illi decedant ex eo loco, succurratur, num. 32.	95
Conductor an non teneatur stare locator, si ab eod. conductore remedio huius l. 2. ad rem, quam vendidebat & conduxerat, usus sit, num. 1.	98
Coniugi leso in aestimatione rerum dotalium an detur remedium huius l. num. 12. usque ad num. 14. 70. num. 27. 73. num. 33. usque ad 36.	107
Contractus, do ut des, an differat à permutatione, num. 9. & 10.	34
Contractus innominati, similes nominatis, quomodo censeantur, num. 17.	37
Contractus recipit nomen, & effectum ex mente contrahentium, num. 1.	44
Contractus an indicetur ex eo, quod pluris est, num. 4.	45
Contractuum nominatorum & innominatorum differunt, num. 24. & seq.	52
Contrahens per procuratorem, an facilius rescindat contractum, num. 15. & seq.	113
Contrahens cum officiali ecclesiæ vel Reipub. an debet probare versum esse in utilitatem, num. 68. & seq.	176
Conuentus impedire potest, ne agens mutet actionem, & an tunc solvi ei debeant expensæ, num. 25.	211
Conuentus remedio huius l. conditionem habet, & quantum ei daret, num. 34. & seq.	215
Contractus pro parte restissimo potest alter contrahentiū in totū recedere, si alias cocontracturus non fuisset, n. 1.	98
Colonus an recuperet expensas, num. 6.	137
Committi an possit appellatio à principe cum clausula, appellatione remota, num. 22.	17
Contractuum nomina quandoque prudentibus incognita sunt, num. 12. in fine.	35
Conuentio ad iustum premium an inducat locationem vel emptionem secuta traditione, num. 24	39
Contrahentism & testatorum verba ad definitiones iuris non trahenda, num. 22. in fin.	69
Contrahentibus quatenus licet seipsum circumvenire, nu. 37. cum seq.	76
Contrahens per procuratorem facilius iuuatur, n. 16. 113	
Cognitionis cause defectus irritam facit alienationem rerum ecclesiasticarum, num. 25.	160
Consensus geminatus quid operetur, num. 30.	193
Convenio vendendi non expresso certo precio emptiōnem non producit, num. 21.	38
Conuentio tendens ad locationem & tendens ad venditionem qui differant num. 24.	39
Creditor, auctoritate iuris missus in possessionem bonorum del iteris, an ex lectione rescindat locationem ab eo factam, num. 36.	96
Creditori datur replicatio aduersus pactum ob malitatem delitoris factum, nu. 7.	100
Creditor an compellatur ad accipendum unum fiduciissimum, pro alio, num. 21. usque ad num. 25.	115
Creditor dans in rem necessariam minori, an probare debeat versum in eius utilitatem, nu. 35.	193
Creditor ter denuncians, potest vendere pignus contra pactum, num. 4.	123
Creditoris tria denunciatio ante venditionem debet fieri intervallo semper trium dierum, id.	
Creditor utrum probare debeat pecuniam versum in utilitatem minoris, num. 30.	191
Creditor mutans minori curatorem habenti an detur actio, num. 34.	192
Creditor verum pignus pro alio accipere cogatur, n. 21.	115
Creditor invitatus alium accipit fiduciissimum pro fiduciissimo promisso non accepto, num. 23.	115
D.	
Are an congruat emptioni, an soli contractui in nominato, num. 13. & seq.	58
Datio in solutum habet vim venditionis, nu. 8.	100
Debens pecuniam an satisfaciat solvendo massam eiusdem quantitatis & valoris, num. 14.	27
Debitor leso in venditione pignoris facta per creditoris, an & qualiter agere possit, n. 1. 122. & n. 16. 127	
Debitori in venditione pignoris per creditem leso, quomodo subueniendum, num. 2.	122
Debitori decolori seu failito, vt Doctoris fiantur, si quidpiam creditor remittat, ut exigat aliud necessitate cogente, postea replicationi locus fiet, n. 7.	100
Defensio tolli non potest à principe, nu. 21.	17
Definire rem generaliter, quæ in species varias didicunt periculorum, num. 71.	177
Definitio vix villa perfecta est, nu. 28.	31
Demonstratio falsa an vitiet, nu. 15.	199
Differentia enormis & enormous lesionis impingatur, num. 8.	182
Differentia uniuersalium & particularium iudiciorum, num. 61.	172
Diversitas rationis, & personæ, diuersum ius postular, num. 71.	177
Divisio maiorum operum repellit tedium, num. 1.	1
Dignitas maior magis à peccato cauere debet, n. 30. 22	
Doctoris non munerus, sed veritatis ratio potior esse debet, num. 61.	172
Dolus cessat, ubi concurrit causa etiam parum colorata, num. 18.	140
Dolus censetur ex parte emptoris periti, ementis librum vel gemmam, num. 29. 161. nu. 20.	201
Dolus censetur ex parte vendentis, quando scielat constitutionem breui promulgandam ad restringendam	

<i>gen. s. m. p r e c i u m , n u m . 2 2 .</i>	202	<i>E m p t i o a n s a l s i s t a t e x p r e c i o q u o d i n a r c a e s t , n u m . 2 .</i>	33
<i>D o l u s c e n s t u r i n a d m i n i s t r a t o r e t r a n s f i g e n t e c u m l a s-</i>		<i>E m p t i o a n v a l e a t c o l l a t o p r e c i o i n a r b i t r i u m t e r t i u m ,</i>	37
<i>s i o n e i m m o d i c a e i u s , c u i u s b o n a a d m i n i s t r a u i t ,</i>		<i>n u m . 4 .</i>	33
<i>n u m . 2 3 .</i>	105	<i>E m p t i o a n v a l e a t c o l l a t o p r e c i o i n d u o r u m a r b i t r i u m ,</i>	34
<i>D o l o i n c i d e n t i l . e i u s , a n r e m p r e c i o s e p o s s i t p e t e r e , a n</i>		<i>q u o v u m a l t e r u m e m p t o r , a l t e r u m v e n d i o r s i t e l e-</i>	
<i>s o l u m i n t e r e s s e , n u m . 1 2 . 1 2 6 . c u m s e q . &amp; p r e-</i>		<i>c t u r u s , v e l i n u n i u s a r b i t r i u m a b a l t e r o c o n t r a k e n-</i>	
<i>c e n t u m e l i g e n d i , n u m . 6 .</i>		<i>t u m e l i g e n d i , n u m . 6 .</i>	34
<i>D o m i n i u m q u e s t u m l e g i t i m a p r e s c r i p t i o n e p r i n c e p s</i>		<i>E m p t i o a n i u d i c a t u r e x r e a p r i n c i p i o t a x a t a , l o c o</i>	37
<i>n o n t o l l i t , n u m . 4 .</i>	11	<i>q u a n t i t a t i s , n u m . 1 6 .</i>	
<i>D o m i n i u m i u r e c i u l i q u e s t u m n o n m i n u s s i n e i u s t a</i>		<i>E m p t i o a n v a l e a t p e r v e r b a i l l a p r o i u s t o p r e c i o : v e l</i>	38
<i>r a t i o n e a u f e r t p r i n c e p s , q u a m q u e s t u m d e i u r e</i>		<i>p r o e o q u o d i u s t u m d e c l a r a d i u t r , n u m . 1 9 .</i>	38
<i>g e n t i s m , n u m . 5 .</i>	11	<i>E m p t i o &amp; v e n d i t i u r i u r i s g e n t i u m , n u m . 1 .</i>	2
<i>D o m i n i u m q u o i u r e f a c i r i i n u n t u m , n u m . 1 5 . &amp; s e q . 5</i>		<i>E m p t i o &amp; v e n d i t o l i m e t i a m s i n e n u m m i s , n u m . 2 9 . 9 .</i>	9
<i>D o m i n i u m e i c i u l i q u e s t u m p r i n c e p s n o n</i>		<i>E m p t i o n o n s u l s i s t i t c o l l a t o p r e c i o i n t e r t i u m , q u e m</i>	
<i>t o l l i t , n u m . 1 .</i>	10	<i>e l e g i t a l t e r c o n t r a h e n t i u m , n u m . 6 .</i>	34
<i>D o m i n i u m s i m e l q u e s t u m , &amp; a l i q u o m e d i o i u r i s c i u l i-</i>		<i>E m p t i o c o n t r a h e n t u r , e i u s a m s i a l i q u i d p r e c i o c e r t o</i>	37
<i>l i s , d i c i t u r s e m p e r d e i u r e g e n t i u m , n u m . 4 .</i>	11	<i>i n c e r t i a d i c i a t u r , n u m . 1 8 .</i>	
<i>D o m i n i u m t r a n s l a t i o a n d i c t u r c o n t r a n a t u r a m v e n-</i>		<i>E m p t i o v a l i d a n o n e s t , s i c o n u e n t u m s i t , v t r e s m a n e a t</i>	38
<i>d i t i o n e , n u m . 1 5 . &amp; s e q .</i>	38	<i>e m p t a i u s t o p r e c i o , n u m . 1 9 .</i>	
<i>D o m i n i u m t r a n s l a t i o n o n e s t d e s u l s t a n t i a e m p t i o n i s ,</i>		<i>E m p t i o n o n c o n t r a h e n t u r s i n e t r a c t a t u m &amp; c o n u e n t i o n e</i>	59
<i>n u m . 1 7 .</i>	59	<i>v t r i u s q u e p a r t i s , n u m . 1 0 .</i>	
<i>D o m i n i u m t r a n s f e r e n d i o b l i g a t i o e m p t i o n i s n o n r e p u g-</i>		<i>E m p t i o a n p e r m u t a t i o r e s u l t a t , c u m r e s &amp; p e c u n i a p r o</i>	44
<i>n a t , n u m . 2 7 .</i>	61	<i>a l i a r e d a t u r , n u m . 1 .</i>	
<i>D o m i n u s , q u i p a t i t u r m a n d a t a r i u m e x c e d e r e s i n e</i>		<i>E m p t i o n i s &amp; v e n d i t o n i s a p p e l l a t i o a p u d v e t e r e s p r o-</i>	78
<i>m a n d a t i , a n r e c u r s u m h a b e a t , n u m . 1 8 .</i>	113	<i>m i s c u a e r a t , n u m . 3 .</i>	
<i>D o n a t i o a n i u d i c a t u r p e r v e r b u m f u u r i t e m p o r i s ,</i>		<i>E m p t i o a n p r o v e r b u r p e r t e s e a m a f f e r e n t e s , p r e c i o t a-</i>	34
<i>n u m . 3 0 .</i>	144	<i>m e m i m o r e s , n u m . 7 .</i>	
<i>D o n a t i o n e c a u s a m o r t i s r e s o l u t a , a n o c a t u r r e s c u</i>		<i>E m p t o r &amp; v e n d i t o r i n m u l t i s e q u i p a r a n t u r , n u m . 1 .</i>	78
<i>&amp; t r i b u s , n u m . 1 1 .</i>	155	<i>E m p t i o a n p r o v e r b u r p e r t e s e a m a f f e r e n t e s , p r e c i o t a-</i>	
<i>D o n a t o r e r e m o b i n g r a t i u d i n e m a n o c a t u r , r e s o l u t u r</i>		<i>m e m i m o r e s , n u m . 7 .</i>	34
<i>h y p o t h e c a , n u m . 1 9 .</i>	141	<i>E m p t o r &amp; v e n d i t o r i n m u l t i s e q u i p a r a n t u r , n u m . 1 .</i>	
<i>D o n a t i o c o n i u g u m m o r t e d o n a n t i s r e t r o t r a h i t u r , q u o-</i>		<i>E m p t i o a n p r e c e p t a a g a t r e a p u d e u p e r e m p t a , n . 3 9 . 1 2 1 .</i>	
<i>a d f r u c t u s , n u m . 5 1 .</i>	168	<i>E m p t o r p i g n o r i s p a r t i c i p e s f r a u d i s a n a u d i a t u r , s i t u-</i>	
<i>D o n a t i o r e r u m e c c l e s i a s t i c a r u m r e m u n c r a t o r i a , a n</i>		<i>s u m p r e c i o d e b i t o r i s s o l u c e r e v e l u t , n u m . 1 1 . 1 2 5 .</i>	
<i>v a l e a t , n u m . 1 7 .</i>	200	<i>E m p t o r c u m p a c t o r e u n e n d e n d i , a n t e n e a t u r p r a c i s o ,</i>	
<i>D o n a t i o e i u s , q u o d u l t r a i u s t i o n e p r e c i o v a l u e r i t r e s ,</i>		<i>a n l i b e r e t u r s o l u e n d o i n t e r e s s e , n u m . 2 0 . v s q u e a d</i>	
<i>a n i n s i n u a r i d e b e a t , n u m . 7 . &amp; 8 .</i>	259	<i>n u m . 2 9 .</i>	141
<i>D o t i s c a u s a &amp; m i n o r q u o d a l l a s i o n e a c q u i p a r a n t u r ,</i>		<i>E m p t o r a n t e n e a t u r e x d e t e r i o r a t i o n e r e i , s i v e n d i t o</i>	
<i>n u m . 1 3 .</i>	70	<i>a g a t r e m e d i o h u i u s l . n u m . 3 4 .</i>	146
<i>a D o t e a d a l i a s p e c i e s n o n e s t l i c i t a e x t e n s i o , n . 1 0 . 6 9</i>		<i>E m p t o r i n c a s u h u i u s l . d o m i n u s f i t , &amp; n o n m a l e f i-</i>	
<i>E .</i>		<i>de i p o s s e s s o r , n u m . 1 3 . 1 5 5 n u m . 2 6 .</i>	160
<i>E c c l e s i a a n s i t m e l i o r e c o n d i t i o n i s , q u a m m i n o r a d</i>		<i>E m p t o r a n f r u c t u s r e t i n e a t v e n d i t o r e o b t i n e n t e e x r e-</i>	
<i>r e p e t e n d o s f r u c t u s , n u m . 3 2 .</i>	162	<i>m e d i o h u i u s l . n . 1 . c u m m u l t i s e q .</i>	151
<i>E c c l e s i a d e b e t s u c u r r e r e o p p r e s s i s , n u m . 2 7 .</i>	21	<i>E m p t o r c u m p a c t o r e u n e n d e n d i t e n e t u r r e s t i t u e r e r e</i>	
<i>E l e c t i o d a t u r c o n u e n t o , &amp; q u a m d i u d u r e t , n u m . 3 4 . 2 1 5 .</i>		<i>n o n i n t e r e s s e s i p o s s i d e a t , n u m . 2 2 .</i>	142
<i>E m e n s a m a i o r e &amp; i n r e s t i t u o n e r e c i p i e n s p r e c i o ,</i>		<i>E m p t o r i n r e d h i b i t o r i a t e n e t u r d e d a m n o e i u s c u l p a</i>	
<i>q u i d p r o b a r e d e b e a t , n u m . 2 4 .</i>	188	<i>c o n t i n g e n t e , n u m . 3 4 .</i>	146
<i>E m e n s c i e n t e r r e m m i n o r i s s i n e s o l e n n i t a t e e s t m a l e</i>		<i>E m p t o r r e s c i s s o a v e n d i t o r e c o n t r a c t u n o n t e n e t u r c u</i>	
<i>f i d e i , n u m . 3 7 .</i>	163	<i>f r u c t i b u s c o m p e n s a r e i m p e n s a s , n u m . 6 3 .</i>	173
<i>E m p h y t e u t a e i e c t u s s u a c u l p a n o n r e c u p e r a t e x p e n s a s</i>		<i>E m p t o r s u p p l e n s , q u o d d e s i t i u s t o p r e c i o , n o n t e n e t u r</i>	
<i>a u m e l i o r a m e n t a , n u m . 7 .</i>	137	<i>s t a r e l o c a t i o n i , v e l e m p h y t e u s i , n u m . 1 .</i>	88
<i>E m p h yt e u t i s a n p o s s i r e n u n c i a r i i n u t o d o m i n o , n . 2 . 9 8 .</i>		<i>E m p t o r s e c u n d u s q u a n d o c o n u e n i a t u r a p r i m o v e-</i>	
<i>E m p h yt e u t a o b t i n e n s e x r e m e d i o h u i u s l . a n e g e a t n o-</i>		<i>n d i t o r e , n u m . 3 1 . c u m m u l t i s e q .</i>	118
<i>u o c o n s e n s u s d o m i n i , n u m . 4 2 .</i>	149	<i>E m p t o r c a l l i d u s c i r c u m u e n i s v e n d i t o r e s i m p l i c e ,</i>	
<i>E m p h yt e u t i s f i n i t a , a n s o l u e n d e s i n t i m p e n s a e i p s i e m-</i>		<i>a n t e n e a t u r a d f r u c t u s , n u m . 2 9 .</i>	161
<i>p h y t e u t a , v e l h a r e d i b u s , n u m . 1 0 . c u m s e q .</i>	138	<i>E m p t o r i u r a n s s t a r e c o n t r a c t u n o n i n u a t u r r e m e d i o</i>	
<i>E m p t i o n i s a p p e l l a t i o n e , a n a l i j c o n t r a c t u s v e n i a t , n . 1 0 .</i>		<i>h u i u s l . n u m . 5 .</i>	180
<i>c u m s e q .</i>	111	<i>E m p t o r l i b e r a t u r r e p e r e m p t a s i n e c u l p a , n . 7 .</i>	205
<i>E m p t i o q u o i u r e s i t i n u e n t a , n u m . 1 . c u m s e q .</i>	2	<i>E m p t o r i n h o m i n e q u a n d o v i t i e t , n u m . 1 2 .</i>	55
<i>E m p t i o n o n p o t e s t e s s e s i n e p r e c i o , n u m . 2 9 . 9 . &amp; n u m . 1 .</i>		<i>E m p t o r i u r i s a n e x c u s a t a r e s t i t u o n e f r u c t u m , n u m .</i>	
<i>c u m s e q .</i>	32	<i>34 . &amp; s e q .</i>	163
<i>E m p t i o a n d i c t u r , c u m p e c u n i a p r o p e c u n i a d a t u r ,</i>		<i>E m p t o r i u r i s a n e x c u s a t a n o m i n e &amp; p o e n a p r e d o n i s ,</i>	
<i>n u m . 1 5 .</i>	28	<i>n u m . 3 6 .</i>	163
<i>E m p t i o n i s d e f i n i t i o , n u m . 2 8 .</i>	31	<i>E m p t o r i u r i s a n e x c u s a t a a m b i g u i f a c i l i u s e x c u s a t , n u m . 4 0 .</i>	164

I N D E X.

- Error quilibet iuris excusat à fructibus percipiendis, num. 41. 165  
 Error iustus & vera bona fides an excusat ementem rem minoris à restitutione fructuum, nu. 45. 166  
 Exceptio parui momenti non respiciens merita cause tolli poterit à principe, num. 23. 18  
 Exceptio dilatoria, & peremptoria an à principe ausserri possit, num. 23. 18  
 Exceptio impedit executionem rescripti, num. 28. 21  
 Expense an solvi debent emptori, cum vendor obtinet ex remedio huius l. nu. 1. & seq. 135  
 Expensas deducturus an deducat ex operis per seipsum factis, num. 4. 136  
 Exceptio lesionis ultra dimidium competit in omni contractu re nondum tradita, num. 6. 87  
 Extensio à dote ad alias species illicita, nu. 10. 69  
 Expense conuenti pars precij sunt, num. 10. 138  
 Expense an debeantur colono electo, num. 6. usque ad 10 137  
 Expense an solvi debeant emptori obtinenti ex remedio huius l. num. 31. 145  
 Expense & melioramenta, an cum fructibus compensentur, num. 62. & seq. 173
- F.
- Fatum præstare debens, liberatur soluendo pecuniam vel interesse, num. 25. 52  
 Factum neque serum obligat, nu. 25. 52  
 Fallere rusticum auxilio verborum Christianus candor non admittit, num. 20. 201  
 Feudatarius an p̄s sit feudo renunciare inuitu domino, num. 2. 98  
 Fidei vel bona fidei mentio an iuramenti loco habentur, num. 13. 184  
 Fideiussorem unum pro alio accipere non cogitur creditor, num. 21. & seq. 115  
 Fideiussore promisso non accepto altius æque idoneus datur inuitu creditore, num. 23. 115  
 Fideiussor promittens sūmentum, vel aliam rem, an obligetur, quando principalis debitor teneatur ad pecuniam, num. 18. 29  
 Fideiussor an liberetur rescisso contractu ex remedio huius l. num. 43. & seq. 149  
 Fidem frangenti fides non seruanda, num. 26. 53  
 Fiscus cui bona ipso facto applicantur an debitum emptoribus post crimen precium restituere, n. 73. 178  
 Fœtus onium, cui fructuum speciei connumerentur, num. 52. 169  
 Fructus an euincantur per remedium huius l. num. 1. cum seq. 151  
 Fructus restituuntur, revocata donatione causa mortis, num. 11. 155  
 Fructus repetuntur rescisso testamento per querelam, num. 10. 155  
 Fructus magis auocantur rescisso contractu per auxilium restitutionis, quam si nullus sit, nu. 45. 166  
 Fructus industriales an restituuntur a possessore, num. 47. 167  
 Fructus industriales extantes restituuntur à bona fidei possitore, num. 48. 167  
 Fructus indistincte restituuntur liceo testata, ibid.  
 Fructus prædicti à coniuge donati an uxori lucretur, num. 49. 167  
 Fructus industriales & naturales qui sint, n. 52. 168  
 Fructus augent hereditatem in petitione hereditatis, & consenserunt corpus eiusdem, num. 61. 172

- Fructus non extantes lucrentur l' ora fidei p̄fesser, et si factus locupletior, ibid.  
 Fructus principaliter considerantur in estimatione rei immobilis, num. 28. 221  
 Furtum an lege naturali prohibitum dicatur, nu. 21. 7  
 Furtum etiam ante ius diuinum prohibitum, ibid.
- G.
- Gabella & tributum solutum ab emptore aut vēditore, an, & quomodo repetatur, rescisso contractu & remedio huius l. num. 35. usque ad num. 41. 145  
 Gabella an debeatur ex contractu nullo, ibid.  
 Gabella & tributum an solvi debeat, cum res ex pacto reuendendi restituitur, num. 36. 147  
 Gabella an solvi debeat ex rescissione voluntaria contractus, ibid.  
 Geminatus consensus, num. 36. 193  
 Gloss. in l. haec venditio, §. 1 ff. de contrah. empt. n. 3-33  
 Gloss. in l. emptor ff. de rei vend. nu. 62. cum seq. 173  
 Gloss. in l. utrum ff. de petit. hered. num. 64. cum seq. 174  
 Gloss. in l. 2. C. si quis igner. rem min. num. 31. cum seq. 162.  
 Gloss. in l. postquam liti. C. de paſt. nu. 15. & seq. 184.  
 Gloss. §. aliae, Instit. de dona. num. 30. cum seq. 144
- H.
- Heres iussus vendere an habeat remedium huius l. num. 19. 72  
 Heres rogatus restituere post tempus, licet fructus interim lucretur tenetur tamen ex ijs resarcire diminutionem bonis contingentem, num. 63. 173  
 Homo an vivere presumatur ad 100 annos, num. 32. cum seq. 222  
 Hypotheca an resoluatur rescisso contractu per remedium huius l. num. 32. & seq. 145. num. 11. usque ad num. 19. 139
- I.
- Dentitas rationis procedit in contractibus stricti iuri, num. 2. 88  
 Ignorantia iuris non presumitur, num. 36. 163  
 Ignorantia leui an allegari vel probari debeat in hac materia, num. 16. 81  
 Ignorantia in leso presumitur, num. 31. & seq. 85  
 Imaginaria venditio que dicitur, num. 28. & seq. 84  
 Immobilia in loco periculoso, num. 22. 220  
 Impensæ, vide in verbo expensæ,  
 Insinuatio an requiratur ad illud, quod ultra dimidiā remittitur, num. 24. & seq. 83  
 Insolitum quid dicatur, num. 32. 95  
 In ius itus casus, ibid.  
 Instrumentum referens emptionem factam, non autem precium an probet, nu. 7. 34  
 Index an secundum conscientiam, an secundum probata iudicare debat, num. 32. 214  
 Index an iudicare possit de eo, quod à principio non pertinet, si postea à litigantibus discussum fuit, num. 26. 211  
 Index potest interrogare testimoniū de ratione sui dicti post publicationem, num. 41. 224  
 Index appellationis an possit sententiam nullam reformare, num. 21. & seq. 210  
 Iudicis inordinata possessionis traditio non excusat à restitutione fructuum, num. 44. 166  
 Iudicium ut sustineatur, verba improprietur, n. 13. 207  
 Juramentū an excludat à remedio huius leg. n. 1. 179

I N D E X.

- Iuramentum in supplementum probationis cessat, in  
hac materia, num. 13. 218*
- Iuramentum an excludat minorem à nullitate & re-  
stitutione, num. 10. 183*
- Iuramentum an tollat exceptionem non numerata  
pecunia, num. 3. 179*
- Iuramentum irritat contractum in Lusitania, & pro-  
hibetur in tota Hispania, quod tractatur num. 11.  
& 12. 183*
- Iuramenti vim utrum habeat fidei vel bona fidei  
mentio, num. 13. 184*
- Iuramenti relaxatio petitur, vt audiatur Iesus conue-  
niens, num. 8. 182*
- Iuramentum dolo vel metu extortum an officiat re-  
scissioni huius l. num. 6. 181*
- Iuramento confirmatus contractus non rescinditur  
huius l. remedio, num. 5. 180*
- Juris consulti raro ad definitiones descendant, n. 28. 31*
- Iuris error an excusat à restitutione fructuum,  
num. 34. 163*
- Iuris error excusat à nomine & pena prædonie,  
num. 35. 163*
- Iuris ambiguus error facilius excusat, num. 40. 164*
- Iuris gentium etiam quedam dicuntur post ius ciuale  
inuenta, num. 7. 3*
- Iuris gentium diuisio in primarium & secundarium  
examinatur, num. 11. 4*
- Ius gentium & ius naturale differunt, num. 19. 6*
- Iuris solidi cognitio cum theoria praxi eget, n. 2. 152*
- Iuris scientia non presumitur, num. 31. 85*
- Ius gentium & naturale quandoque idem sonat, n. 18. 68*
- Ius gentium qualiter accipiatur & diuidatur, num. 7.  
& seq. 30*
- Ius naturale sepe pro iure gentium ponitur, num. 7. 3*
- Ius ciuale fere semper adhaeret naturali, num. 11. 4*
- Ius diuinum & ius naturale an possit limitare. Pontis-  
fex, diuinum natural. seu ius gentium princeps,  
num. 6. & 7. 12*
- Institutio præcepta, num. 26. 20*
- L.
- L**eſio ultra dimidiam qualiter exemplificetur,  
num. 4. & seq. 78
- Leſio non curatur, quando in examine plus expende-  
retur, num. 28. 74*
- Leſio minor an in ecclesiasticis emendetur, n. 34. 133*
- Leſio iudicatur secundum id tantum, quod utique  
contrahens accipit, num. 41. 149*
- Leſio minor an emendetur in dotalibus, num. 12.  
& sequ. 70. & num. 28. 74*
- Leſio ex persuasionibus aduersarij magis succurritur,  
num. 31. 74*
- Leſio enormis & enorisma improbatur, num. 8. 182*
- Leſio in minore quantitate an succurratur, si ob neces-  
sitatem contraxit, num. 35. 134. num. 27. 160*
- Leſio ab aduersario, scienter in foro conscientiae resti-  
tutio debetur, num. 35. 120*
- Leſio mulieribus, rusticis & aliis personis simplicibus  
magis succurritur, num. 30. 74*
- Leſio facilius succurritur attenta personarum quali-  
tate, ibid.*
- Leſio & fraus solum tempore contractus attenditur, vt  
locus sit huic leg. num. 8. 68*
- Leſio inspicit tam emptorem quam veditorem, num. 1. 78*
- Leſio ultra dimidiā utrū attendatur, si contrahentes  
dicant se dare, vel facere ex conscientia, p. 23. 83*
- Leſionis estimatio in Emphyteusi, quomodo fiat, num.  
37. 96*
- Ieſus in hoc rem agens tantum consideret, quantum  
alter contrahentium accepit, num. 41. 149*
- Ieſus multo plus ultra dimidiam, an excludatur per  
iuramentum, num. 7. 181*
- Ieſio infra dimidiā in anime iudicio non est dona-  
tio presumenda sed reparanda, & a refutatione tol-  
lenda, num. 11. 242*
- Ieſio ultra dimidiū quatenus consideretur, n. 8. 232*
- Ieſio grauissima ultra dimidiū an tollatur renun-  
ciatione speciali, num. 5. 238*
- Legati aut fideicommissi clausulae an mutari possint à  
Principe, num. 19. 16*
- Leges etiam nullius vel modicæ dubitationis sunt,  
num. 18. 50*
- Lege naturali quid, num. 21. 7*
- Lex noua correctior non debet extra suos terminos  
facile trahi, num. 32. 44*
- Legitimatus non debet sine demerito priuari benefi-  
cio, num. 10. 13*
- Lex naturalis accipitur aliquando pro æquitate & be-  
nigna ratione, num. 21. 7*
- Libellus ad rescindendam diuisiōnē bonorum,  
num. 4. 109*
- Libellus in materia huius l. qualiter formari debeat, n.  
6. & seq. 205*
- Libellus ineptus, an vitiet iudicium & sententiam,  
num. 23. & seq. 210*
- Libellus sustinetur ex parte apta, num. 8. 206*
- Libellus alternatiuus, num. 5. 205*
- Libellum alternative formari consultius, n. 12. 207*
- Libellus & iudicium ut sustineantur, verba impro-  
priantur, num. 13. 207*
- Licitator primus an liberetur ex licitatione secundi  
vel alterius, num. 29. usque ad num. 31. 131*
- Licitator & emens in publica subbstatione an agat  
remedio h. l. num. 25. 130*
- Locatio an rescindi possit ex remedio huius l. num. 17.  
cum duobus seq. 91*
- Locatio an sit sine prelio expresso, quod tamen certum  
est in loco contractus, num. 4. & seq. 56*
- Locatio an necessario requirat mercedem in pecunia  
numerata, num. 28. cum seq. 61*
- Locatio an inducatur ex iis verbis, ut res maneat pro  
insta mercede, num. 24. 39*
- Locatio licet perfecte non contrahatur, insta tamen  
merces domino solui debet, num. 24. & seq. 39*
- Locatio & emplo quomodo differant, num. 4. 56*
- Locatio ad vitam equiparatur Emphyteusi, n. 8. 138*
- Locupletiorem quem factum quomodo protegetur, num.  
64. 174*
- M.
- M**aior & minor quis dicitur diversis respectibus,  
num. 9. 46
- Maioratus clausulae & conditiones, an à principe mil-  
tentur, num. 18. 16*
- Malæ fidei possessor an dicatur emptor in materia h. l.  
num. 26. 202*
- Malæ fidei possessor non est, qui potest ex tit. præscrip-  
tione sc tueri, num. 13. 155*
- Mala fides an dici possit quando vendor vel emptor  
scit posse contra eum iuste agi, num. 28. 117*
- Mandatum an extendatur, quando dominus scit mā-  
daturium exceedere, n. 18. & seq. 113. & n. 22. 210*
- Malæ*

- M**ale fidei possessor est emens scienter rem minoris si-  
ne fidei minitate, num. 37. 163  
**M**erito Iesu ob dotem minorum acceptam an locum  
habet remed. huius l. num. 33. 107  
**M**edicus an possit ab agro emere, vel cum eo contrahere, num. 32. 132  
**M**ercatus a donet i ab agro accipere posse, n. 33. 132  
**M**ercator siens brevi vetturas merces in abundantia  
an carius vendere possit, num. 24. 202  
**M**ercator carius vendens ob dilatam solutionem an  
vsiarii dicatur, num. 7. 231  
**M**ercatoribus an licet carius vendere pecunia credi-  
ta quam statim numerata num. 6. 229  
**M**inor iurans an excludatur a remedio huius l. num.  
10. cum seq. 183  
**M**inor an probare debeat se rem vel precium amississe,  
an creditor contrarium, num. 67. 175  
**M**inor Iesus in vendendo, an & quando restituere de-  
beat precium emptori, num. 23. cum seq. 188  
**M**inor Iesus in precio, an repeatat rem, num. 20. vsi-  
que ad 23. 186  
**M**inor Iesus in hac materia uti potest restitutione vti  
iure communi, num. 19. 186  
**M**inor pecuniam accipiens in causam necessariam, an  
restituatur si pecunia casu perdatur, num. 35. 193  
**M**inor & ecclesia an aequaliter, n. 32. & seq. 162  
**M**inor in iudicio contra fideli:fforem eius moto non  
vitetur auxilio etatis ad tuendum fidetissimum, num. 43. 129  
**M**inoris restitutio facilis in tertium extenditur qua  
remed. h. l. num. 4. 153  
**M**inor iurans non restituuntur ratione etatis, saluum  
tamen manet remed. huius l. n. 9. 182  
**M**inor iurans non certioratus an restituatur, num.  
10. 183  
**M**inori per restitucionem etatis beneficio plenus  
succurritur, num. 19. 186  
**M**inor Iesus in precio rem praevise auocat restituto  
precio per restitucionem, num. 21. 187  
**M**inor Iesus si restituatur, emptorne, an minor doce-  
bit de precio verso in utilitatem, num. 24. 188  
**M**odicum quomodo accipiat, num. 14. 14  
**M**oneta non cuditur sine principis licentia, num. 4.  
& seq. 25  
**M**oneta an possit refaturi, num. 17. 28  
**M**oneta non ex materia, sed ex forma censetur,  
num. 5. 3  
**M**onetam an cedere possit qualibet Resp. num. 4.  
& seq. 25  
  
**N**.  
**N**egotiorum gestori mutuans, quomodo repeatat,  
num. 68. 176  
**N**omina rerum immutabilia, num. 12. 35  
**N**omen a contrahentibus impositum conuentioni  
quando attendatur, num. 2. 44  
**N**omen contractus, quando non exprimitur a contra-  
hentibus, indicatur contractus ex eo, quod pluris est,  
num. 4. 45  
**N**umus unde dictus, & an duplice in scribatur, num. 8.  
in fin. alia in verbo, pecunia. 26  
**N**umus signatus prima etate non fuit, num. 2. 2

- O**.
- O**bligatus ad solvendum pecuniam, an in qualibet  
solvens statu faciat; num. 17. 28  
**O**bligatus ad factum solvit interesse, num. 25. 52  
**O**bligatus ad rem habens facultatem solvendi precium  
necessario ante item constitutam eligit, n. 34. 215  
**O**fficia concessa an a principe libere auferantur,  
num. 30. 23  
**O**fficium iudicis perpetuum volens restitutione, nu. 17.  
71  
**O**fficiali ciuitatis vel Reipublic. mutuans quomodo re-  
petat, num. 68. 176  
**O**fficiali Ecclesie mutuans, quomodo repeatat, num. 69.  
176  
**O**fficiali solvens precium rei ecclesiastice solemniter  
empt. & virum liberetur, num. 70. 176  
**O**rigo negotij quandoque attendatur in oculum inique  
possessoris, num. 8. 154  
  
**P**.
- P**actum cum clientulo non potest aduocatus durante  
lite, num. 33. 132  
**P**actum legis commissoriae in pignoribus reprobatum,  
& quare, num. 26. 40  
**P**actum legis commissoriae ante Constantium Imper-  
ator. & sic a IC. fuisse inelegitum, num. 27. 40  
**P**actum adiectam contra naturam contractus an eum,  
etisque actionem informet, num. 29. 54  
**P**actum de retrahendo an observari debeat, cum  
minor, vel ecclesia emittit, num. 1. 98  
**P**actum illud an minuat valorem rei, num. 19. 220  
**P**actum illud in effectu non differt a pacto restituendi,  
num. 27. 144  
**P**actum de pignore non distrahendo an valeat, num. 5.  
cum seq. 123  
**P**actum de vendendo an differat a venditione, num.  
21. & seq. 142  
**P**acto mutare licet naturalia contractus, num. 6. 124  
**P**actum vel promissio vendendi differt a pacto reuen-  
dendi vel restituendi, num. 25. 143  
**P**apa an libere possit auferre beneficia, num. 29. cum  
seq. 22  
**P**ater de iure regni an unius filio vendere, vel cum eo  
permittare prohibetur, num. 10. 46  
**P**ecuniae usus & origo, num. 2. & 4. 2  
**P**ecunia numerata est de substantiis emptionis,  
num. 3. & seq. 33  
**P**ecunia ex forma, non ex materia censetur, num. 25.  
8. num 7. 26  
**P**ecuniae inuentor, num. 27. 9  
**P**ecuniae usus ante bellum Troianum, num. 28. 9  
**P**ecuniae verbum extenditur ad numeratam apud IC.  
num. 33. 63  
**P**ecuniae usus in corio multo post auream vel argen-  
team repertus, num. 4. 2  
**P**ecuniae area apud Romanos prius, quam aurea,  
num. 1. 25  
**P**ecunia signata an plus estimetur, quam materia  
eisdem metalli aequalis ponderis, num. 8. 26  
**P**ecunia an refutari possit, num. 17. 28  
**P**ecunia certi loci an sortiatur naturam speciei, num.  
10. & seq. 57  
**P**ecunia quatenus insigentum, num. 25. 8  
**P**ecuniae estimatio ex pondere, & materia est,  
num. 2. 25  
**P**ecunia distractioni parata, num. 6. 26  
  
**P**ecunia

## INDEX.

Pecunia recondita thesaurus dicitur.	ibid.	Principis assertioni in tollendo iure alienius non starbitur, nisi pluribus aliis constet, num. 7.	12
Pecunia dicitur non ex massa, materia, vel substantia, sed ex forma & valore ei constituto, num. 7.	26	Principis non potest scripturam ob silentium debetum nullam validare, si ius quaedam terro est, num. 13.	14
Pecunia fernando seruari nequit, num. 72.	177	Principis sine culpa alicui rem suam asferens ex causa, et si iniustissimamente ad satisfactionem equivalenter, num. 14.	14
Pensio an remittatur propter sterilitatem, num. 21. usq;	91	Principis ex imperfecto testamento vel inuasdo non capit hereditatem vellegatum, num. 15.	15
ad num. 25.	91	Principis inaudita parte in criminali non potest procedere, num. 21.	17
Pensio an augeatur propter ubertatem, n. 34. & seq. 96		Principis quando citationem tollat, num. 21.	17
Permutatio an differat a contractu do ut des, num. 9.		Principis committere potest cum clausula appellatione remota, num. 22.	17
& 10.	34	Principis in iusto suam rem non aufert sine iniustitia, etiamsi valorem soluat, num. 24.	19
Permutatio an dicatur, cum res datur ad libras, vel marcas, vel uncias, num. 11.	35	Principis negante iniustitiam, pars laesae poterit conqueriri apud Pontificem, num. 27.	21
Permutans repetit rem praeceps altero non implente, num. 24.	52	Principis an tollere possit que sunt iuris civilis, n. 1. & seq.	10
Permutatio speciei pro alia venali an aequatar venditioni, num. 14. & seq.	36	Principis an alicui asferre possit dominium, num. 1. & seq.	10
Permutatio rei & pecuniae pro alia re, an venditio, an permittatio, num. 8. & 9.	240	Principis ex causa limitat ius naturale, num. 6.	12
Pignus unum pro alio accipere non cogitur creditoris, num. 21.	115	Principi sine causa non revocat legitimacionem, n. 10. & seq.	13
Pana conventionis in contractu an locum habeat, si excessit ultra dimidium iusti precii, num. 26.	84	Principis non restituit natalibus cum detimento iuri alteri questi, num. 17.	15
Pana adiecta contractui non ligat, quoties ipsa contractus non ligat.	ibid.	Principis non derogat conditionib. & clausulis manutatus, num. 18.	16
Possessionis a iudice inordinata traditio non excusat a restitutione fructuum, num. 44.	166	Principis defensionem tollere nequit, num. 21.	17
Possessor an teneatur ad restitutionem fructuum industrialium, num. 47.	167	Principi al solita potest non congruit, num. 24.	18
Possessor bona fide restituit fructus naturales extantes, num. 48.	167	Probationem extra deducta raro sequetur condemnatio, num. 29.	212
Possessor bonae fidei lucratur fructus etiam extantes, licet locupletior, num. 61.	172	Promittens pannam si minor contractui contraveniat, & minor restituatur, utrum teneatur promissor, num. 29.	212
Praxis absque theorica maxime periculosa, n. 2.	152	Procuratori alicuius mutuum dans, quomodo repeat, num. 68.	176
Precium commune attendi debet, non ex affectione vel partis interesse, num. 17.	219	Probatio quod aliquis fuerit locupletior, num. 64. cum multis seq.	174
Precium minutur, si res in loco periculo sita sit, num. 22.	220	Probare an debet versionem in utilitatem, qui mutauit officiali Reipubl. vel ecclesie, num. 68. & seq.	176
Precium nomen generale est, num. 26.	31	Probatio in eodem casu cum minore, num. 67.	175
Precium certum requiritur in emptione, num. 1.	32	Probatio cause non deduct. c non relevat, num. 28.	212
Precium cuiusque rei iustum non consistit in puncto indivisibili, sed latitudinem habet, num. 1.	226	Probatio extra articulos non valeat,	ibid.
Precium ex rei astimatione statuendum, non ex natura sua, num. 4.	228	Probatio affirmativa quando pravaeat, num. 14.	218
Precium estimari potest favore Reip. & inopie communis, num. 5.	228	Probatio an sit iudici arbitraria, num. 44.	225
Precium & res an sint alternatiue in obligatione, num. 14.	246	Procurator ad vendendum an possit substituere, num. 17.	113
Precium certum an dicatur, quantum valuerit res facta relatione ad certum locum vel tempus, n. 2.	55		Q
Precium maius ob preces, num. 21.	220	Qualitas alterat subiectum, n. 23.	220
Precium rei ex fructibus, num. 28.	221	Qualitas rei facit crescere vel minui eius premium, num. 19.	220
Precium conuentum, est de substantia emptionis & venditionis, num. 1.	32	Qualitas conventionis non nomen a partibus expressum attenditur, num. 36.	65
Precium certum quomodo intelligatur, num. 2.	33		R
Permutatio dicitur, cum species pro species, vel species pro genere, vel genus pro genere dantur, n. 10.	35	Eccusationem non tollit princeps, numer. 23.	
Precio deficiente etiam utriusque parte volente non est emptio, num. 11.	35	R. 18	
Permutatio unius rei cum alia venali excludit paenitentiam ante implementum, num. 15.	36	Remedium huius l. nouum fuit, num. 2.	66
Permutatio minus admittit fraudis timorem, quam venditio, num. 10.	46	Remedium huius l. aequitate fundatur, num. 22. & seq.	72
Presumptio scientie veri valoris sue rei, quando inducatur, num. 10. ubi & in additio.	80		Remedium
Princeps faciliter tollit ea que sunt Iur. Civ. quam que sunt Iuris naturalis, num. 51.	9		

I N D E X.

Remedium huius l. non negatur sagaci leso, n. 19.	82	Rescissio ex h. l. pro parte conuenti necessaria, numer.	
Remedium huius l. an extendatur ad alios contractus,		38.	148
num. 1. & seq.	86	Renocare & priuare beneficio sine causa S. Pontifex	
Remedium huius l. quo tempore duret, n. 26. & seq.	116	non potest, num. 29. cum seq.	22
Remedium huius l. differt ab auxilio restitutionis, n.		Re vendita extinta opud emporem locus huius l. non	
33. 119. num. 4.	153	est, num. 13.	245
Remedium huius l. an locum habeat in actu liberatorio,		S.	
num. 5.	99	Atisationem ordinariam & consuetam remittet	
Remedium huius l. an locum habeat in addictione vel		carius emit, num. 25.	221
adjudicatione pignoris, num. 10.	101	Scientia lesionem & precium an detur remedium hu-	
Remedium huius l. an locum habeat in divisione, n. 1.	109	iuis l. num. 10. cum seq.	80
Remedium huius l. an locum habeat in constituto pign.		Scientia valoris & patrimonii an magis presumatur	
vel datione unius pro alio, num. 20.	114	in contrahente, quam in testante, num. 32.	85
Remedium huius l. an locum habeat in mobili, n. 17.	127	Scientia lesionis excludit hoc remedium si contrahant	
Remedium huius l. cessat in emente alimenta, & ex-		cum clausa donationis vel remissionis, quod plius	
persas ab aliquo ad vitam, num. 31.	222	est, num. 26.	84
Remedium huius l. an locum habeat in donatione re-		Scientia non fit iniuria, num. 14.	81
muneraria, num. 3.	99	Scientia lesionis an tollat remedium l. nostrae, num.	
Remedium huius l. an procedat in Emphyrensi, n. 37.	96	12.	81
Remedium huius l. an cesset in locatione, finito tem-		Scientia valoris propriae rei, quando presumatur, num.	
poore contractus, num. 19.	91.	11. vbi in addit.	80
Remedium huius l. locum habet in locatione & con-		Sciens valorem huius rei non habet remedium huius	
ductione, num. 17.	91	l. num. 2.	235
Remedium huius l. cessat in permutatione beneficio-		Sententia in iis, que non admittunt certitudinem, no-	
rum, num. 16.	90	transit in rem indicatam, num. 6.	217
Remedium huius l. an locum habeat in permutatione,		Sententia in materia huius l. qualiter ferri debet,	
num. 13.	89	num. 18. & 20.	209
Remedium huius l. etiam in contractibus innomina-		Sententia in hac materia ex dictis peritorum, an	
tis locum habet, num. 10.	88	translat in rem indicatam, num. 6.	217
Remedium huius l. competit in contractu stricti iuris,		Sententia ex una ratione apta sustinetur, num. 18.	207
num. 7.	87	Sententia conformis libello quomodo intelligatur,	
Remedium huius l. an locum habeat in vendit. facta		num. 12.	207
cum autoritate & decreto iudicis, num. 18.	127	Sententia aliquando valet de his, que in libello non per-	
Renunciatio specialis an tollat hoc remedium, num. 1.		tebantur, num. 26.	211
235. & num. 3.	236	Sententia super libello inepto nulla, num. 23.	210
Rei immobilis integrum estiam ex quan-		Sententia alternativa, num. 4. & seq.	204
tate redditum 20 annorum, num. 29.	222	Sententia præcisa in hac materia non valet, num. 12.	
Reperempta apud tertium primus emptor tenetur re-		& seq.	207
fundere, quod plus accepit, quam dedit, n. 38.	121	Solutio massæ ad pondus acceptæ an possit fieri in pe-	
Replicatio an habeat vim libelli, num. 24.	211	cunia eiusdem substantia & bonitatis ad pondus,	
Restitutio ordinaria constat post quatuor annos,		num. 9.	26
num. 24.	115	Solutio pecunia vel massæ certi metalli, an fiat in di-	
Res debita iussu iudicis manu militari auferri poterit,		uerso metallo, num. 16.	28
num. 25.	52	Sterilitatis materia quando dicatur ad remittendam	
Restitutio in causa dotis fit propter bonum & aequum,		per sonem, num. 21. usque ad num. 26.	91
num. 16.	71	Stipulatio an fuerit ante ius civile, num. 26.	8
Restitutio in minimo quando fiat, num. 26.	73	Stipulatio adiecta contractui bona fidei, num. 12.	89
Restitutio in loco non est, cum alia actio competit,		Substantia rei non potest mutari per partes, num. 16.	37
num. 32.	74	Subhastatione in venditione interueniente, an locum	
in Restitutione minorum nulla est differentia maioris		faciat remedium huius l. num. 25.	130
aut minoris lesionis, num. 33.	75	Subhastatio duplex, num. 26.	130
Res una diverso iure censetur, num. 9.	46	Supplementum in permutatione sicut in precio, num.	
Rescriptum Principis iniuste nocens tertio non ser-		15	36
uandum, num. 1.	10	T.	
Restitutio in modicis an detur, num. 25. cum seq.	73	Tempus venditionis attendi debet in hac mate-	
Restitutio rei in materia huius l. dicitur necessaria,		ria, num. 15.	219
non voluntaria, num. 2.	136	Tempus executionis attendi quomodo debet, num. 16.	
Restitutio iustitiae disetur, quod iure datur sine rescri-		219	
pto principis, num. 21.	158	Testamentum quo iure insument, num. 15.	15
Restitutio etatis an facilius tollat, quam remedium		Testes non concordantes de certo pretio, an probent	
huius l. num. 16. & seq.	185	venditionem, num. 8.	34
Restitutio euincit fructus, num. 14. 153. num. 45.	166	Testes an debeant assignare rationem in hac materia,	
Restitutio an sit necessaria ei qui succumbit ex una		num. 11.	218
causa, & vult agere ex alia, num. 32	213	Testibus variantibus circa valorem quid indicandum,	
Restitutio minori an detur contra tertium, num. 33.	214	num. 9. 217. num. 17.	218

Testi-

I N D E X.

Testimonium an intelligatur secundum articulos, num. 41. & seq.	224	Vendor an ad rem, an tantum ad premium agat, num. 1. & seq.	203
Testis assignans rationem non potest tantum dicere, quia certo scio, num. 12.	218	Vendori vendenti minori precio, cum pacto, ut nisi intra certum diem iusatum premium soluat, utrum remed. huius l. detur, num. 45.	150
Testis interrogari potest de ratione dicti post publica- tionem, num. 41.	224	Vendor compulsus minoris vendere, quam alias fa- cturus esset, restituitur, num. 22.	187
Testes utrum probent valide, si deponant de contractu & precio, & tamen precij non recordentur, n. 7. 34		Vendor quando agat ad rei repetitionem, emptore no soluente premium, num. 27.	53
Theoria sine praxi solidam digestamque iuris cogniti- onem non praestat, num. 2.	152	Vendor agens hoc remedio non recuperat fructus, num. 28.	161
Transactio an rescindatur ex laesione enormi, num. 12. 101		Vendori iurans stare contractu, non habet remed. huius l. num. 5.	180
Tributum vel gabella repetitur a conuento resciso con- tractu ex b. l. num. 37.	147	Venditio ad mensuram dicitur, cum a mensura inci- pit, num. 4.	195
Tributum a publico quid differat, n. 36. cum seq.	147	Venditio ad corpus est, cu fundus suis limitibus decla- ratus venditur, etiam si quantitas addatur, n. 5. 196	
Tributum vel gabella soluenda utrumque respicit, quo- ad onus, num. 40.	148	Vendito certo corpore fundi, si maius, an premium au- geatur, num. 9.	197
Tributum vel gabella propter contractum celebratum solatum, an resciso contractu repetatur, n. 36.	147	Venditoris dolo cessante non datur rescissio, sed actio quanti minoris, num. 9.	197
V.		Venditio precium habens imaginaria non est, num. 29	84
<b>V</b> Alor verum qualiter estimetur, num. 1. 216. num. 8.	217	Venditio bursae cum eo quod in ea extat, num. 9.	111
Valor pecuniae quo tempore attendatur, num. 21. 30		Vendor agens remedio huius l. an teneatur ad im- persas & melioramenta, num. 1. & seq.	136
Valor pecuniae ex constitutione & usu, non ex materia, num. 7.	26	Vendor an teneatur ex asseveratione, vel dissimula- tione fraudulosa, num. 21.	201
Valor maior, quam valeat materia, ad pondus a prin- cipe constituti potest. & qua de causa, num. 8.	26	Verbum restituere quid, num. 3.	152
Valor monetæ reliæ attenditur ex tempore testa- menti, num. 22.	30	Verba impræcipiæ receptum est, ut iudicium sustineat, num. 13.	207
Valor rei an minuatur ex eo, quod vendor implicitus est aere alieno, num. 20.	220	Verbum dandi quid importet, num. 13.	58
Valor cuiusq; rei quomodo probetur per testes, n. 3. 27		Verbum circumuenta quid significet, num. 14.	71
Valor pecuniae ex pondere & qualitate metalli æqualis est in omnibus prouinciis, num. 2.	25	Verbum deceptus,	il id.
Venditio vera est, quies exprimitur premium, etiam si aliquid diversum a pecunia accedit, n. 29.	54	Verbum licere, num. 35.	75
Venditio facta cum autoritate & decreto iudicis, an locum faciat b. l. num. 18.	127	Verbum naturaliter, num. 37.	76
Venditio pignoris presumitur facta nomine debitoris, num. 2.	122	Verbum tempestatis quid significet, num. 31. in com- menta.	94
Venditio sine precio certo in pecunia numerata non valet, num. 11.	1	Verbum immodicum quid significet, num. 34.	98
Venditio ad corpus vel ad mensuram & effectus huius differentie, num. 3. cum seq.	195	Vita hominis an presumatur usque ad centum annos, num. 33	222
Venditio imaginaria que dicatur, num. 28. & seq. 84		Voluntas defunctorum ab inferiori a principe mutari ne- quit, nec a principe sine causa, num. 19.	16
		Voluntas in principe quando pro causa sit, num. 12.	13
		Vsus & praxis quotidiana quid valeat, num. 2.	152

F I N I S.

A N T V E R P I A E;  
T Y P I S I O A N N I S K E E R B E R G I I .

M. D C. X V I I I.

• 212 •

卷之三十一

# Página de Controlo



OPERA  
ARIETI  
PINELLI

4

31

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3

4

3